Sublati animi 163
Succedere 25
Succēſeſ 15. 17. 105.
Succēturiari 185
Succēſſus 175
Succus 49
Succus orōnis 186
Succutere 189
Succida 125
Suffero 89
Sumo 109
cum meus 195
Sumat 109
Sumsibi 105
Sumere ſibi 197
Sumamus 140
Sumptus 189. 197
Summus 26
Sunium 41
Supereſſe 179. 182
Superſtes 19. 106
Superſtitioſi 19
Supinus 202
Suppeditare 77
Supponere 71
Surſum deorſū 76
Surſū & pſum 157
Suſcipi 18
Suſpectus 159. 165
Suſurrari 28
Suſurro nis 28
Suſpicio 56
Sycophanta 33
Syllepſis 18. 21. 22.
Symbolum 5 (31
Symbolæ 5
Syncopa 18. 21. 24.
Synceſi 43 (30
T ante A E & I.
Taberna 123
Taceo, reticeo, obticeo 68
Tace 116
Tacere 16. 81
Tacita 159
Taciturnitas 3
Talentum 82. 91
Taligenere atq̃ animo 120
Tandiu 183
Tādem 24. 31. 134
Tangere 52. 115
Tantidem 116
Tantillus 130
Tantiſper 11
Tantologia 27. 60
Tantopere 131
Tamparuula 119
Techna 58
Tecta 159
Tegere 90. 152
Tegula 58
Tela 86
Temere 8. 91. 98
Temetum 10. 61
Temulentus 10. 61
Temno, temnor 19
Temperans 187
Templū, unde contemplari 94
Tempus 20
Tpe & tpi uenir 28
Tendere 60
Temere & retinere 110
Teſtimonij dictio eſt 187
Teſtimonia cæca & manifeſta 33
Tetuliſſem 29
Timere 157. 180
Timere & metuere 5. 19
Timor 204
Timidus 60. 121
Titubare 88
Timidus naturaſr & ex euentu 60
T. ante O. R. & V.
Tolerare 151
Tollere 18. 95
Torquere 127
Totidem 116
Torquere & extorquere 180
Tradere 49
Tralatum 176
Transcurro 65
Trāſdere 176
Tranſire 56
Trepidari 157
Trepidatio 157
Tribus 125
Triclinium 81
Triſtis 31. 59. 140
Truculentus 140
Tute 27. 39
Tuber 118
Tum 11. 37
Tundere 121. 150
Turba 15. 72. 148
Turbare 167
Tuor & tutor ris
Turbe 15 (170
Turpari 153
Tuæ iſtæ 139
Tuum eſt 25
Tu mulier 153
V. ante A. B & E.
Valeas p abſcedas
Valeant 25 (132
Validus 161
Vah indignantis uel increpātis aut irridentis 22
Vah increpantis 25
Valde 97
Varro 144
Vanum 41
Vbi 14
Vbiubi 25
Ve uehemens 90
Vehere 117
Vel 19 Velites 66
Veneficus 61
Venio p uado 117
Venire in dubiū 118
Venire i mētē 179. 132
Venter 204
Venuſtus 6. 173
Verbene 27
Verbum 10. 17. 64
Verbū p ἀξιώματι 3
Verbū p puer. 184
Verba cōmutaſ 16. 196
Verba 10. 16. 64 144
Verba ad rem cōferte 64
Verba dare 9. 38
Verbo expedit 184
Verbero 197
Verbum facere 7
Verecūdia 24. 205
Verecundus 205
Veteri 19 Verit° 19
Vero 28. 33. 70.
Vero p certe 38. 126
Verbera 8
Verbū p ſtria 144
Vertūnus 115. 136
Vetus 17
Vetus color 50
Vetum 50
Veſtrorum 153
Veterator 18. 10
Veternoſus 62
Vetus 2
Vellem egdem 186
V. ante I. L. & N.
Vi, cam, p̄catio 49
Via 17
Vicinia, uicinitas 4. 80. 180
Victus 4. 154
Videl3 & ſc3 85. 126
Videre 15. 27. 152. 157.
Vide 87. 190
Videndum eſt 170
Viere, 62
Vietores 62
Villa 98 Vimēta 62
Vimina 62
Vindiciæ 115
Vir 164. 165
Vi coactus 185
Virtus 177
Viſa 157
Viſere 20. 152. 157
Viſus 84
Viſus ſa. ſum. 54
Viſeſ & uidere 157. 158
Vita 104. 183
Vita clemens 110
Vitam uiuere 140
Vitiare 1
Vitio dare 1
Vituperare 1. 2
Viuus 162 Vix 121
Vixit 161
Vix tandem 185
Vltima platæa 185
Vltro 46. 131
Vltro citro 76
Vncia 178
Vnciatim 178
Vndeunde 25
Vnus 6
V. ante O. S & T.
Volaſ 161 Volo 7
Volupe 196
Voluptas 83
Vorſura ſoluis 200
Vorſurā facere 200
Voluptate cogi 185
Vſpiam 110
Vſq̃ p aſſidue 44
Vſq̃ 105. 130. 160
Vſq̃ pro diu 116
Vſu uenire 179
Vſura 139. 191
Vſus 81
Vſus uenit 193
Vt bene ſit tibi 182
Vt 14. 48. 135
Vtut 25. 113
Vt ne 25
Vt ne ἵνα μὴ 183
Vterq̃ parens 69
Vt ne non 2. 14
Vt pro quod nō 83
Vtinam 29. 128
Vtinam ne 182
Vtor 2. 139. 191
Vti foro 179
Vti 1. 191
Vtum 167. 197
Vti & abuti 1.
Vt homo eſt 113
Vultus 6
Vulgo faciunt 104
Vxor 151
Vxor unī dicta 151

FINIS

ADAGIA QVAEDAM
ARTIS COMICAE

Virtus est ut argumenti narratione actio scænica uideatur. Sce. I.
Ita peritiam comœdiæ populus teneat, ut res agi magis, q̄ narrari uideatur. Sce. I
Vnde nomina seruorum sint comicorum.
Sententiæ quæ a prooominibus incipiunt seria semper, atque uera promittunt.
Periculum comitum fit ex executione consiliorum.
Iurgium repetit & turbulentam orationem.
Prudentia & sagacitate, & quod supra dixit, non pœnituit idem repetere.
Omnes res consulto consilio simul agere uidentur, tamen omnes rerum exitus inopinato ludificantur. Sce. X.
De improuiso respicere.
Corrigit dictum unius personæ per dicta alterius.
Omnia extenuat ut audiat confiteri.
Versipellis esse debent cælare uultum.
A summo ad imum opponi.
Fallitur per nimiam sagacitatem. Sce. XII.
simile in eadem.
Casu putat spectator uenisse, quod consilio scriptorum factum sit referre priora dicta.
Sæpe interrogat de re, quam tamen astute intellexit.
Productiones comici stili ad fucum orationis positæ.
Perturbatio in qua omnes inter se redduntur offensi. Sce. XVII.
Asseueratio est si a nomine incipias cum quo loquaris.
Cui comœdia sit dirata.
Crebro interrogat ut se ignarissimum ostendat.
Conuenit iudicem multa indagari.
Nullus tristis debet recedere, aut improuisus uideri. Sce. XXV.
Gratulatione cœpit omne compendium.
A personis ad gesta cum ueritate transitum fecit.
Exēplum ponit q̄ nō suæ potestatis sit qui amat. Sce. I.
In palliata poetis comicis seruos dominis sapientiores fingere: quod idem in togata facere non licet.
Nihil exquisitum quod non sit expressum, ut nihil addi possit.
A tempore inducitur exprobratio.
Vbi uestigia reperiuntur superest interrogatio.
Artifex summus, quod ætati non potest, naturæ attribuit.
Molli de sensu ad consilium peruenitur.
Comici semper ea ostendunt fieri ab altero, unde alterius p sonæ qui ascendisse ipse non poterat.
Disciplina est comicis stultas sententias, uerbaque uitiosa ascribere ridiculis imperitisque personis.
In beneficiis debet qui dedit obliuisci, meminisse qui accepit.
Ex longinquitate ponderis dignitas mensuratur.
Munus ad pretium reuocauit, ut ad auaritiam conuerteret.
Eclypsis ethica in qua plus uultu significatur, q̄ uerbis.
Conceditur secum loquentibus multa transcendere, quæ tacita intelliguntur. Sce. VIII.
Insinuatio personæ per proloquium cui narraturus est.
Verba gestum, uultumque indicant exeuntis. Sce. IX.
Facete repetit uera eiusdem interrogationis.
Interrogationibus describit uultum dicturi.
Decet a salutatione incipere luculente dictum.
Ostendit quid ferat argumentis.
Familiare est iratis aduertere se ad aliam personam ab ea in quam commoueantur.
Contra firmam argumentationem aliquam æque firmam ad firmiorem opponimus.
Satis credit mutatam esse, cum ipse mutatus sit.
Plures sententiæ congruunt q̄ ad audaciam.
Facetum cum rebus magnis res ridiculæ deriuentur.
Vim habent ad delectandum in comœdiis seueræ sententiæ cum a ridiculis personis proferuntur.
Loqui solent plus gestu, q̄ uerbis conciti & commoti ira.
Vani impetus exitum semper accipiunt.
Acriter iratorum est ea repetere, quę proxime dixerunt quibus irascuntur.
Plus infertur, q̄ interrogatur: responsionis breuitas attulit compendium perquirentis ne plura interrogaret.
Tragicus apparatus delitias memorat qui pericula cogniturus est.
Suaue est nescire personas quid agat poeta.
Facilius flectitur cum quo non pugnamus ut consentiat.
Variæ personæ exprimuntur in comœdia, quibus ars comica nobilitatur.
Amantis solicitudo exprimitur, cui expectanti hora dies annus uidetur. Amor enim res est suspitionis plena. Sce. IIII.
Ibi quoque bene amantis exprimit affectum, qui semper omnia deterius suspicatur.
Amabant ueteres de proximo similia dicere.
Mulieres consueuerunt esse imperitiores uiris, & multis superstitionibus detineri.
Bene deliberantem de re aliqua exprimit dialogismus uarui ingenii in multa cognitione uersantis. Sce. IX.
Aliquid incepturi multa proponere solent, & affirmare & reuellere quod sit faciendum, uel relinquendum.
Fingit se credere amico quem fidum cognouerat.
Cum ad exitum properat fabula fallacia detegit. Sce. IX.
Lactationis species est fingere se non astutum, dum uidet alterum stultiorem.
Personam abiectam delegit, quæ de ludibrio habetur.
Interuenit persona cuius gratia pax conciliatur ita, ut omnia tranquilla sint, & composita pront comœdię finis postulat. Sce. XXII.
Alterius uerbis quid faciat alter ostendit.
Aduerte uigilantem poetam, q̄ ubicunque uocem tragicam extulerit statim personam insanam id dicere faciat.
Ab ætate iuuatur sententia loco.
Proprium est mulierum cum loquuntur aliis blandiri.
Seruum currentem exprimit nunciantem mala multa. Sce. IX.
Quæstutus de homine sæculum accusat prius.
Magis ridicula est assentatio, si quis maxime laudetur, q̄bus maxime caret.
Effundit querimonias dolens se esse suspectū. Sce. XVI.
Clementiæ genus est, aut omne ignoscere, aut crimen in leuius commutare.
Moris est exemplo linire, quod purgare non possis.
Moris est irans ab ultimo uerbo contradicentis linire.
Vbi non inuenit quid digne loqueretur, ab interiectione incepit.
Iuste irati omissa sæuitia rationes sæpe festinant.
Vide singulas syllabas imbutas amaritudine rustica, atque agresti.
Naturam secutus est qui artem ignorat.
Multa oratione malui generaliter dicere, q̄ quærere specialiter quod inuenire non possit.

FINIS.

ADAGIA QVAEDAM SCITV DIGNISSIMA.

Desinant maledicere, malefacta ne noscāt sua. cat. II.
Id arbitror apprime in uita esse utile: ut ne quid nimis. IIII.
Obsequium amicos: ueritas odium parit. IIII.
Ingenium est omnium hominum ab labore procliue ad libidinem accipere conditionem V.
Magnum exemplum cōtinentiæ. nam qui cum ingenuis conflictare eiusmodi neq; cōmouere animus in ea re. V.
Omnes qui amant grauiter sibi uxorem dari ferunt. VIII.
Si quis magistrum cœpit ad eam rem improbum. Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem applicat. VIII.
Inceptio est amentium, haud amantium. IX.
Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. XI.
Vt animus in spe, atq; in timore usq; ante hac attentus fuit, ita postq̄ adempta spes est, lassus cura cōfectus stupet. XII.
Quoniam non potest id fieri quod uis, id uelis quod possit. XII.
Satius est te id dare operā, qui istum amorem ex animo amoueas tuo. Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua. XIII.
Facile omnes cum ualemus, recta consilia ægrotis damus. XIII.
Neuti q̄ officium liberi hominis esse puto, cum is Nihil promereat postulare id gratiæ sibi apponi. XIII.
Nulla ne in re esse homini cuiq̄ fidem: uerū illud uerbum est, uulgo quod dici solēt. Omnes sibi esse melius malle q̄ alteri. XVII.
Amantium iræ, amoris reintegratio est. XXI.
Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri. XXXII.
At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me male habet. XXXIIII.
Dignus es, cum tua religione odium. Nodum in scirpo quæris. XXXIIII.
Vitam Deorum propterea sempiternā esse arbitror, Quod uoluptates eorum propriæ sunt, nā mihi immortalitas parata est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. XXXIIII.
Nullum est iam dictum, quod non sit dictum prius. XXXVIII.
Labascit uictus uno uerbo q̄ cito. XLIII
Adeon homines immutarier Ex amore, ut non cognoscas eundem esse. XLIIII.
Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum uolunt, Nec sunt. XLVI.
Quicquid dicunt laudo, id rursum si negant, laudo id quoq; neget quis, nego, ait, aio. postremo imperaui egomet mihi Omnia assentari, is quæstus nunc est multo uberrimus. XLVI.
Viden otium, & cibus quid faciat alienus. XLVI.
Omnium rerum heus uicissitudo est. XLVII.
Bene plaustrum perculit. XLVIIII.
In me cudetur faba. LI.
Homo est Per paucorum hominum. LII.
Quid ais inq̄ homo impudens? Lepus tute es, & pulpamentum quæris. LIII.
Par pari referto. LIII.
Fac periculum in literis. LIIII.
Qui huic animum assentari induxeris. E flāma te petere cibum posse arbitror. LV.
Haud conuenit una ire cum amica imperator in uia. LV.
Extrema linea amare, haud nihil est. LX.
Quod scis nescis. LXIII.
Sine Cerere & Libero friget Venus. LXVIII.
Sed tu qđ cauere possis stultum amittere est. LXV.
Malo ego nos prospicere q̄ hunc ulcisci. LXV.
Mane. Omnia prius experiri q̄ armis sapientem decet. LXVII.
Nimia ē miseria nimis pulchrū eē hominē. LXVIII.
Ouem lupo commisisti. LXVIII.
Ad usum hominum omnia creantur. homines autē hominum causa generantur, ut ipsi inter se aliis prodesse possint. LXXXI.
Solicitudinem istam falsam quæ te excruciat omittas. LXXXIII.
Quem ferret, si parentem non ferret suum? idem.
Nostin animum mulierum, dum molliuntur, dū comuntur annus est. LXXXV.
O Iuppiter ubi nam est fides. LXXXV.
Non fit sine periclo facinus magnum & memorabile. LXXXVI.
In tempore ueni, quod rerum omnium est primum. LXXXVII.
Mores pudici gratiores esse solent in publico corpore. LXXXVIII.
Senes est æquum senibus obsequi. LXXXIX.
Pares cum paribus faciliter cōgregantur. LXXXIIII.
Quātam fenestram ad nequitiam patefeceris? tibi autem porro ut non sit suaue uiuere. XCI.
Omnes deteriores sumus licentia. XCI.
Ita comparatam esse hominum naturam omnium, Aliena ut melius uideant atq; iudicēt q̄ sua. an ea sit, quia in re nostra aut gaudio Sumus præpediti nimio, aut ægritudine. XCI.
Conmmelia est, hominem amicū recipere ad te, atq; eius amicam subagitare. XCIII.
Multa fert libido. XCIII.
Nostrum est intelligere utcunq;, atq; ubicunq; opus sit obsequi. XCIII.
Optata loquere. XCIIII.
Meæ stultitiæ in iustitia tua sit aliquid præsidi. XCV.
Male docet te mea facilitas multa. XCV.
Non licet hominem esse sæpe ita ut uult, si res non sinit. XCVI.

Nihil tā difficile qn quærendo inuestigari q̄at. XCVI.

Amica & si impudica est: dū modo amatori placeat: ab eo commendatur: amore eū impellente. XCVI.

Deorum uita lætitiæ est plena & felicitate uulla tristitia admixta. XCVII.

Recta uia rem narret ordine omnem. XCVII.

Mulieres nil aliud curant: nil aliud agunt: q̄ quomodo aliquid ab amantibus extorqueant. XCVIII.

Vix in primis explebile desiderium illius rei est, quā diu optauimus: sed eius postea idies paulatim nos satietas capit. XCIX.

Ius summum, sæpe summa malitia est. C.

Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet, quam inuitus facias. C.

Multa iniusta, ac praua fiunt moribus! CI.

Voltus quoq; hominum fingit scelus. CII.

Non ne id flagitium est te aliis consilium dare, Foris sapere, tibi nō posse auxiliarier! CIII.

Voluptates quæ licet in præsentia sint suaues: semper tamen secum iunctam habent pœnitentiam. CIII.

Matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. CV.

Hoc patrium est, potius consuefacere filium, Sua spōte recte facere, q̄ alieno metu. CXI.

Homine imperito nunq̄ quicq̄ iniustius est, CXI.

Qui nisi quod ipse facit nihil rectum putat CXI.

Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia, CXII

Pecuniam negligere in loco interdum maximum lucrum est. CXVI.

Abs quiuis homine beneficium (cum opus est) accipere gaudeas. CXVIII.

Vereor coram in os te laudare amplius. Ne id assentandi magisquam q habeam gratum facere existimes. CXIX.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modu est Videre, sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere. CXXIIII.

Denique inspicere, tanquam in speculum, uitas hominum iubeo, atq; ex aliis exemplum sumere sibi. CXXV.

Vt quisq; uult suum esse ita est. CXXIIII.

Pii esse debemus in parentes, in sanguine nobis iunctos ad necessitatem, præcipue autem pii debemus esse in Deum. CXXVII.

Verum nimia illæc licentia, Profecto euadet in aliquod magnum malum. CXXVIII.

Lupus est in fabula. CXXIX.

Simulare certe est hominis. CXXXVI.

Ita uita est hominum, quasi cum ludas tesseris. Si illud quod maxime opus est iactu non cadit, Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. CXXXVI.

Vetus uerbum hoc est! Communia esse amicorum inter se omnia. CXXXVIII.

Multa in homine Demea signa insunt. CXXXIX.

Vnum hoc uitium senectus affert hominibus Attentiores sumus ad rem omnes, q̄ lat est. CXXXIX.

Nunq̄ ita quisq̄ bene subducta ratione ad uitam fuit, Quin res, ætas, usus semper aliquid adportet noui. CXL.

Facilitate, nihil esse homini melius, neq; clementia. CLX.

Vt omnes mulieres eadē æque studeant, nolintque omnia, Neq; declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias. CLIII.

Aeque studium est, similis pertinacia est mulierum. CLIII.

In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam. CLIII.

Mater quod suasit sua Adolescens mulier fecit, mirādum ne id est! CLIIII.

Multum ualet ad suadēdum laudatio eius apud quē laudamus. Idem.

Quam inique comparatum est, hi qui minus habent, Vt semper aliquid addant ditioribus! CLXXVII.

Præsertim ut nunc sunt mores, ad eo res redit. Siquis quid reddit magna habenda est gratia. CLXXVIII.

Inscitia est aduorsum stimulum calces. CLXXIX.

Quod sors feret, feremus æquo animo. CLXXXI.

Ita plerisq; ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. CLXXXIII.

Fortis fortuna adiuuat. CLXXXIII.

Similia omnia, omnes congruunt. CLXXXVI.

Vnum cognoris, omnes noris. CLXXXVI.

Iudices sæpe propter inuidiam adimunt diuiti, aut propter misericordiam addunt pauperi. CLXXXVII.

Non rete accipitri tenditur, & miluo, Qui male facit nobis illis qui nihil mali facit rēdit CLXXXIX

Quot homines, tot sententiæ, CXCII

Quod sit factum legibus Rescindi posse, & turpe incepiu est. CXCII

Tædet iam audire eadem millites. CXCIII.

Ego meorum solus sum meus. CXCV.

Mulier mulieri magis congruit. CXCVIII.

Composito factum est, quo hanc amans habere posset Sine dote. CXCIX

Dii uostram fidem, q̄ sæpe forte temere Eueniunt, q̄ non audeas optare, CXCIX.

Nostrapte culpa facimus, ut malus expediat esse, Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos. CXCIX.

Heus heus, quanta hæc mea paupertas est, tamen adhuc Curaui unum hoc quidem, ut mihi esset fides. CCIII.

Ludificamini, Inepti uestra puerili sententia! Nolo, uolo, uolo, nolo, CCIIII.

TERENTII VITA, ET DE TRAGOEDIA AC COMOEDIA NON PAVCA, EX AELIO DONATO.

PVblius Terẽtius Afer, Carthagine natus, seruiuit Romę Terẽtio Lucano Senatori, a quo ob ingeniũ & formã, nõ institutus mõ liberaliter, sed & mature manumissus est. Quidã captũ esse existimant, qđ fieri nullo mõ potuisse Fenestella docet: cũ in fine secundi belli Punici, & añ initiũ tertii natus sit, & mortuus: nec si a Numidis, aut Getulis captus sit, ad ducem Romanũ peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletã Carthaginẽ, cœpto. Hic cũ multis nobilibus familiariter uixit: sed maxime cũ Scipione Africano, & cũ Lælio. qbus ẽt corporis grã cõciliatus existimaȓ. qđ & ipsum Fenestella arguit: cõtendẽs utroq; maiorẽ natu fuisse. quãuis & Cornelius Nepos ęquales oẽs fuisse tradat, & Portius suspitionem de consuetudine per hæc faciat.

Trocha. tetr. cat.

Dum lasciuiam nobilium & fucosas laudes petit,
Dũ Africani uoce diuina inhiat auidis auribus:
Dum ad Furium se cœnitare, & Lælium, pulchrum putat:
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ ipsus sublatis rebus ad summam
Inopiam redactus est.

Hæc carmina sũt uiciata et mutila.

Itaq; e cõspectu omnium abiit in Græciam in terrã ultimã.
Mortuus est in Stimphalo Arcadiæ oppido: nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius.
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit cõductitiam:
Saltem ut esset quo referret obitum domini seruulus.

Scripsit comœdias sex. ex qbus primã Andriã cũ ędilibus daret, iussus añ Cęcilio recitare, ad cœnantẽ cũ uenisset, dictus est, initiũ qdẽ fabulæ, ꝙ erat cõtẽptiore uestitu, subsellio iuxta lectulũ residens legisse: post paucos uero uersus inuitatus ut accumberet, cœnasse una, deinde cætera ꝑcurrisse nõ sine magna Cęcilii admiratione. & hanc añt, & qnq; reliqs æqliter populo ꝓbauit. Quãuis Volcatius de enumeratiõe oium ita scribat. Sumetur Hecyra sexta ex his fabula Eunuchus qdẽ bis acta ẽ: meruitq; ꝓtiũ qñtũ nulla ãtea cuiusq̃ comœdia, id ẽ octo milia numũ. ꝓpterea summa quoq; titulo ascribiȓ. Nã Adelphorũ pricipiũ Varro ẽt ꝓfert principio Menãdri. Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Lælio & Scipione, qbus cũ familiariter uixit. Eandem ipse auxit: nunquã eñ nisi leuiter se tutari conatur, ut i ꝓlogo Adelphorũ,

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, assidueq; una scribere:
Quod illi maledictum uehemens existimant.
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui uobis uniuersis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisq; tempore usus est sine superbia.

Videtur añt seuius defendisse, qa sciebat Lælio & Scipioni nõ ingratã esse hãc opinionẽ. q̃ tñ magis & usq; ad posteriora tpa ualuit. Q. Mẽmius i orõne ꝓ se ait: P. Africanus qa Terẽtio ꝑsonã mutuat°, q̃ domi luserat ipse, noie illius i scenã detulit. Nepos autore certo cõperisse se ait, C. Lælium quondã i Puteolano Cal. Martiis admonitũ ab uxore, tẽporius ut discumberet, petisse ab ea ne interpellaret: serius tãdẽ ingressũ tricliniũ dixisse, nõ sæpe i scribẽdo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse uersus qui sunt in Heautontimorumeno,

Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.

Hæc opinio quadrat ĩ ratio e tẽporum.

Santra Terentiũ ex. stimat, si mõ in scribẽdo adiutoribus indiguerit, nõ tã Scipione & Lælio uti potuisse, q tunc adolescentuli fuere: q̃ Sulpitio Gallo homine docto, & q cõsularibus ludis initiũ fecerit fabularũ dandarũ: u. l Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, consulari utroq;, ac Poeta. Iõ ipsum nõ iuuenes designasse, q se adiuuisse dicerent: sed uiros, quorũ opam, & i bello, & i otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas comœdias nondũ quintũ atq; trigesimum egressus annũ, causa euitandæ opinionis, qa uidebatur aliena ꝓ suis edere: seu ꝑcipiendi Græcorum instituta moresq;, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus urbem est, neq; amplius rediit, de morte eius Volcatius tradit,

Sed ut Afer sex populo edidit comœdias.
Iter hinc in Asiam fecit: nauim cum semel
Conscendit, uisus nunquam est. sic uita uacat.

Q. Cõsetius redeuntẽ e Græcia ꝑisse i mari dicit cũ cẽtũ & octo fabulis ꝯuersis a Menãdro. Cęteri mortuũ eẽ i Arcadiæ Stiphalo, siue Leucadia tradũt, Cn. Cor. Dolabella. M. Fuluio Nobiliore. Coss. morbo iplicitũ acri, dolore ac tędio amissarũ satyrarũ, q̃s i naui ꝑmiserat, ac simul fabularũ q̃s nouas fecerat. Fuisse dr̃ mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. reliqt filiã, q̃ eqti Romano nupsit. Itẽ hortulos XX. iugerũ, uia Appia ad Martis uillã. quo magis miror Portiũ scribere. nihil Publius Scipio ꝓfuit, nihil ei Lælius, nihil furius, Tres ꝑ idẽ tẽpus q agitabant nobiles facillime. Eorũ ille opa ne domũ qdẽ habuit cõductitiã. Saltẽ ut eẽt, quo referret obitũ dñi seruulus. Hunc Afranius qđẽ oĩbus comicis ꝓfert, scribens i cõpitalibus, Teren. nõ similẽ dices quẽpiã. Volcatius añt nõ solũ Neuio, & Plauto, & Cecilio, sed Licinio quoq; postponit. Ci. i Limone actenus laudat,

Facillime agẽtes appellat diuites ac potẽtes

Tu quoq;, q solus lecto sermõe Terẽti Cõuersum, expressumq; Latina uoce Menãdrũ In medio populi sedatis uocibus effers, Quidqd come loquens, ac oĩa dulcia dicens.

Itẽ. C. Cęsar Tu quoq; tu i summis, o dimidiate Menander, Poneris, & merito, puri sermonis amator, Lenibus atq; utinã scriptis adiuncta foret uis Comica, ut æqto uirtus polleret honore Cũ Græcis, neq; i hac despectus ꝑte iaceres, Vnũ hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti. Hęc Suetonius Tranqllus. Nã duos Terẽtios Poetas fuisse scribit Metius, quorũ alter Fregellanus fuerit Terẽ. Libo, alter libertinus Teren. Afer ꝓria, de quo nũc loqmur. Scipionis fabulas edidisse Terentium Valgius in Acteone ait.

Hæ q̃ uocantur fabulæ, cu ius sunt?
Nõ has q iura populis † recẽsentibus dabat,
Honore summo affectus fecit fabulas?

cedo, aut sic e uerbũ deest.
Forte cõsultus

Duæ ab Apollodoro trãslatę eẽ dñr comico, Phormio, & Hecyra: q̃tuor reliq̃ a Menãdro. ex qbus magno successu, & ꝓtio stetit Eunu. fabula: Hecyra sæpe exclusa, uix acta est.

DE TRAGOEDIA ET COMOEDIA.

INitiũ Tragœdię & Comœdiæ a rebus diuinis ẽ icboatũ qbus ꝓ fructibus uota soluẽtes opabãtur antiq. Nã ĩcẽsis iã altarib°, & admoto hirco, id genus carminis qđ sacer chorus reddebat Libero pr̃i, Tragœdia dicebaȓ, uł ἀπὸ τοῦ τράγου, hĩ ẽ ab hirco hoste uinearũ, & a cãtilena. eius ipsius rei apud Vir. plena fit mẽtio. uel ꝙ hirco donabaȓ eius carminis Poeta: uel ꝙ uter eius musti plenus solẽne ꝓmiũ cãtorib° fuerat uel ꝙ ora sua fecibus ꝑlinebãt scenici añ usũ ꝑsonarũ ab Aeschylo reptũ. Feces. n. dr̃ grę ce τρύγες. Et his qdẽ causis Tragœdię nomẽ est ĩuẽtũ At uero nõdũ coactis i urbẽ Atheniẽsibus, cũ Apollini Nomio. i. pastorũ uicinorũq; ꝑsidi deo, ꝯstructis aris, i honorẽ diuinę rei circũ Atticę uicos, uillas, pagos, & ꝯpita festũ carmẽ solẽniter cãtarẽt orta est Comœdia ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν, qđ ẽ comessatũ ire cãtãtes. q̃d a Poetis solẽni die, uel amatorie lasciuiẽtibus choris comicis nõ absurdũ ẽ. Itaq; ut rerũ, ita ẽt tporũ ipsorũ cœpto ordie tragœdia ꝓmo ꝓlata eẽ cognosciȓ. Nã ut ab incultis, & feris morib° paulati puẽtũ ẽ ad mãsuetudinẽ, urbesq; sunt ꝯditę, & uita mitior atq; ociosior ꝓcessit, ita res tragicę lõge añ comicas iuẽtę. Quãuis añt retro ꝑsca uoluẽtib° repiaȓ Thespis Tragœdię ꝓmus iuẽtor, & comœdię ueteris pr̃ Eupolis cũ Cratio Aristophãeq; eẽ dicaȓ Homer° tñ q fere oĩs Poeticę largissim° fõs ẽẽt his carmib° exẽpla ꝓbuit. & uelut q̃dã suorũ opuꝫ lege ꝑscripsit: q Iliadẽ i star tragœdię, Odysseã ad imaginẽ comœdię fecisse mõstraȓ.

Hoc uidetur Cornutiaut Asperi Tragœdia

Tragœdiæ & Comœdię ueteris inuẽtores Ilias Homeri Tragœdia. Odissea Comœdia

Nã post illius tale, tantũq; documẽtũ, ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinẽ, & diuisa ea, q̃ ẽt tũ teme re scribebant adhuc impolita, atq; in ipsis rudimentis haud quaquam ut postea facta sunt, decora atq; leuia. At nos ea, quæ proprie de Tragœdia dicenda sunt, titulo proposito operis instantes, in alia tẽpora differamus: & de his fabulis iã loquamur, quas Terentius imitatus est. Postq̃ demõstrãdæ originis caussa de utriusq; gñis initio diximus: qđ necesse est iam dicemus.

Comœdia uetus.

Comœdia fere uetus, ut ipsa quoq; olim Tragœdia, simplex carmen (quẽadmodũ iam diximus) fuit: qđ chorus circa aras fumantes nũc spatiatus, nunc reuoluẽs gyros cum tibicine cõcinebat. Sed primo una persona substituta ẽ cantoribus quæ respondens alterns choro, locupletauit uariauitq; rem musicam. tũ altera, tum tertia, & ad postremũ crescẽte numero, per autores diuersos, psonæ, pallæ, cothurni, socci, & cęteri ornatus atq; insignia scenicorũ repta & ad hoc unicuiq; suus habitus: & ad ultimũ q primarũ partiũ, q secundarũ, & tertiarũ, qui quartarũ, atq; quintarũ actores essent, distributa & diuisa quinquepartito tota est fabula. quę tamen in ipsis ortus sui ue ut qbusdam incunabulis, & uix dum incipiẽs, κωμῳδία dicta est ἀρχαῖα, idcirco quia nobis parum cognitus uitus * asit q̃a inest in ea uelut historica fides ueræ narrationis, & denoiatio oĩum, de qbus habere dẽ tribebatur.

Legẽdũ suspicor initus nata est aut

Etenĩ per priscos Poetas nõ ut nunc, penitus ficta argumenta: sed res gestę a ciuibus palã cum eorũ sæpe, qui gesserant, noĩe decantabant. ideo ipsa suo tẽpe moribus multum psu t ciuitatis, cum unusquisq; caueret, culpa ne spectaculo cæteris esset, & domestico pbro. Sed cum poetæ abuti licẽtius stylo, & passim lędere ex libidine cœpissent plures bonos: ne quisquã in alterũ carmen infame pponeret lege lata, siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est satyra sumpsit exordiũ. q̃ a satyris, quos illotos semp ac petulãtes deos scimus esse, uocitata est etsi aliunde nomen traxisse prauę putãt alii.

Satyræ origo.

Hęc, quę Satyra dicẽ, eiusmod fuit, ut in ea q̃uis duro & ueluti agresti modo, de uitiis ciuiũ tamẽ sine ullo ppũi nois titulo carmẽ esset. Quod item genus comœdiæ multis obfuit Poetis, cum in suspitionẽ potentibus ciuibus uenissent illorũ facta descripsisse in peius, ac deformasse genus stylo carminis, qđ primo Lucilius nouo conscripsit modo, ut poesim inde faceret, id est unius carminis plures libros. Hoc igiẽ, quo supra diximus modo, coacti omitere satyram, aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est nouam comœdiam repperere Poetæ: quæ argumento cõmuni magis, & generaliter ad oẽs hoĩes, qui medioctibus fortunis agunt, pertineret: & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multũ delectationis afferret: cõcinna argumẽto, consuetudine congtua, utilis sentẽtiis grata salibus, apta metro.

Comœdia noua

Vt igiẽ superiores illæ suis quæq; celebrant authoribus, ita hæc νέα κωμῳδία cum multorũ antea, tum pcipue Mænandri, Terentiiq; est. de qua cum multa dicẽda sint, sat erit tñ uelut admonẽdi lectoris caussa, quod de arte comica ueterũ chartis cõtinet, exponere. Comœdia uetus ut ab initio chorus fuit, paulatimq; psonarũ numero in quinq; actus ꝑ cessit: ita paulatim uelut attrito atq; extenuato choro ad nouam comœdiam sic puenit, ut in ea nõ modo nõ inducaẽ chorus, sed ne locus qdem ullus iam relinquaẽ choro. Nam postq̃ otioso tẽpe fastidiosior spectator effectus, tũc cum ad cantores ab actoribus fabula transibat, consurgere & abire cœpisset admonuit Poetas primo qdẽ choros p̃termittere, locum eis relinquentes: ut Mænander fecit, hac de cã, nõ ut alii existimant, alia. Postremo ne locum qdem reliquerũt: qđ Latini fecerunt Comici. unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est. Tum ẽt Græci prologos non hñt more nostrorũ, quos latini habent. Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς. i. deos argumentis narrandis machinatos cęteri Latini instar Gręcorũ habent: Terẽtius non hẽt. Ad hoc προτατικὰ πρόσωπα. i. personas extra argumentũ accersitas nõ facile cæteri habent: qbus Terentius sępe utiẽ, ut per harum inductiones facile pateat argumẽtum. Veteres, etsi ipsi quoq; in metris negligentius egerunt iambici uersus. dumtaxat in secundo & quarto loco: tamen a Terẽtio uincunẽ resolutione huius metri, quantum potest, cõminuti ad imaginem psæ orationis. Tum personarũ leges circa habitum, ætatem, officiũ, partes agendi, nemo diligentius Terentio custodiuit. Quin etiam solus ausus est cum in fictis argumentis fidẽ ueritatis assequereẽ, etiam cõtra præscripta comica meretrices interdum non malas introducere: qbus tamen, cur bonæ sint, & uoluptas per ipsum & caussa non desit. Hæc cũ artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, ꝙ & morẽ retinuit ut comœdiam scriberet: & temperauit affectuꝫ, ne in tragœdiam transiliret. quod cum aliis rebus minime obtentum & a Plauto, & ab Afranio, & Accio, & multis fere magnis comicis inuenimus. Illud quoq; inter Terentianas uirtutes mirabile, ꝙ eius fabulæ eo sunt temperamento, ut neq; extumescant ad tragicam celsitudinem, neq; abiiciãtur ad histrionicam. Adde ꝙ nihil abstrusum ab eo ponitur: aut quod ab historicis requirendum sit, quod sępius Plautus facit, & eo est obscurior in pluribus locis. Adde ꝙ argumenti ac styli ita atẽte memor est, ut nũsquam non cauerit, aut curauerit ea, quæ obesse potuerunt: tũ ꝙ media primis atq; postremis ita nexuit. ut nihil additũ alteri, sed aptũ: ex se totum, & uno corpe uideaẽ esse cõpositũ. Illud quoq; mirabile in eo, primo, ꝙ nõ ita miscet psonas quatuor, ut obscura sit earũ distinctio. Et itẽ ꝙ nihil ad populũ facit actorẽ uelut ex Tragœdia loq qđ uitium Plauti frequentissimũ est. Illud ẽt inter cætera eius laude dignũ uideẽ, ꝙ locupletiora argumenta ex duplicibus negociis delegerit ad scribẽdũ. nã excepta Hecyra, in qua scribit Pãphili amorẽ, cæteræ quinq; binos adolescẽtulos hñt. Illud uero tenẽdũ ẽ, post νέαν κωμῳδίαν Latinos multa fabularũ genera ptulisse: ut Togatas, a scenicis atq; argumẽtis Latinis: Prætextatas, ab dignitate psonarum, & Latina historia: Atellanas a Ciuitate Campaniæ ubi actitatę sunt plurimę: Rhyntonicas, ab actoris noie: Tabernarias, ab humilitate argumẽti & styli: Mimos, ab diuturna imitatione uiliũ rerũ, & leuiũ psonarũ.

Fabularũ genera. Togatę. Prætextatæ. Attellanæ. Rhyntonicæ. Tabernariæ. Mimi.

Inter Tragœdiã autẽ & Comœdiã cũ multa, tñ in primis hoc distat: ꝙ in Comœdia, mediocres fortunæ hoĩum, parui impetus, periculaq; lętiq; sunt exitus actionũ. At in Tragœdia, oĩa cõtraria, ingẽtes psonæ, magni timores, exitus funesti habenẽ. Et illic turbulẽta prima, tranqlla ultima. In Tragœdia cõtrario ordine res agunẽ. Tũ ꝙ in Tragœdia fugiẽda uita, in Comœdia capessenda exprimiẽ. Postremo, ꝙ oĩs Comœdia de fictis ẽ argumẽtis: Tragœdia sæpe ab historica fide petiẽ.

Comœdiæ & Tragœdię differentia

Latinę fabulæ primo a Liuio Andronico scriptę sunt ad fictas res, cum ẽt tũ recẽtius idẽ & Poeta & actor fabularũ suarũ fuisset.

Fabulæ a quo primũ scriptæ

Comœdiæ aũt, motoriæ sunt, aut statariæ, aut mistæ. motoriæ, turbulẽtæ: statariæ, quietiores: mistæ, ex utroq; actu cõsistẽtes. Comœdia p quatuor ptes diuidiẽ, Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophẽ. Prologus, ẽ uelut p̃fatio q̃dã fabulæ: in quo solo licet p̃ter argumẽtũ aliqd ad populũ, uel ex Poetæ, uel ex ipsius fabulę, uel ex actoris cõmodo, loqui. Protasis, primus est actus, initiumq; dramatis. Epitasis, incrementum, processusq; turbarũ ac totius, ut ita dixerim, motus erroris. Catastrophæ, conuersio rerum est ad iucũdos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum.

Comœdię ptes. Prologus. Protasis. Epitasis. Catastrophe.

Comœdia est fabula diuersa instituta continens, affectum ciuilium ac priuatarum rerum: qua discitur quid sit in uita utile, quid cõtra euitandum. Hãc Græci sic definiere, κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. Comœdiam esse Cicero ait, imitationem uitæ, speculum cõsuetudinis imaginem ueritatis. Comœdia autem a more antiquo dictæ: quia in uicis huiusmodi carmina initio agebantur apud Græcos: ut in Italia compitalitiis ludicris admisto pronuntiationis modulo, quo, dum actus commutãtur, populus detinebatur. Aut ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc ẽ ab actu uitę hominum, qui in uicis habitabant ob mediocritatem fortunarum non in aulis regiis, ut sunt personæ tragicæ. Comœdia uero, quia poema sub imitatione uitæ atq; similitudine

Comœdia qd

Ex alio rursus cōgesta

compositum est, in gestu & pronuntiatione cōsistit. Comœdiam apud Græcos dubium est quis inuenerit primus: apud Latinos certum est. Comœdiam, & Tragœdiam Togatam primo Liuius Andronicus reperit aitq; Comœdiã esse quotidianæ uitæ speculũ: nec iniuria nam ut intenti speculo ueritatis lineamenta facile p imagines colligimus: ita lectione Comœdiæ imitationem uitæ, consuetudinisq; non ægerrime animaduertimus.

Comœdiæ origo

Huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus, moribusq; peruenit. Athenienses namq; Atticam custodientes elegantiam, cum uellent male uiuentes notare, in uicos & compita ex omnibus locis læti, alacresq; ueniebant: ibiq; cum nominibus singulorũ uitam publicabant unde nomen compositum ut Comœdia uocaretur. hęc aũt carmina in pratis primum mollibus agebantur. nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum prouocarentur ingenia: sed & actoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo uocis flexu ad dulcedinem cõmendationis uterentur. Capet nãq; pro dono his dabatur, quia uitibus noxium animal habebatur: a quo etiã Tragœdię nomen exortum est.

Tragœdia

Nonnulli autem ex amurca olei fece, quę est humor aquatilis, Tragœdiam dici, uocariq; maluerunt. Qui ludi cũ per artifices in honorẽ Liberi patris agerentur, etiã ipsi Comœdiarum Tragediarumq; scriptores huius dei uelut patris, numen colere ueneratiq; cœperunt. cuius rei probabilis ratio exitit, ita enim carmina inchoata proferebantur, ut per ea laudes eius, & facta gloriosa celebrari, proferriq; constaret. tum paulatim fama huius artis increbuit.

Thespis Aeschylus

Thespis autem primus hæc scripta in omnium notitiam protulit. Postea Aeschylus secutus exemplum, publicauit. de quibus ita Horatius in arte Poetica loquitur.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris uexisse poemata Thespis.
Quæ canerent, agerentq; peruncti fecibus ora.
Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ
Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis:
Et docuit magnumq; loqui, nitiq; cothurno.
Successit uetus his comœdia non sine multa
Laude: sed in uitium libertas excidit, & uim
Dignam lege regi. lex est accepta: chorusq;
Turpiter obticuit sublato iure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere Poetæ:
Nec minimum meruere decus uestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta.
Vel qui prætextas, uel qui docuere rogatas.

Fabulę partes

FABVLA generale nomen est. eius duæ primæ partes sunt, tragœdia, & comœdia. Si latina argumentatio sit, prætextata dicitur.

Comœdię species

Comœdia autem multas species habet. aut enim palliata est, aut togata, aut tabernaria, aut attellana, aut mimus, aut Rhyntonica, aut planipedia.

Planipedia

Planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius, ac uilitatem actutum, qui non cothurno aut socco utuntur in scena, aut pulpito, sed plano pede. uel ideo q non ea negotia continet, quæ personarũ in turribus aut in cœnaculis habitantiũ sunt sed in plano & humili loco

Cincius Faliscus

Personati primi egisse dicuntur comœdiam Cincius & Faliscus. tragœdiã Minutius & Prothonius. Oĩum aũt comœdiarum scripta ex quatuor rebus omnino sumuntur, nomine, loco, facto, euentu. Nomine, ut Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidic⁹. Loco, ut Andria, Leucadia, Brundusina. Facto, ut Eunu hus, Asinaria, Captiui. Euentu Cõmorientes, Adelphi, Heautontimorumenos.

Comœdię formę

Comœdiarũ formæ sunt tres,

Palliata

Palliatæ, Græcũ habitũ ferentes,

Tabernaria

quas nonnulli tabernarias uocant.

Togata

Togatæ, iuxta formã psonarũ, habitũ togarum desiderantes.

Attellana

Attellanæ, salibus & iocis compositę, q̃ in se nõ habent nisi uetustam elegantiam.

Comœdia autẽ diuiditur in quatuor partes, Prologũ, Protasin, Epitasin, Catastrophen. Prologus est prima dictio, a Græcis dicta πρόλογος id est antecedens ueram fabulæ cõpositionẽ elocutio. Eius species quatuor sunt, συστατικὸς cõmendatitius, quo fabula uel Poeta cõmendatur. ἀναφορικὸς relatiuus: quo aut aduersario maledicta, aut gratiæ populo referunt. ὑποθετικὸς, argumentatiuus, fabulæ argumẽtũ exponens. μικτὸς, mistus, omnia hęc in se cõtinens.

Comœdię ptes

Prologus & eius species

Prologus

Prologium

Inter prologum, & Prologiũ qdam hoc interesse uoluerunt: q̃ prologus est ubi Poeta excusatur, aut fabula commendatur. prologiũ autẽ est, cum tantum de argumento dicitur.

Protasis

Protasis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationẽ tenendã.

Epitasis

Epitasis, inuolutio argumenti, cuius elegantia connectitur.

Catastrophe

Catastrophe, explicatio fabulæ, p quam euentus eius approbatur. In plerisq; fabulis ipsarum nomina priora ponebantur, q̃ Poetarum: in nonnullis Poetarum, q̃ fabularum. cuius moris diuersitatẽ antiquitas probat. Nã cũ primũ aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronuntiabanť ante, q̃ Poetæ pronuntiaretur, ne aliqua inuidia a scribendo deterreri possent. Cum antẽ p editionem multarum Poetæ iam esset autoritas acquisita, rursus priora Poetarũ nomina pferebantur: ut per ipsorũ uocabula fabulis attentio acqrreretur. Actas diuersis ludis manifestũ est inscribi. Nã ludorũ quatuor sunt species, quos Curules Aediles munere publico curant.

Megalẽses ludi

Megalẽses, magnis diis consecrati, quos Græci μεγαλεσίους, appellant.

Funebres

Funebres, ad retinẽdum populũ instituti, dum põpa funeri decreta in honorem patricii uiri plene instruitur.

Plebei

Plebei, q pro salute plebis ædunitur.

Apollinares

Apollinares, Apollini cõsecrati.

Ara duę

In scena duę arę poni solebant, dextra Liberi, sinistra eius dei cui ludi fiebant: unde Terentius in Andria ait,
Ex ara, hac, sume uerbenas.

Vlysses palliat⁹

Hinc, Vlyssem palliatũ semp inducunt: siue q aliquãdo insaniam simulauit: quo tpe tectum se esse uoluit, ne agnitus cogeretur in bella pdire. seu ob singularem sapientiã qua tectus munitusq; plurimũ sociis pfuit. Huius eni uirtutis erat animi semp decipientis ingeniũ. Nõnulli Ithacę incolas, sicut Locros, palliatos fuisse cõmemorant.

Personarũ comicarũ amictus

Achillis, & Neoptolemi psonę, diademata habent: quãuis regalia sceptra nunquã tenuerint: cuius argumenti pbatio talis inducitur, q nunq̃ cũ reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cũ Troianis bella sacramenta cõiurationis inierunt, nec unquã sub Agamenonis impio fuerunt. Comicis senibus candidus uestitus inducitur, q is antiqssimus fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur. Serui comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquę gratia: uel quo expeditiores agant. Parasiti cũ intortis palliis ueniunt. Læto, uestitus candidus: ærumnoso, obsoletus: purpureus, diuiti: paupi, phœniceus datur: militi, chlamys purpurea: puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio uarii coloris utitur. Meretrici ob auaritiam luteum datur.

Syrmata

Syrmata dicta sunt ab eo, q trahuntur: quæ res abscenica luxuria instituta est. Eadẽ in luctuosis psonis incuriam sui p negligentiam significant. Aulæa quoq; in scena in terra sternuntur, q pictus ornatus erat ex Attalica regia Romã usq; perlatus: p qbus si paria ætas posterior accepit.

Siparium

Est autem minutum uelum: quod populo obsistit, dũ fabularũ actus cõmutantur.

Diuerbia

Cantica

Diuerbia histriones pronuntiabant Cantica uero tẽperabantur modis nõ a Poeta, sed a perito artis musicæ factis. Neq; enim omnia iisdem modis in uno cantico agebantur, sed sæpe mutatis, ut significant q tres numeros in comœdiis ponunt, qui tres cõtinent mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebant, nomen in principio fabulæ & scriptoris, & actoris superponebant. huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante discerent quã fabulã acturi scenici essent, q̃ omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pnuntiaretur.

Tibię dextrę & sinistrę

Agebantur aũt tibiis paribus, aut imparibus & dextris, aut sinistris. Dextræ autẽ tibiæ sua grauitate seriam comœdiæ dictionẽ pnuntiabant. Sinistrę & serranæ acuminis leuitate iocum in comœdia ostendebant. Vbi aũt dextra & sinistra acta fabula inscribebatur, mistim ioci & grauitates denuntiabantur.

Tibię dextrę & sinistrę in comœdiis

CAELII DONATI ERVDITISSIMI GRAMMATICI PRAEFATIO IN ANDRIAM TERENTII.

Comoedia Andria, cum palliata sit, de loco nomē accepit, & a Menādro prius, & nunc ab ipso Terentio: qui cum de Chryside loqueretur, sic ait, Hei uereor nequid Andria apportet mali & hoc commune uocabulum est & in Graeca, & in Latina lingua. Haec maiori ex parte motoria ē, cōtinetq; actus amatorum adolescentium, & patrum piorum. Sunt ibi callidi serui, astutae ancillae, seueri senes, adolescentulae liberales. In hac primae partes senis Simonis sunt, secundae Daui, tertiae Chremetis, & deinceps reliquorū. Prologus in hac acer inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur: sed tamen id subtiliter, ut omnia lacessitus facere uideatur, ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe pene tragica: & tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenit. Haec prima acta est ludis Megalēsibus M. Fuluio aedile, & M. Glabrione. Q. Minutio Valerio Curulibus. Egerunt L. Attilius Latinus Praenestinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus, dextris & sinistris & ē tota Graeca, edita M Marcello & Sulpitio Coss. pronuntiataq; est Andria Terentii ob incognitū adhuc nomen Poetae, & minoris apud populum authoritatis, ac meriti. Deuerbiis authēticis lepide distincta est: & successu spectata prospero, hortamento Poetae fuit ad alias cōscribendas. Initium autem προτατικὸν πρόσωπον, id est aduentitiam personam recepit Sosiae propter euoluendam argumenti obscuritatem. Persona autem protatica ea intelligitur, quae semel inducta in principio fabulae in nullis deinceps fabulae partibus adhibetur. Adnotandum sane puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci in Comoedia Palliata, praeter inuocationem Iunonis Lucinae: quae & ipsa quoq; post scenam fieri solet.

ARGVMENTVM EIVSDEM IN EANDEM

Chremes Atticus pater Pasibulae & Philumenę, cum ex his duabus se Pasibulam perdidisse falso crederet relictam Athenis, nec uisam postea multo tempore: tanquam unicam sibi putabat Philumenam: quam Charinus adolescens Atheniensis adamabat unice, & sibi petebat uxorem. Sed pater eam Pāphilo cuidam Simonis filio ultro desponderat: qui Pamphilus e contra sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam, Pasibulam supradictam alteram Chremetis filiam sub nomine Glycerii latenter sic amauit, ut ex ea filium suscepisset inscio patre quare intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falsas nuptias tentat animum Pamphili, multis dolis a Dauo ipse deluditur seruo. periculoq; Charini, & Pamphili motus error in fabula, usq; ad eum finem ductus est, dum Athenas ueniens Andrius quidam Crito rem aperiat, & nodum fabulae soluat: per quem amissa Pasibula recipitur a parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena uero Charino despōdetur, & traditur exoptanti. Perspecto argumēto scire debemus hanc esse uirtutem Poeticam, ut a nouissimis argumenti rebus incipiens initium fabulae, & originem narratiue reddat spectatoribus: authoremq; praesentem sibi exhibeat, ubi finis est fabulae. hunc enim ordinē & circulum poeticae artis, uel uirtutis non modo secuti sunt Tragici, comiciq; autores: sed Homerus etiam & Virgilius tenuerunt. Diuisionem actuum in Latinis fabulis internoscere difficile est. caussam iamdudum demonstrauimus. Vnde autem, aut quo modo, quamuis aegre, tamen intelligi distinguiq; possint, est operae pretium dicere: Principio dicēdū est nullam personam egressam quinquies, ultra exire posse. Sed illa re plerunq; decipimur, q̄ personam cum tacuerit, egressam falso putamus: quae nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igitur attente animaduertendum, ubi, & quando scena uacua sit ab omnibus personis ut in ea chorus, uel tibicen audiri possit. quod quum uiderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Cōfundit saepe lectorem id, q̄ persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui nō intelligitur ingressa: quod ipsum experientes statim diiudicant de rerum ac tēporis quātitate. pōt enim fieri ut & sit ingressa ac egressa, quā praue credimus de proscenio non recessisse. Posse autem quinto egredi personam, non & necesse esse dicimus: ut appareat ultra exire non posse. In Tragoedia & parcius exire & solere pariter, & licere. ❡ Primus actus in Andria narrationē Simonis apud Sosiam continet argumenti quod populus hac occasione perdiscit mox querelam apud se Daui de domino, & eiusdem cum domino uerba: & rursus eiusdem serui deliberationem quid rerum gerat. ❡ Secundi actus haec sunt. Charini uerba primo cum Birria seruo, & post cū ipso Pamphilo de nuptiis: Pamphili sermo cū patre dolo consentientis in nuptias. Birrię uerba: Daui callida oratio aduersum senem. ❡ Tertio actui haec attribuuntur. Mysidis cum obstetrice colloquiū, Dauo, ac Simone audiētibus partus Glycerii suspectus seni: & Daui apud eum fraudulenta sermocinatio: Simonis uerba cū Chremete de nuptiis: Daui perturbatio ac Pamphili. ❡ Quartum actū per haec intelligimus. prima Charini uerba sunt indignantis uelut fidem sibi non seruatam a Pāphilo: tum Mysidis uerba apud Pāphilū, eiusdemq; questus Daui administratio doli aduersus Chremetem. ❡ In quinto actu Simonis & Chremetis prope iurgiū disputatio tū detectio fallaciarū Daui, tum indignatio patris aduersus filiū: tum Critonis interuentus: & per eū cognitis rebus in tranquillū res acta, ducentibus uxores quas concupiuerant Pamphilo & Charino. ❡ Illud non cōmouere nos debet, q̄ in horū actuum distinctione uidentur de proscenio non discessisse personae quaedam: sed tenere debemus, ideo Terentium uicinitatis mentionē fecisse in principio, ut modico recessu & adesse, & abesse personam intelligamus. nihil ergo secus factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

GVIDO IVVENALIS GANEIO VIRO Senatorio bonarum literarū amantissimo. S.P.D.

Cum inter uarias, multiplicesq; interpretatiōes nostras uir literarum bonarum gloria conspicue: successiuo, tumultuarioq; studio in sesquialtera Teren. interpretatiunculae non nihil confecissem usiquae multis forent aliquantum adiumento: quibus interpretum facilis copia non est: aut quia paupertie premuntur usq; eo: ut gymnasia, emporiaq; bonarum literarū adire non possint: aut quia non satis stabilia iecerunt fundamenta: ut facile uiros graues, ac literatos capere ualeāt: qui tantam indignitatem subire nō sustinent, ut ad structuram ita familiarem descendant: ut etiam minutissima quaeq; ante iuuenum oculos ponant quorum discendi cupiditatem miseratus (quantum mihi per facultatem licuit) minima quaeq; in lucem prodidi haud indignum ratus: si nec ipsas quidem particulas (quae plurimam plerunq; ignoratae afferunt structurae, & intellectui difficultatem) intactas pretermitterem Quem quidem laborem fateor: & quidem egregio iuuene aliquanto in doctrinis prouectiore indignum esse sed tamē non adeo longe progressis minime contemnendum. Cum in quam eidem lucubrationi numerosae uelut fastigium, extremamq; manum admouissem: statui (ut fieri solet) aliquē mihi necessitudinem iunctū in ipso statim (ut ita dicā) uestibulo conuenire uehementer quidem motus Caii iure consulti uerbis titulo de iuris origine dicentis: cuiusq; rei potentissimam partem

mam partem

mam partem principium esse. & cum in foro causas dicenti-
bus nefas(ut sic dicam)esse uideatur: ulla præfatione facta iu-
dici rem exponere quanto magis interpretatione promittẽ-
tibus inconueniens sit futurum: omissis initiis, atq; illotis(ut
sic dicam)manibus protinus materiã interpretatiõis tracta
re. Nam(ut ipse inquit)præfationes ipse & libentius nos ad
lectionem propositæ materiæ perducunt: & cum eo ueneri
mus: eius euidentiorẽ præstat intellectum. Et cum in magno
meo(; amicoꝝ numero diu quæritassem: quisnã potissimũ
hoc tẽpore compellendus esset: tandẽ tui ipsius, uir celeber-
rime, mihi incessit recordatio: qua huiusmodi mẽte cœpi no
lutare. Quid tãdiu fluitans in uarias distraheris sententias:
ut eum tua epistola alloqueris: quem conueniendum quæ-
ris: nescis uirũ illum senatorium literarũ bonaꝝ amatorem
præcipuum: te sua sponte in suam beneuolentiam recepisse:
tibiq; honestissimum in sua gratia præbuisse locum: idq; usq;
adeo: ut se tibi, suaq; familiariter utẽda præstiterit: te ipsum
sæpenumero ad epulas uocans: non cõmessationis, cõpota-
tionisue gratia(ut græci loquuntur)sed melius(ut nostri la-
tini)causa conuictus, seu mauis conuiuendi. Quanti autem
suauitatis, utilitatisq; afferant eiusmodi literata cõuiuia: nõ
facile dici potest. Nam Ciceronis sententia id ad beate uiuen
dum pertinere putandum est: cuius ad Pætum uerba sunt:
Sed me hercle mi Pæte extra iocum moneo te(quod pertine
re ad beate uiuendum arbitror)ut cum uiris bonis iucundis
amantibus tui uiuas. Nihil enim aptius uitæ: nihil ad beate
uiuendũ accõmodatius: nec ad id uoluptatem refero: sed ad
communitatem uitæ, atq; uictus, remissionemq; animorũ: maxime
sermone efficitur familiari: qui est in conuiuiis dulcissimus:
ut sapientius nostri, q̃ græci illi συμποσια, aut συνδειπνα il-
la cõpotationes aut cõcœnationes: nos conuiuia q tum maxi
me simul uiuitur. hæc ille. Et profecto ut interim a cogita-
tione mea ad te ipsum sermonẽ uertam, uir percelebris, tua
cõuiuia mihi eorum simillima uidentur: quæ Athenis Tau
rus philosophus sibi iunctioribus sectatoribus celebrare so
lebat. Nã cũ domum suã eos uocaret: nec omnino(ut dicitur)
immunes ασυμβολοι uenirẽt: hoc est(quod uulgo dici solet)
ne omnino uenirent manibus uacuis: ac sine portione: con-
iectabant singuli ad cœnulam: non cupedias ciborũ. i. cibos
lautiores: sed argutias quæstionũ. Vnusquisq; enim cõmen-
tus, paratusq; ibat quod quæreret. Eratq; initium loquendi
edundi finis. quærebantur autem non grauia, neq; reueren-
da: sed qualia M. Varro ex satyris Menippæis in conuiuiis q̃
renda putat. Censet enim sermones ad tempus esse haben-
dos: nõ super rebus anxiis aut tortuosis: sed iucundos atq;
inuitabiles: & cum quadam illecebra & uoluptate utiles: &
quibus ingenium nostrũ uenustius fiat, & amœnius. Eius ge
neris tua, uir doctissime, sensi esse conuiuia in quibus nihil a
nobis ultro, citroq; dici solet: nisi quo reddatur ingenium ue
nustius, atq; ornatius. Vbi enĩ edundi finis factus est: statim
librum aliquẽ arripis reconditissimum, & inuentu rarissimũ.
Siquid enim alicunde noui aduectũ est, accurate percuncta
tis: ubi nã: quaue in officina uenderetur: tunc enim raptim
nulla pecuniæ habita ratione quanticunq; constare debeat,
afferri tibi iubes: & eius copiam fieri id re ipsa(edoctus lo-
quor)qui tua in me beneuolentia, tuoq; beneficio libros ali
quos abstrusissimos succisiua, tumultuariaq; lectione p̃ ui
Homericam enim Iliadem tuo munere lectitandam sum
conse-utus: ut cætera omittam uolumina minus inuentu ra
ra quæ tua prolixa, beneficaq; natura mihi familiaria extite
runt. Neq; hæc sola in me es liberalitate usus(quæ non pat
ui est facienda)sed etiam auaritiæ, tenacitatisue uinculis mi
nime irretitus(quę uiriles hominum animos effœminat: q̃q;
latentium indagatrix lucrorũ est: manifestaq; prædæ auida s
ma uorago: nec habendi fructu felix: sed quærendi cupidita
te miserrima: qua constrictus Crassus auri sitibundus aurũ
bibit in suam perniciem)ipse me q̃ nequaq̃ illa districtus: pecu
nias mihi benigne obtulisti: admonens ueri amici more: ne

Quãti autem suauitatis utilitatisque afferant literata cõuiuia

Qui sermones ĩ cõuiuiis habendi sint

Quid q̃ miser rima sit auaritia

te abundante ullo modo me egere sustinerem: quod q̃ mihi
gratũ acciderit: ipse sum mihi testis locupletissimus. Magno
etenim opere gratulari mihi soleo: cũ ipse tantillus uiro tan
to sum iucundus, atq; ex animi sententia: qui tametsi grauï
tate, dignitateq; pollet: tamẽ laudũ meaꝝ(si modo ullæ meę
sint)suopte ingenio motus nitidissimus præco esse non dedi
gnetur. Gloriosum enim est(ut Hector ille Neuianus dice-
bat)laudari, & a laudato uiro. Huc accedit te non modo iu
ris utriusq;, & pontificii & cæsarei studiis teneri: sed ẽt philo
sophiæ: quæ(ut inquit Cicero)tota frugifera & fructuosa:
nec ulla pars eius inculta ac deserta est. Ipse enim mathema
ticis. i. disciplinis(ut græci dñt)animi tui neruos intẽdis: gno
monicam: geometriam: arithmeticã: astronomiam: cæterasq;
id genus disciplinas relegens. a quibus, qui sunt penitus alie
ni(ut Taurus super Pythagora dicere solebat)repẽte nimis
ac pedibus illotis ad alias artes pernoscendas nequicq̃ diuer
tunt: quod procul dubio tibi improperari non poterit: qui
adeo cum dicendi genere forensi quietum, & æquabile dicẽ
di genus coniungis: ut mihi alter Demetrius Theophrasti
discipulus exprimi uidearis. ut enim philosophię fuit studio
sus: pariter & dicendi: sic tu quoq; inter priuatos parietes fa
cundiam acri studio alis: qua sis usurus in omni causarum
genere: modo forensi: modo deliberatiuo: &, si quando
opus est, demonstratiuo. Quæ cum omnia aduertissem: ad
huc apud me certaminis aliquid reliquum erat: foret ne opę
pretiũ ut tanti uiri auribus ineptiolis meis obstreperẽ. Quod
cũ dubium mecũ reuoluerem: uenit in mentẽ tua ipsius ĩna
ta mansuetudo: qua maximopere fretus: animum ad scri-
bendum appuli futurum ratus ut scripta nostra nihil mole-
stiæ essent tuæ dignitati allatura. Quæ spes ne me fallat, ue-
hementer rogo: ut hac ipsa in re eum te mihi præbeas: q mi
hi semper(ex quo me in tuam gratiam insinuasti)cognitus
es. Tantũ in postremis a tua humanitate etiam, atq; etiã fla
gitans: ut de instituta in me beneuolentia nihil remittas: sed
potius(quoad eius fieri poterit)conserues foueas: alas. hoc
existimans quantum ad me attinebit: nullo me loco tuæ ho
nestati defuturum. Vale & me ama ut cœpisti.

Debet cũ forẽsi dicẽdi gñe ge- tũ quo- q; & æq̃ bile con iungi

GVIDO IVVENALIS NICOLAO DE Capella uiro multis laudibus efferendo. S.P.D.

SAepe & multũ p̃stabilis uir sapientiæ mecum co
gitaui(ex quo de tua ipsius pręstantia referente
fama, cognoui)quæ nam mihi ratio ineunda fo
ret: ut tuã mihi gratiã(quoad eius fieri posset)
conciliarem. Tanta enim feriendi tecũ fœderis, societatisq;
coeundæ tenebar cupiditate: ut aliter pacatum quietumq;
nõ possem animum meum efficere: nisi me quibusuis ratio-
nibus in tuam beneuolentiam insinuarem. Propterea cũ sæ
pe deliberarem non nihil ad te literarum dare: occurrebat
tua ipsius mirabilis eruditio: quæ me prorsus a scribendo
deterrebat. sic enim mecum uolutabam quid sui cum Miner-
ua: nescis tu, eius quem conueniendum ducis habere ratio-
nem? Putas ne uirum tam egregium e gregalibus tuis(quos
literis soles obtundere unum esse? erras & quidem uehemẽ
ter. Is enim uir est admodum literarum bonarum studiosus
qui earum hauriendarum causa singula bonarũ disciplinaꝝ
emporia transalpina frequentauit: atq; excoluit diligentissi-
me. In quibus ætatis suæ florentis decennium consumpsit.
non quidem: ut multi errabundus: sed dies, noctesq; studio-
rum excubias celebrans auidissime. Omnes insuper maxi-
ma fama interpretes italos tam in humanis artibus q̃ in iu-
ris utr. usq; facultate usq; adeo coluit: illisq; æquissimis auri
bus usus est: ut iuris utriusq; & pontificii & cæsarei profes-
sor dignissimus euaserit. neq; ea uelocitate qua complures
cernere est, sed ea temporis diuturnitate: ut cum iuris pru-
dentia mirabilem potuerit eloquentiam coniungere. Quod
profecto adeo abunde cumulateq; fecit: ut eius sermone ac-

scriptis(quæ de eius munitissima officina prodierunt) nihil mihi rultius desiderari posse uideatur. Accedit eodem eum prius q̃ illas peteret regiones: adeo stabilia hac ipsa in urbe iecisse fundamenta: ut & in artibus liberalibus laurea fuerit donatus: seu magisteriũ appellare libet: adeoq; longe in ipsa sacrosancta theologia progressus est: ut bacchalariatus(uti nostri loquuntur) gradum fuerit consecutus. Hæc ipsa longeq; maiora cum cogitatione complecteret: facile a scribendo deterrebar: diuq; ea ratione remoratus sũ gratissime cõsuetudinis n[ost]ra inuitus carui ac dolens. At cum tantopere eiusmodi torquerer cupiditate: cœpi audatia uti pro sapientia: teq; meis ineptiis obtundere dum curaui. Verum tua ingens mansuetudo facile impediuit: quominus literæ nostræ molestię quicq̃ tibi afferrent. Si quidem eo animo illas suscepisti: ut euestigio me indignum in tuam ascripseris beneuolẽtiam. & quidem usq; eo: ut me tuis scriptis omni suauitate scatentibus, latioq; admodum oblitis uacare non sustinueris quod q̃ mihi gratum acciderit: non uerbis modo: sed nec cogitatione quidem explicari posse credam. Procedente enim tempore: amicitiaq; nostra accessionis aliquid indies magis ac magis acquirẽte: inter rudimentorum interpretationes elegantiarũ non nihil emerit quod tuo limatulo iudicio (ut Ciceroniano utar uerbo) politoq; recognoscendum commisi: in quo tuum mihi fauorem adeo propense adhibuisti: ut nihil mihi præterea fuerit requirendum. Et quoniam omni tempore pro ea facultate, quæ nobis ab optimo Deo tributa est: cupiuimus iuuenes nostrarum lectionum sectatores: cæterosq; rudimẽtorũ studiosos(qui noster est in eos amor) quibuscunq; uiis iuuare, eorumq; labores multo efficere solito leuiores: adhibuimus ingenium interpretationi terentianæ: minutissima quæq; plana facientes: quo possemus iuuenibus nondum longe in grammatica progressis aliquid afferre adiumenti: quo ducti beneficio(ut alias re ipsa compleuerunt) ad Deum omnipotentẽ ex intimo pectore præces nostri contemplatione effunderent: qđ mihi munus abũde suffecturum est pro meis omnibus susceptis laboribus: quos si eo aĩo sumãt: quo a me prolati sunt: mihi nequaq; satisfactum esse putent. Et q̃uis eo tempore, quo in ea interpretatione laboraui, fuerit continuus mihi occupationũ concursus: tum lectionum interpretandarum in concione: cum discipulorum peculiari sermone instituendorum: id tamen muneris uehementi motus amore minime dubitaui capescendum: post eius absolutionem atq; consumationem rudimentis grammatices multam dicturus salutem: lõgeq; maiora studia toto pectore amplexurus. Mihi enim indicatum est(nisi me cogat egestas) deponere illam grammatici personam, aliamq; impendio præstabiliorẽ induere. meq; in theologiæ sinum tanq̃ in portum quendam recipere: ac me totũ in literis sacris abdere. In quibus, quod est reliquum uitæ meę, ueluti in tuto reponam. nam id si fecero: uideo me nun q̃ pœnitentiæ loci quicq̃ relicturum. Vbi enim sæcularibus (ut sic dicam) disciplinis pro uirili portione satisfactũ est: nõ ea teneor sententia diutius in illis esse progrediendum: sed potius mature ex illis pedem esse reuocandum, atq; cauendum receptui: ne forsitan nos in illarum Labyrinthum ita alte demergamur: ut non sit postea resiliendi locus. Vt enim inquit Gelli. ad Ciceronem: Etiam atq; etiam cogitandũ est, ne nos scientes, prudentesq; eo demittamus, unde exitum uideamus nullum esse. Ea propter si me his curis exoluero: q̃ plurimum salutem hisce disciplinis dicturum me esse reor. In ea autem facillima interpretatione non me latet: maiorẽ partem aliquantum eruditis per se cognitam esse: attamen mille hominum spẽs: & studiorum genera Alios enim penitus eorudimentorum exortes inuenias, discendi tamen cupidissimos. alios enim qui bonarum literarum interpretes attente audierunt: sed tamen quia debilia iecerant fundamenta: faciles etiam structuras ad legitimum ordinem uix possent reducere. Propterea non pro doctis hos labores suscepimus: sed pro iis duntaxat, quibus non est concessum, aut penuria præceptorũ, aut inopia rei familiaris: ut eo eruditionis aspirarent: quo non foret illis nostra opera opus. Ea propter ab his commentariolis legendis abstineant: qui suæ doctrinæ fiducia freti: interpretantis lumine non indigent. neq; iis inuideant, qui labores hos sunt accepturi suauissime. Et q[uonia]m (uir literis politissime) institutam in nos amicitiam semper fouere laboraui: hac etiam epistola tanq̃ aliquo munere nutriendam existimaui: ut esset literarum monumentum nostræ pignus amicitiæ: quoniam frustra tecum muneribus alterius generis contendendum putarem: quippe qui omnibus bonis non naturæ modo, sed etiam fortunæ adeo abundes: ut nullius egeas: ad genus dom alus potius benigne patus elargiri. Et q̃uis literæ nostræ p̃tergressæ sint epistolæ modum: tamen(quæ tua est in me mãsuetudo) Facile mihi persuadeo te iisdem uerbis usurum esse. quibus ad Volũniũ Cice. usus est in hæc uerba: Tu inquit uellem me ueritus esses: ne pluribus legerem tuas literas: mihi(quemadmodum scribis) longiores forte misisses. Ac uelim posthac sic statuas: tuas mihi literas longissimas quasq; gratissimas fore. Sed de his hactenus caput illud est ut institutam in me beneuolentiam(quãta maxima poteris diligentia) cõserues: & (si accessioni locus sit) illi rogo non deneges: & ualeas.

Quid comœdia: unde dicta: quot eius species: quot membra: quotq; actus sunt.

Comœdia

Comœdia s[e]c[un]d[u]m græcos est & priuatæ, ciuilisq; fortunæ sine periculo uitæ comprehensio. Comœdia s[e]c[un]d[u]m Ciceronem est imitatio uitæ, speculum consuetudinis & imago ueritatis. Dicitur autẽ a græco κωμαι quod indicat pagos: & ode cantus. Nam(ut ait Varro) iuuentus attica circũ uicos ita ire solita fuit: & q̃stus gratia hoc carminis genus exercebat. Vel dr̃ a græco κωμον hoc ẽ a comessatiõe, q̃ olim i huiusmõi fabulis amantiũ fiebat.

Tragœdia

Differẽtia inter tragœdiam & comœdiam

Tragœdia(ut refert Diome.) est heroicæ fortunę in aduersis cõprehensio. Dicitur q; ἀπὸ τοῦ τράγου: hoc est a tragos: quod est hircus: & ᾠδὴ cantus quoniã olim auctoribus tragicis hircus præmium cantus proponebatur. ut Horatius ĩ arte poetica: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircũ. Vel q[uod] utrem ex hircina pelle uino plenum pro præmio capereot. Vir. Vncti saliere per utres. Tragœdia autẽ heroas regesq; continet: & semper infelices exitus habet. Vnde Eurypides roganti Archelao regi: ut de se tragœdiam scriberet abnuit: precatusq; Deos est ne quid sibi accideret Tragœdia dignũ. Comœdia contra ciuiles, priuatosq; & felices exitus habet. Primi poetæ comici fuerunt Saffaron, R ullus, ac Magnes. hi ueteris disciplinę iocularia mer scite ner uenuste pronunciabant. Secunda ætate fuerunt Aristophanes, Eupolis, Cratinus: qui uitas sectati accerbissimas scripserunt comœdias. Tertia ætas Menandri, & Philemonis fuit: qui omnem comœdiæ acerbitatem abegerunt. Horum fabulas romani transtulerunt: primusq; Liuius Andronicus scripsit. Sunt q[ui] uelint Epicarmum in insula Cæo exulantem primum hoc carmen frequentasse: & sic a Cæo Comœdia dici.

Trium ætatum poetæ comici

Comœdiarum species

Comœdiarum quædam sunt togatæ: sic dictæ(ut ait Diomedes) q[uod] omnia in publico honore confusa cernebant. Quę togatæ postea in prætextatas & tabernarias diuidebantur. Togatæ sunt quæ scribuntur ritu, habituq; togatorum .i. romanorum: ut græcæ fabulæ a græcorum: pallio palliatæ dicuntur. Sed q̃uis togata genus sit sub quo & prætextatæ & tabernariæ reponuntur: tñ pro tabernariis ponitur. Prætextata habet argumentum magistratuũ: qui prętexta utuntur: & imperatorum & principum Romanorum. Tabernariæ ab humilitate personarum & argumentorum appellantur. Nam tabernas domos pauperum habebant: quæ priscis temporibus ex tabulis confi ciebantur. Attellanæ dicuntur ab Attella Ascorum urbe, ubi repertæ sunt. Hæc sunt argumentis,

mentis, dictisq; iocularibus: similes satyricis fabulis græcis. Planipedes comœdiæ dicuntur græce mimi latine uero Planipedes: q actores neq; soccis: neq; cothurnis prodeunt in proscænium aut pulpitum: sed planis .i. nudis pedibus. ¶ Membra comœdiarum tria ponebant græci: Diuerbia: Canticum: Choros. Diuerbia sunt partes comœdiarū: in quibus diuerbiorum personæ uersantur. Personæ autem diuerbiorū aut duæ sunt aut tres: raro quatuor: plures adhibere non licet. In canticis una duntaxat poni debet: aut si duæ fuerint ita ponuntur: ut ex occulto una audiat nec loquatur: sed secū si opus fuerit uerba faciat. In choris numerus personaruꝫ diffinitus non est: quia omnes coniuncti canentes, cōcentumq; facientes pro una uoce habentur. Comœdia tñ uetus chorus fuit. Sed paulatim ex numero personarū aucta i quinq; actus processit: paulatim deinde attenuato choro ita ad nouam peruenit: ut non modo non sit chorus: sed ne locus quidem illi relinquatur. ¶ Quapropter quinq; actus qui in comœdia sunt: difficile est nosse in latinis sublato choro: qui se interponens actus distinguebat. Est autē comœdia in quinq; partita ita: ut pars prima argumentum explicet. Secūda agi iam cœpta ad finem deducere cupit. Tertia perturbationē affert: & impedimenta & desperationē rei concupitæ. Quarta remedium interuenienti malo affert. Quinta ad optatū exitum cuncta perducit. Hę itaq; quinq; sunt principales comœdiæ partes: quæ dicuntur actus. Hi autem neq; plures, neq; pauciores esse debent. Horati Neue minor quinto, nec sit productior actu Fabula, quæ posci uult & spectata reponi. Actus autem unus interdū multas scenas habet. Actio uero est pars secundaria, quæ qualibet scena continetur: ut puta partus Glycerii.

Comœdiarum mēbra — *Quinq; comœdiarum actus* — *Actus* — *Actio*

AVctor iste Africanus legitur fuisse, quem destructa Carthagie, Scip o Afri. inter alios captiuos Romam adduxit: sed recognita sapientia eius, hitus est in maxima reuerentia apud Romanos Ideo cum eo tempore tantum esset usus apud Romanos faciendi comœdias & tragœdias: quærens occasionē qua populo Romano placeret: uoluit facere comœdias quæ & maiorem utilitatem conferebant: & maiorem delectationē faciebant. Comœdia est quoddam genus carminis: & de uulgari oratione & humili compositum: & de uili materia constitutum. Sunt enim tria genera locutionum: graue: humile: & mediocre. hoc antiquitus rustici post messes, & uina collecta facere cœperunt quia in festiuis diebus in compitis conuenientes: uersus suos de aliqua uulgati materia factos recitabant. unde hoc uocabulum (quod est comœdia) carminibus illis imposuerunt. comos enim uicus: ode laus interpretatur: quasi laus rusticoruꝫ. oda dicitur aliqua cantilena situs. Ex illa consuetudine postea apud gręcos & latinos usus iste inolcuit: ut de uulgari materia & uulgari sermone huiusmodi carmina facerent: & quod uulgare erat: paulatim quibusdam facetius locutionum & artificiali genere sermonuꝫ: retenta tamen uili & humili materia in artem redigere unde adhuc antiquum nomen retinuit: sed nullis ante Terentium tam artificialiter fecisse inuenitur. Nota quod hoc genus carminis moralitati subseruire debet. perfecta enim moralitas ætatum, sexuum, & conditionum in eo ostenditur. ætatū: ut iuuenum & senum. sexuum: ut uirorum & mulierum. conditionum: ut seruorum & liberorum matronarum & meretricum &c. Est igitur intentio auctoris moralitates describere. utilitas: ut sciamus bonam moralitatem nobis conformare. Voluit preterea causa delectationis hoc incipere: quo utilitatem & delectationem afferendo populo placeret. Materia sunt res fictæ, quæ nuncupantur argumentum. Nunq̄. n. res gesta in comœdia locum habet. Dīa. est inter argumentum & fabulam & historiam argumentum æquiuoce accipitur faciens fidem dubiæ rei: sed hic ita diffinitur. Argumētū est res ficta quæ fieri potuit. Fabula rem neq; ueram: neq; uerisimilem continens. Historia est res gesta. Huius ergo materiæ nomen est argumentum. Scripturæ nomen est comœdia. Sciendum est iterum q omnis comœdia in quinq; actiones diuiditur .i. in quinq; partes. Voluere enim poetæ sicut in metris mensuram habent: ita & in materia modum obseruare. unde omnes poetas: & inuenies per æquales distinctiones & moderatas eorum libros cōpositos: & distinctiones fere eiusdem mensuræ. Sic igitur comœdi quinarium numerum: quasi mediocrem mensurā in partibus posuerunt: ne si plures essent fastidium generarent: si pauciores displicerent. Sic autem materiam considerabant: q si prolixior esset: in quinq; actus redigerent. si breuior: ad quinq; extendebant. Alia lex iterum in comœdiis obseruatur: ne in eadem scena plusq̄ tres personæ loquantur: & si quarta inducitur pauca uerba proferat: ne nimia confusio in locutionibus habeatur unde Hor. Ne quarta loqui persona laboret. & si quarta parum loqui debet. multo minus quinta. Hæc diuisio fit comœdiarum apud græcos: Comœdiarum alia prætextata: alia togata. prætextata ubi alta oratione de humili materia tractatur: unde propter illam dignitatem prætexta utebatur poeta in recitatione. togata ubi & humilis oratio & humilis materia erat & toga induebatur recitator. Palliatæ erant quædam latinæ adiuentiones. s. comœdiæ non assumptæ ā græcis. Nostri tamen poetæ non accipiunt a græcis: nisi togatas. Multas alias diuisiones comœdiæ facit Donatus, quas q scire uolunt ab eo stipulētur. Dicit scena sub umbraculū quod fiebat de cortinis: ubi personæ latitabant: tamen etiam uocatur scena unaquæq; clausula: ubi mutatio & introductio personarum in comœdia: quia tunc personæ de suis scenis .i. umbraculis egrediebantur. ¶ In hac comœdia sunt materia personæ: Simo, Pamphilus, Carinus, & aliæ: quę gratia istarum inducuntur: Intētionem, quam dixi habet ubiq; generalem: sed utilitatem in singulis moralitatibus descriptis potes inuenire. Si bona est, per similitudinem informat. Si mala est, respuendam se nunciat. Quinq; actus huius comœdiæ sunt isti simulatio nuptiarum: quam facit Simo: ut cognoscat animum filii sui & habeat locum obiurgandi eum. Secundus q ibi incipit: Audiui Archyllis: est disturbatio illius dissimulationis per Dauum. Tertius qui ibi incipit: Iubeo Ch. est de hoc quod Simo accepta occasione a filio conatur facere ueras nuptias. Quartus qui est: Iam ubi ubi erit destructio uerarum nuptiarum: machinationes Mysidis & Daui per puerum suppositum. Quintus qui est: In hac habitasse: dicitur compositio & mitigatio omnium priorum turbationum p interuentum Critonis: qui facit Glycerium cognosci ciuem filiam Chremetis. ¶ Prologum non premittit, ubi declarat materiam suam, & prælibat sicut faciunt alii poetæ: quia cōpulsus inuidorum infestatione dat aliud officium prologis suis quod melius dicemus in prologo: sed p̄mittit quādam orationem: eo; tamen quoddam officium prologi attribuit .s. docilitatem per deliberationem materiæ suæ factæ. Cum enim partes narrationis suę pręmittit: melius nouit auditor unde debeat tractare: & quid in narratione debeat expectare. Itaq; præponit hanc breuem orationem: quam nomine materiæ intulit .s. argumentum: quia in ea tota materia sua breuiter includitur: præponit enim stegma suum: & quasi informem materiam unde quintus actus originem habet: q tamen in narratione non disseruit: tamen hic uoluit ponere ut sciamus unde illæ factæ sint actiones .i. ex qua materia. qm̄ sic solum quod dicit: Pam. uitiat Glyce. fuit causa & simulationis & destructionis eius. & conatus ueræ eorum nuptiarum: & destructionis earum: & compositionis: præmissa illa informi materia: supponit. v. partes: sed tertia non est ibi: nisi per subinnuitionem quartę partis: quod melius in serie literæ per singula differemus. Nunc autem ad literam insistamus. Sororem falso &c quod dicit Chrysidem esse Andriam .i. de Andro insula: & meretriculam & Glyce. sororē eius. sed falso creditam: loenim singula habent: sed melius in sequentibus explicabimus. ¶ Grauidaq; facta: hoc totum

fuit contrarium machinationi patris: & conatui nuptiarum unde consistit primus actus. ¶ Nam aliam ideo dat fidem: quia necessarium erat ut Glyce. sciret eum non deserturum se. ¶ Atq; hic est primus actus. Sic iunge. Pamphilus diligebat Glyce. at ut amorem illum cõperit Simo. simulat enim supponit intentionem simulationis: quia cupiens si. &c. ut locum obiurgandi inueniret. ¶ Daui ecce secundus actus. i. destructio simulationis nuptiarum: quia per hoc quod Pãphilus non repugnat uerbis patris: simulatio reddita est inefficax: quia nõ habuit locum obiurgationis. ¶ Sed ex Glycerio: hic subinnuitur tertius actus: scilicet quod patet conatus est facere uarias nuptias: cum dicit: Recusatq; nuptias: ac si diceret nuptiæ erant paratæ: sed ille recusat. ¶ Quartus uero actus ibidem manifestus est. s. destructio nuptiarũ: contentio Pamphili non repugnat: & inde accepta occasione patris parat ueras nuptias: sed illas nuptias &c. & præmittit quare recusat ut uidit &c. Ideo recusat: quia abdicat: idest abnegat eum futurum generum. ¶ Mox est quintus actus: scilicet mitigatio omnium quæritur cur ostendat de uxore Carini. Cum Carinus non esset principalis: nisi inducta gratia Pamphili. Ideo: scilicet conueniens erat non nihil indiscussum, & indiffinitum dimittat: quia postquam fecerat monstrationem de eo: uoluit totam partem illam ad finem producere.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Simo senex	Birria seruus
Pamphilus adolescens	Crito hospes
Dauus seruus	Chremes senex
Dromo lorarius	Glycerium meretrix
Sosia libertus	Mysis ancilla
Charinus adolescens	Lesbia obstetrix

IDIOMATA PERSONARVM PRAECIPVARVM.

Simo pius in filium, sed natura uehementior. Pamphilus pius in patrem, sed fideliter amans, & cordatus ut adolescens. Dauus uafer, ac spei pertinacis. Charinus simplex, ac nullius consilii. Birria, Dauo dissimillimus, desperandi autor. Crito pauper, sed ob probitatem inpatiens contumeliæ.

Chremes pius in filiam, alioqui Simoni dissimillimus, ingenio sedato & placide componens omnia. Mysis callida & heræ amans.

RATIO NOMINVM.

Simo dictus est a specie. Simi enim fere sunt iracundi. Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτειν, quod senes tussi expurgent pectus. Pamphilus a fideli amore.

Charinus a beneuolentia animi. Sosias, quod seruatus in bello. Dauus a patria. Opinor & Birria, sicut & Mysis. Nam Mysi quemadmodum Phryges seruile genus erat. Glycerium a uoluptate. Lesbia, a patria. Crito, quod controuersiam dirimat. Dromo a cursu.

Chremes atticus duas habuit filias: alteram Passibulam nomine: alteram Philomenam: ex eis duabus credidit diu (quãquam falso) se alteram perdidisse: relictam sibi unicam Philomenam: quam Charinus mirum immodum deperibat: sibiq̃ iungi matrimonio deposcebat. Verum pater eam desponderat Pãphilo Simonis filio, qui filius liber effectus adamauit alteram filiam Chremetis: quę perdita putabatur sub nomine Glycerii: idq̃ adeo: ut ex ea filium susceperit: qđ ut resciuit pater Simo, dum filii animũ tentat per simulatas nuptias multis dolis a Dauo seruo deluditur: deinde motus error periculo Charini quę Pamphili tãtisper perductus est: dum Athenas ueniens de Andro quidam Crito rem aperiat: & nodũ fabulæ soluat: per quẽ agnita Passibula recipitur a parentibus: & traditur Pamphilo amanti: Philomena uero Charino despõdetur, & traditur exoptanti.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN TERENTII ANDRIAM.

SORORREM falso creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glyceriũ uitiat Pãphilus,
Grauidaq; facta, dat fidem uxorem sibi
Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis: atq; ut amorem cõperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

ASC. In huius quidem comœdiæ expositionibus nõ sane multa sunt: quæ mutata uelim: sunt tamen quæ recte intellecta oporteat. Dũ enim in enarratione argumẽti dicitur: Quilibet effectus &c. Non intelliges Pamphilum liberum effectum: aut a seruitute, aut a patria potestate, sed a custodia pædagogi. Vt dicitur in prima scena. Item non putabis Simonem resciuisse filium ex Pamphilo susceptum. Quia id credere non quiuit: at amorem dumtaxat compertisse. Sed hæc non magni momenti sunt.

GVI. Pamphilus nomen proprium filii Simonis senis: quod nomen idem dicit (si uelimus interpretari) quod totus amans: ut ait Tortelius. Nam πᾶν: ut totum dicit. & φίλον amans: uel φίλος amicus ita ut totus dicatur amicus: quo nomine (teste Quintiliano) fuit pictor quidẽ eximius: qui multa ratione depinxit: Pamphilus ergo uitiat: idest stuprat. Vitiare a uitio deductum: interdum significat uitiose agere aliquid. Persi. Ne liceat facere id quod quis uitiabit agendo. Vitiabit: idest uitiose aget: interdum significat uitium & stuprum afferre puellæ non sine eius uitio: & quasi uituperatione qui affert. Glycerium: idest illam puellam: cui nomen hoc inditũ fuerat in Andro, quis reuera esset Passibula filia Chremetis. Dicitur autem Glycerium dulcis amor. Nam componitur ex γλυκὺς quod est dulcis: & ἔρος amor: quasi dulcis amor: & sic quoq; per diminutionem adulatione amatoria a græcis prolatum est: quãquam & Glycera reperiatur. Martialis in undecimo: Formosam Glyceram amat Lupercus. Pãphilus inquam uitiat Glycerium creditam sororem: idest quæ credita fuit soror: ubi sororem accusatiuus non habet creditam pro adiectiuo: sed potius ab eo: ut dici solet, regitur. eiusmodi enim participia passiua plerunq; copulant similes casus: ubi casus sequens significat rem coniunctam: uel eandem cum antecedente. Soror, inquit, Labeo, appellata est: quod quasi seorsum nascitur separaturq; ab ea domo: in qua nata est: & in aliam familiam transgreditur. Fratris autem uocabulum Publius Nigidius homo impense: idest ualde doctus: non minus arguto, subtiliq; ἐτύμῳ: idest recto in-

Vitiare
Persius
Glycerium
Glycera
Martialis
Soror
Labeo
Publius
Nigidius
Frater

terpretamento interpretatur. Frater inquit est dictus quasi fere alter. Creditam ergo falso .i. non uere. (Est autem ablatiuus positus pro aduerbio qualitatis) sororem meretriculæ: scilicet Chrysidis: Andriæ: idest ex Andro insula maris Aegæi: unde Athenas uenerat. Meretricula: diminutiuum est a meretrice: sic positum per cõtemptũ: ut cum homũcio appellat aliqs: uel homuculus: uel homulus: uel homunculus: ut Priscia. habet de diminutiuis. Quatuor enĩ de causis proferuntur diminutiua: primo gratia significationis: ut regulus paruus rex. gratia urbanitatis & uitandæ arrogantiæ: ut ingeniolum. gratia adulationis: ut corculum: ocellus. gratia cõtemptus: ut homuntio &c. Andriæ autem hic est adiectiuũ ab Andro nomine substantiuo deriuatũ: declinaturq; Andrius andria andrium: idest de Andro illa insula: nomẽ est denominatiuum & gentile: genere: idest natione, & gente, uel patria. Nam genus interdum dicitur tota cognatio eorum, qui ab eodem principio originem ducunt: ut Romani a Romulo. Nam primi reges fuerunt patresfamilias: ex quibus genera propagata sunt: & ciuitates coniunctæ. ut ait Aristoteles libro primo politicorum. interdum genus refertur ad nobilitatem: ut familia ad copias ait Donatus. Item genus aliquando est progenies: aliquando gens: ut iam dictum est. aliquando ipsa generatio. Genus autem putatur dictum (ut refert Festus) a græco uocabulo terræ: quam græci γαῖαν dicunt. Possumus quidem dicere imitati Terentium: habeo matrem genere cenomanam: qđ idest &. Glycerio facta grauida: idest prægnante. ablatiui absoluti sic resoluendi: idest ubi uel postquam Glycerium facta est: seu emersit grauida. Pamphilus dat fidem: idest sancte promittit. Nam dare fidem est sancte promittere. Virgilius. Accipe. daq; fidem .i. accipe meam promissionem: & da mihi uicissim tuam. Dicimus etiam quãcunq; fidem pro me dederis: eam præstabo: idest exequar quicquid de me promiseris. Promittit ergo hanc Glycerium fore .i. futuram esse sibi Pamphilo uxorem .i. coniugem. ab ungendo dicitur uxor: ut ait Donatus. qđ cum puellæ nuberent maritorum postes ungebant: & eis lanam figebant. Ennius: Exin, inquit, Tarquinium bona fœmina lauit, & unxit. Inde uxorius dicitur. qui uxori seruit: ait Seruius. Nam pater: scilicet Simo desponderat: idest destinauerat ei Pamphilo: aliam .i. natam: idest filiam Chremetis senis: ciuis atheniensis nomine Philomenam. Despondere, & spondere hanc habent differentiam. Nam pater adolescentis: qui filio puellam petit: despõdet filium suum ductutum in uxorem filiam: quam petit. Pater asit sponsæ, a quo petitur puella, spondet se daturum filiam nuptum adolescẽti a cuius patre petitur. Nam, ut Seruius Sulpitius in libro quem scripsit de dotibus inquit, sponsalia in ea parte Italię, quæ Latium appellatur, hoc more atq; iure solita erãt fieri: Qui uxorem ductutus erat: ab eo unde ducenda erat: stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat itidem spondebat daturum: is cõtractus stipulationum, spõsionumq;, dicebatur sponsalia. Tum quæ promissa erat spõsa appellabatur: qui spopõderat ducturus, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur: aut nõ ducebatur:

Quatuor ex causis proferuntur diminutiua
Andrius ab ãdro
Genus
Donat.
Festus
Dare fidem
Vxor
Donat.
Ennius
Despondere & spõdere
Seruius Sulpit.
Spõsalia
Sponsa
Sponsus

qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat. Iudices cognoſcebant. Iudex quamobrem data, acceptaue non eſſet uxor quærebat. Si nihil iuſtæ cauſæ uidebat, litem pecunia æſtimabat: quantiq; interfuerat eam uxorē accipi, ut dari eum, qui ſpōderat: aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerſa Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem Horatius ſcripſit in libro, quem de nuptiis compoſuit. Hæc Gelliue. atq; ut: id eſt poſtquam Simo pater comperit · id eſt deprehendit & cognouit. Inde dici ſolet compertum eſt mihi. uel habeo compertum: id eſt exploratum eſt mihi: uel habeo exploratū & perſpectum: ut ergo comperit amorem Pamphili filii: ſimulat: id eſt fingit nuptias futuras: id eſt faciendas. Nam futurus interdum a ſum es retinet ſignificationem. interdum a fio fis: ut hic: uocis tamen formatione a neutro deriuatur: ſed a uerbo antiquo fuo fuis fui futum futu.: quod in deſuetudinem abiiſſe conſtat: retinemus tantum fui præteritum: quod uerbo Sum es eſt accommodamus. Nuptię autem ſiue matrimonium (nam idem ſibi uolunt) ut inſtitutionibus titulo de patria poteſtate: uiri & fœminæ coniunctio eſt indiuiduam conſuetudinem uitæ continens. Pater ergo ſimulat futuras nuptias cupiens: id eſt uolens cognoſcere qd animi: id eſt quem animum (ut quid cauſæ eſt · id eſt quæ cauſa: quid rei .i. quæ res) filius ſuus Pāphilus haberet. Pamphilus non repugnat ſubire nuptias, quæ apparabantur ei: ſuaſu: id eſt admonitiōe Daui callidi ſerui Sed ut: id eſt poſtquā: Chremes pater Philomenæ deſponſatæ: ſeu deſtinatæ Pamphilo: uidit puerulum natum ex Glycerio amata a Pamphilo: quæ re uera erat Paſſibula: recuſat: id eſt renuit ipſe Chremes nuptias: id eſt matrimonium contrahi cum Pamphilo. A puer proprium diminutiuum fit puerulus: ut a puera, qd dicebatur puella, quod autē puerulus dicitur: potius a puerus nominatiuo manare iudicatur. Ipſe pater abdicat id eſt expellit a ſe generum: non qui eſſet: ſed qui futurus ſperabatur. Abdicare eſt expellere a bonis filium dum uiuit pater. Exhæredare uero eſt filium a bonis paternis expellere poſt mortem patris: ſed abdicare eſt grauius: quod etiam in ſe exhæredationem continet. Mox: id eſt ſtatim poſt conuerſionem factam omnium turbationum, & rixarum. Chremes dat Pamphilo in uxorem hanc Glycerium cuius amore tenebatur Pamphilus agnitam id eſt recognitā. Agnoſcimus enim uetera: cognoſcimus noua: filiam: id eſt quę agnita fuit eſſe filia Chremetis: quæ Paſſibula dicebatur: inſperato: aduerbium: id eſt præter ſpem: inopinato · præter expectationem: præter opinionem. nam cum agnita fuit: non ſperabāt parentes ſe unquam uiſuros filiam: quam mortuam putabant & ipſe Chremes dat aliam: ſcilicet Philomenam coniugem. id eſt uxorem Carino adoleſcenti Athenienſi. Aliam poſuit pro alteram. Nam duas tātum filias habebat Chremes: Philomenam. ſ. & Paſſibulam.

Marginal notes (left): Hora. — Gellius — Vt — Cōperiſ — Futur° — Nuptiæ qd ſint

Marginal notes (right): Puer — Puellus — Puera — Puella — Puerus — Puerulus — Abdicare & exhæredare — Agnoſcere & cognoſcere

VOLCATII SEDIGITI DE COMICIS LATINIS IAMBI.

MVLTOS incertos certare hanc rem uidimus,
Palmam Poetæ comico cui deferant·
Eum, me iudice errorem diſſoluam tibi:
Vt contra ſiquis ſentiat, nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.
Dein Næuius qui feruet, pretio in tertio eſt.
Siquid quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Luſcium
Decimum addo antiquitatis cauſſa Ennium.



ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS, CLAVDI FILIVS TIBIIS PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA, EDITA, M. MARCELLO, CN. SVLPITIO COSS.

PROLOGVS.

C. Gla.

CAELII DONATI GRAMMATICI ILLVSTRIS IN PROLOGVM ANDRIAE, INTERPRETATIO.

DONA. POETA cum primum animum ad scribendum appulit.) Principium factum est a cōmēdatione psonæ, quod prudēs, quod honestus Terentius. & honore maiore poetā potius q̃ Terētium dixit: ut illū hoc ipso, de quo laborat, nomine ornaret. ⁋ Poeta cum primū.) Omnis huius prologi intētio hoc agit, ut nouo poetæ ueniā paret, & ueteri odium: & ut q̃maxime modestum, minimeq; errantem Terentium pbet. ⁋ Poeta cum primum animum &c.) Iam meritum poetę dedit, poetam eundem dicendo, & ab animo eius, quem defendit. ⁋ Poeta cum primum animum ad scribendum appulit.) Sensus hic est, Proposuerat quidē poeta noster, ut in prologis argumenta narraret: sed hoc imputat Lucio Lauinio aduersario, qui enim facere non permisit, quod pposuerat, maledictis suis ad respondendum eundem prouocans. ⁋ Appulit.) Appellere proprie dicitur, cum ex pelago aut fretu qs

POETA cū primū aīum ad scribendū appulit.
Id sibi negocii credidit solum dari.
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit.
Nam in ƥlogis scribūdis operam abutitur
Nō qui argumētū narret, sed qui (quod) maleuoli
Veteris poetæ maledictis rñdeat.

Aut non elliditur m, aut prologis dixit, ut græci polypus, & nos opilio.

GVI. POETA cum primū &c. Hic ƥlogus, quē in manibus habemus, est relatiuus: qm in aduersarium maledicta referuntur, & quidem acriter: ea tñ subtilitate: ut poeta uideat oia refellere lacessitus aduersarii maledictis. Sunt aūt quatuor ƥlogi spēs: alius est cōmendatiuus: in quo fabula aut poeta cōmēdatur. Alius relatiuus: quo aut aduersario maledicta aut gratiæ populo referuntur. Quidā est argumentatiuus fabulæ argumētum exponens. Quidam mixtus oia hæc in se continens. Hic autē ƥlogus relatiuus ē: i quo defensor poetæ introductus: intendere nititur poetā modestum minimeq; errantem: & aduersarium in inuidiam uocare: cuius maledictis rñdēdo occupatus a narrādo argumento supersedere cogitur. Comici aūt solent introducere non seipsos in prologis loquētes: sed aliū inducunt ex abrupto aduersariū reprehendentem poetæ cōmendatione adhibita: quod fecit Aristophanes inducēs in prima comoedia sua Chremetē quod ēt satis uidere est in hoc ipso Andriæ ƥlogo: in quo poetæ defensor inductus captat beneuolentiam a persona poetæ, eā

Quotuplex sit ƥlogus.

Aristophanes.

Appellere

ad litus accesserit. Virg. Hinc me digressum uestris deus appulit oris. ¶ Appulit.) In secūda lectione attulit fuit: sed appulit magis: ut Terē. Nam postea sic animum ad uxorē appulit. ¶ Negoci.) Modo pro molestia & cura, non labore. ¶ Populo ut placerent.) Vt, ne non significat: nec est modo coniunctio. ¶ Fabulas.) ad fecisset, retulit fabulas, non ad placerēt. & est figura syllepsis. ¶ Fecisset.) Bene fecisset, nō scripsisset. Vnde & poetæ ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, id est, a faciendo dicti sunt. Sic Virgilius. Pollio & ipse facit noua carmina. ¶ Verum aliter.) Sic Virg. Maior rerum mihi nascit ordo. Et, maius opus moueo. Non enim hoc se elegisse dicit, sed quasi ex ordine ipso natū sibi esse. ¶ Intelligit.) Quod credimus, plerunq; falsum quod intelligimus, certū est. Aliter autem, contra significat. Virg. Dis aliter uisum. ¶ Verū aliter euenire multo intelligit. Adeo nec præparauerat, nec intenderat queq̃ lædere, ut spe falsus, lacessitusq; hoc faciat. ¶ Operam abutitur.) Vtimur fructibus rei, quę ab amantibus saluo usu nobis subministratur. Abutimur, qū deperdimus & rem & fructū. Nā usui est ager, domus: abusui uinum, & oleū, & cætera hmōi. Cicero. Non debet, inquit, ea mulier, cui uir bonorꝫ suorꝫ usumfructum legauit cellis uinarus & olearus plenis relictis, putaī id ad se ptinere. usus enim, non abusus legatus est. ea inter se sunt cōtraria. Hæc in Topicis. ¶ Argumētū narret.) Quod uere ꝓlogi est officium. ¶ Qui.) Pro ut, ergo non est modo ꝓnomen. ¶ Sed qui maleuoli ueteris poetæ.) Primū a natura, maleuoli: deinde a tpe, uel ab inuidia, ueteris: a signo æmulationis, poetæ. Vetus plerūq; refertur ad laudē: interdum ad uituperationē, ut hic. & alibi, Vetus, ueternosus, senex. ¶ Veteris.) Pro cariosi & quasi rancidi posuit. atq; ideo maleuoli: non criminibus, sed maledictis. Quid aūt inter maledictum & crimen intersit, docet Cicero in Tusculanis. ¶ Veteris.) Ratio inuidiæ. ¶ Poetæ.) Causa insectationis. ¶ Maledictis.) Criminatio aduersarii. ¶ Veteris poetæ. Qui a senex Lucinus edebat fabulas, adolescentulo tunc Terentio. Et elegāter, maleuoli ueteris maledictis: cōmendatio poetæ a persona aduersarii. ¶ Respondeat.) Excusatio respondentis, ꝙ non obsistat, sed respondeat.

Negociū
Vt
Facio
Aliter
Vti
Abuti
Qui

¶ Nunc

cōmendando: & a psona aduersarii, eā in crimen, & in inuidiā uocando. ¶ Poeta cū primum &c. Poeta a ποιέω .i. facio dicit: ꝙ carmina faciat. Virg. Pollio & ipse fa. no. car. Appello is ex ad & pello significat subducere naues ad litus: quasi appellere naues ad litus. Inde appulsus .i. accessus. & ꝓprie ad aquā, uel ad litus. transfert ad aliā: sed appello as: significat noīo as. Ci. in epi. Tertio quoq; uerbo orationis suę me appellabat: qđ ex ad & pello as cōponit, quod simplex non est in usu: sed cōposita eius: appello & compello cōpellas: qđ est alloquor alloqueris. Virg. Prior Aeneam cōpellat Achates. Negociū interdū capit pro labore: ut nō est magni negocii debilē superare .i. magni laboris. Interdū capit ꝓ molestia: cura siue solicitudine. Cum primū: ut primū: ubi primū: statim, ut simulat, simulatq; postq̃, posteaq̃: idē fere sibi uolūt, postulantq; duo uerba: q̃primū uero qđ significat citissime unum tm̄. ut ueni ad me q̃primū .i. citissime. Interdū cū primū duæ partes sunt: ut hic est. ordo est. Cū .i. qn̄ poeta appulit aium .i. applicuit, uel adhibuit ingenium ad scribēdum .i. cōponendū poema. credidit id negocii: idest illā solicitudinē. solū .i. tantūmodo dati sibi: ut idest ne nō ut (Donati snia) fabulas .i. fabulæ: uel subaudiat fabulæ, quas fabulas fecisset: placerēt populo: ut sit sensus. Putauit sibi dūtaxat illā curā, siue illū timorē relinq: ꝙ suæ fabulæ populo nō placerēt, de quo unusquisq; poeta solet esse solicitus. Aut si ponat negociū ꝓ labore: & ut pro ꝙ sensus erit: putauit solū illū laborē sibi relinqui: ut efficeret suas fabulas populo placere: sed spe falsus intelligit sibi esse maledictis poetæ lacessentis rn̄dendum: itaq; ordo est. Verum poeta intelligit euenire multo aliter .i. longe secus, uel ualde cōtra. quare. nā abutitur opa .i. labore & industria: hoc est non bene collocat laborē suum in ꝓlogis: idest in pfationibus scribendis præsertim: qui poeta .s. nō narret argumētum: idest fabulæ materiā, ut facere deberet, sed respōdeat maledictis .i. purget detractiōes, & criminatiōes poetæ natura maleuoli: & longa consuetudine: qa iam ueteris & in æmulatione inueterati. Vbi aduertēdū puto dictū Diomedis legētis operā abutit: inqt enim ita fuisse antiquos locutos: utor hāc rem: & abutor hac re: qđ a recentioribus dictū est: utor hac re, & abutor hac re: ut ait Do. Vtimur fructu rem ipsam nō deperdentes. Abutimur aūt & rem deperdētes & fructū. Vtimur enim agro: abutimur oleo aut uino.

Poeta
Appello as.
Cicero.
Appel. as
Negocium.
Vti & abuti.

SER.

POETA cū primū. Prologus iste ob hoc a Calliopio factus esse uidet: quare sub eius psona scribit. Scimus tn̄ quare Terē. eum fecit, nō sub psona sua, sed sub psona Calliopii. Calliopius erat qdā cantor, q comœdias Terētii recitauit. Iō ꝓlogis suis abusus est: quare anteq̃ Terentius Romā ueniret: qdā poetæ fecerāt comœdias: q̃ recipiebant: & in honore apud Ro. habebant: sed postq̃ Terentius additus Romæ cœpit scribere comœdias eorꝫ: & iō detrahebant scriptis Terētii: & occasiones multas uituperii adduxere: quapropter iste cōpulsus est ꝓlogis suis inuidis rn̄dere: & ita offin ꝓlogi auferre. Nā ois rectus ꝓlogus debet delibare materiā sequētis opis: & ita facere docilitatē. & pterea captare beneuolētiā, & attētos reddere. Et cū aduersariis sit rn̄surus, captat beneuolētiā quatuor modis: a ꝓpria psona, a psona aduersarii, a psona auditoris .i. iudicis: ab ipsa re in ipso accessu. Captat beneuolētiā a propria psona: cū dicat appulit .i. cū nimia appulsione aium: & intētione, ac si diceret. Nō est res leuis, uel cōtēptibilis Comœdia istius: qa magnā diligētiā huic operi adhibuit. Credidit id negocii .i. hoc negociū .i. scribere comœdias sibi datas .i. a se eligi solū pp hoc: ut placerēt Po. Ro. Ecce captat beneuolētiā a ꝓpria psona p intētionē suā. Cum enim populo Ro. placere intēderet, recipiēdus erat. Fabulas uocat abusiue, cū sint uerisimiles. Verū, uoluit dicere displicere: sed moderatius posuit, cū dicit multo aliter euenire: q̃ reputauit: ne torqueret culpā i Romanos, ꝙ res bona, & utilis illi displicuisset. Nā uere intelligit displicuisse: nā ostēdit in hoc effectu: ꝙ uere intelligit .s. quare abutit in ꝓlogis opa sua .i. poetæ: uere abutitur: qa nō est ille: q narret argumētū .i. materiā suā in ꝓlogis more aliorꝫ, sed q rn̄deat maledictis. Ecce: hic captat beneuolētiā a pte aduersarii. cū dicat maleuoli .s. nō est credēdū: qa ex maleuolētia facit: uel qa multi q̃uis ex maleuolētia: tn̄ dicūt uera: uel cum discretiōe: addit Veteris .i. decrepiti sine rōne. Sumptū est a ueste inueterata: quæ uilis est & abiciēda.

DONA.

Nunc quām rem uitio dent, quæso animum aduortite.

¶ NVNC quā rē. Quā qualem. ¶ Vitio dent.) Vituperent, culpēt. Vituperare, est mala uitio dare & ēt bona. ¶ Nūc quā rē uitio dent. Vtrū, nunc aiaduertitetan, nunc uitio dent? & oratorie quasi multos facit, cū unum supra dixerit, ut Virgi. Desiste manum committere Teucris. ¶ Nunc quā rē uitio.) Propositio est. ¶ Aduertite.) Legit & attendite: unde manifestum est & aduertite & attendite non esse plenum, nisi addideris animum.

Vitio dare.
Vituperare
Aduertere animum

¶ Mænander

GVI.

¶ NVNC queso, idest posco uos spectatores animum aduertite: idest diligenter attendite quā rem uitio dent: idest quid uituperent & improbent: quod si subaudiatur hic datiuus poetæ: sensus est: attendite de qua re poetam uituperent. Nam dare rem aliquam uitio alicui est eum uituperare super illa re. Itidem uertere rem aliquam uitio cuiquam idem significat.

Dare rē uitio.

¶ Mænander

Mænander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui utramuis recte norit, ambas nouerit,
Non ita dissimili sunt argumento, sed tñ
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.
Quæ conuenere, in Andriã ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atq; usum pro suis.
Id isti uituperant factũ, atq; in eo disputãt,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.
Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster authores habet,
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, q̃ istorum obscuram diligentiam.

Nisi elidas in argumento syllabam, nõ cõstat trimeter, aut nisi legas dissimili argumento sunt. Eliditur s in isti

DONA. ¶ MAENANDER fecit Andriã.) Narratio est. & pro prie fecit. scribit enim Terentius, q uerba adhibet tñ facit Mænander, q ẽt argumentũ componit, sed sæpe ad laudem Terentii, fecit, p eo quod est trãstulit. ¶ Vtramuis.) Prima scena Perinthiæ, pene isdẽ uerbis qbus Andria, scripta est cætera dissimilia sunt, exceptis duobus locis, altero aduersus undecim, altero aduersus uiginti, qui utraq; fabula positi sunt. ¶ Qui norit unã, ambas nouerit. Omnẽ rẽ uno uersu nouerit. ¶ Vtramuis. Deest harũ. ¶ Non ita dissimili. Ordo, Ita non sunt. Ergo Ita subdistinguẽdũ. ¶ Sed tñ.) Discretõ est a superioribus, & est ἀκινούλογον. ¶ Non enim supra posuit qdẽ. ¶ Non ita dissimili sũt oratione, Ita, pro ualde. & caute: potuit enim dici, Quomodo ergo sunt duæ dissimili oratione. Ita, ne Menandrũ culpare uideat, ita adiũxit, quod laudis est. ¶ Oratiõe ac stylo.) Orõ, in sensu est: stylus, in uerbis. Orõ, ad res refert: stylus ad uerba. Stylus nõ est in tpe, sed plata oĩne, oratio aũt, ẽ & in cogitatione & in prolatu. Orationẽ in sententiis dũt esse, stylũ in uerbis, argumentũ in rebus Ergo in poemate oratio est. ¶ Quæ cõuenere in Andriã.) Apparet nõ de industria, sed casu esse translata ea, quæ ex Perinthia in Andriã eodẽ sensu, iisdẽq; uerbis perscripta fuerũt. ¶ Quę cõuenere in Andriã. Vnã ergo, nõ duas transtulit. ¶ Quę cõuenere in Andriã. Quę apta & cõmoda fuerunt, in Andriã latinã, nõ Græcã, fatet̃ transtulisse. Sed quare se onerat Terẽtius, cũ possit uideri de una trãstulisse? Sic soluitur, Quia conscius sibi est primã scenã de Perinthia esse translatam, ubi senex ita cũ uxore loqtur, ut apud Terentiũ cũ liberto, at in Andria Menandri, solus senex est. ¶ Id isti uituperant factũ.) Isti, ad reprehẽsionẽ sumit̃ psonæ interdum rei reprehensionẽ significat ut Vir. Quid petis istis? ¶ Vituperant.) Vitiũ rei parant. ¶ Disputant.) Immorant̃, calũniant̃, argumẽtant̃. ¶ Contaminari.) Proprie contaminare ẽ manibus luto plenis aliqd attingere. & cõtaminare, attingere est, & polluere. Virg. Linquere pollutũ hospitiũ, idest contaminatũ. ¶ Cõtaminari.) Tangi & relinq pollutã manu: ac p hoc uolunt foedari aut maculari ut ipse ait, Ne hoc gaudiũ contaminet uita ægritudine aliqua. ¶ Cõtaminari nõ decere.) Id est, ex multis unã nõ decere facere. ¶ Faciunt næ.) Næ qdã corripiunt, & cũ interrogatione pnunciant: qdã producunt. quorũ alii, ne p nec accipiunt: idest, nõ: alii næ p ualde, ut, Næ ego homo sum infelix. & Cicero, Næ illi uehemẽter errant. Et hoc melius nam statim infert, Qui cũ hũc accusant, Næuiũ, Plautũ, Enniũ accusant. In singulis magna emphasis authoritatis: sed ordo nõ est seruatus. Ennius nãq; añ Plautũ fuit: sed, q est summę authoritatis, Enniũ ultimũ dixit. ¶ Næ. Nimis, multũ. plurimũ. ¶ Qui cũ hũc.) Terẽtiũ, inqt, specialiter accusantes, nescit se bonis oĩbus maledicere, quos ille imitat̃, & argumẽtum est ab exemplo & authoritate.

Marginalia: Scribere / Facere / Ita / Oratio / Stylus / Argumẽtum / Iste / Vituperare / Disputare / Cõtaminare / Næ

CVT neq; me consue.) Non ordinē reddit. ferū enim reddit ad mansuetum, q̄ ēt feræ mansuescunt. Neq; amor.) Ad illud, inhumanū. Amor nāq; uehementior est in hoies. Virg. Quid iuuenis, magnū cui uersat in ossibus ignē Durus amor. Pudor.) ad ingratū retulit. Vt neq; me cōsuetudo, neq; amor. ἀπόδοσις ad superiora. Consuetudo, aduersus feritatem. Amor, aduersus inhumanitatē. Pudor aduersus igratū aium. Cōmoueat neq; cōmoneat. αὔξησις est ad maiora. Vt seruem fidem.) Exquisite nō dixit ut cōtemnam prem. Vnum hoc scio.) In eodē hęret, ut excitet iuuenem: neq; audire se fingit q dicit. Vnū hoc scio. Vide q̄ callida sint q̄ a Myside subiiciunt ad irritandā p̄missionē Pāphili. Vnum hoc scio. Subiicit illa q̄ ardētē incendāt magis. nam dixit ille oia qbus cogitur seruate fidē: sed de merito eius aut nihil dixit, aut parum. Vnum hoc scio. Quasi hoc dicat. Quid tu facturus sis equidem nescio, sed unū scio. Vt memor esses sui.) Inuidiose, quasi oblito: adeo cōmouet hoc dicto Pamphilus. Vt memor esses sui. Bene p̄terito: qm̄ q̄ p̄terita sunt, in recordatione magis lachrymabilia sunt. ut Virg. e.p.1. & q.t. d.r. Idē alibi, Per caput hoc iuro, per quod pr̄ ante solebat. O Mysis, Mysis.) Primum uocandi, alterū increpādi est. Etiam nunc scrip.) Id argumentū est q̄ uiuę memor sit, q ēt mortuæ uerborum meminerit Chrysidis de Glycerio. Iam ferme.) Ferme. aduerbiū est festinantis. Moriens me uocat.) Ex tpe p̄bauit locutā uera esse, nō ficta & simulata nam q iam sunt, spe longioris uitæ adulantur. Virg. Et dulces moriens reminiscitur Argos. Iam ferme moriēs. Affectus a tpe, q postrema uox erat. Accessi uos semotæ. nos soli. Figuræ p̄prie Terētianæ ἀσύνδετον καὶ ἔλλειψις. Vos semotæ. deest estis. Nos soli. deest remansimus, ut est illud, Egone illam, q̄ illum, quæ me. Vos semotæ. nos soli. Habuit fidē, q soli fuimus, q nemo testis. an timuit, ne hoc pater ante firmatū amorē cognosceret? Incipit.) Deest, dicere. Præparatio & quasi uestibulū orōnis est. Inceptio dr̄ orōnis: q̄ longa taciturnitate, meditate, grauiterq; proferi. ut Vir. Tum pr̄ oipotens, rerū cui summa ptās, Infit. Mi Pāphile. μείωσις per προσωποποιίαν. & principiū a blādimento. Mi Pamphile. Imitatus est ēt blandimētū Chrysidis. Huius for.) Amat cōpendiū lassitudo. formā enim dicēdo, pulchritudinē significat. ætatē, q parua. Huius formā atq; ætatē. Duplex cā cōmēdatiōis, forma & ætas, ut supra. Forte unā aspicio adolescētulā Forma, &c. Mi Pamphile. Vide redditā uoci moriēns densis iteruallis iterruptā orōnē, utpote lasso anhelitu iteruenīēte. Vtræq; res inu.) Legit &, utiles. Et ad pudi.) Propter formā dixit. Et ad rem tutandā Propter ætatē. ἀπόδοσις. Quod te p. Q dr̄ pp qd. ut, Quod te p superos. Et ē ordo, pp q te oro. Per hāc dex.) Tenet eā, ut apparet. Per hanc dextrā. Fidei & fœderis membrū. Ad manū fit cōuentio. Et ingen.) Legit &, geniū. Per huius solitudinē. Legit &, sollicitudinem. Obtestor.) Obtestatio dr̄ qn̄ eā adiurātes, quē rogamus, oramus p eas res pp q̄s rogamus. Virg. Per euersæ genitor fumātia Troiæ excidia obtestor. Ne abs te hanc segreges, neu deseras. Ad fidē, ne segreges, retulit ad solitudinē, ne deseras. hoc est, ne aliā ducas, aut amare desinas, ēt si aliā ducas. Ne abs te Hāc segreges. Quasi ipsam manu tenens, Hanc pp formā, & ætatē. Segreges. Hoc uerbū simplex fieri n̄ pōt. neu deseras, postremo te obtestor. Sextum παρέλκον. dixit enī iā, Quod ego te p hāc dextrā oro. Si te in germ.) Sic tūc dicimus, qn̄ p̄stitim⁹ aliquid, & tn̄ nolumus exprobrare, ut Vir. Si q̄ tuis unq̄ p me pr̄ Hyrtac⁹ aris Dona tulit. Et alibi. Si bn̄ qd de te merui. In germāi fratris. Non fr̄is solū, sed ēt germani. Siue hęc te so.) Si aut te mihi quoq; p̄tulit, aut nullū aliū nouerit amatorē in domo meretricis. Morigera.) Hoc q̄si amā: i. utile fuit. Virg. Fuit aut tibi q q̄ Dulce meū. Te isti ui. do.) hęc ut dixim⁹: & singula sunt, & nō p̄cipitant, nec dn̄t uno spū. Amicū.) Pōt. n. & marit⁹ eē, sed nō amicus. sed affectu mariti retulit amicū. Tutorē.) Quasi orbę. Patrē.) Quasi paruę. Virū.) Ne segreges. Amicū.) Ne deseras. Patrē.) Ad illud qd ait, Et ad pudicitiā.

Incipere
oronem

Quod

Obtestatio

Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor
Commoueat, neq; commoneat, ut seruem fidem!
M. Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui.
P. Memor essem? o Mysis Mysis. etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio. iam ferme moriens me uocat:
Accessi uos semotæ nos soli: incipit,
Mi Pamphile, huius formam, atq; ætatem uides.
Nec clam te est, q̄ illi utræq; res inutiles.
Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem fient.
Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidē, perq; huius solitudinē
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te isti uirum do, amicum, tutorem, patrem.

Si te in germani

GVI.

CVT. i. q neq; cōsuetudo. i. diutina cōuersatio, q̄ ēt feræ māsuescūt: cōtra id qd̄ dicit ferū: neq; amor cōtra īhumanitatē: neq; pudor cōtra īgratitudinē cōmoueat me. i. ī me affectionē īducat. neq;. i. nec ēt cōmoueat me sup. i. icitet: ut seruē fidē. i. sim ei fidelis My. scio hoc unū. q. d. qd factūrus sis nescio: eqdē unū scio hāc Gl. meritā eē. i. meruisse ut eēs memor sui. Pā. dicis ut memor eēm o Mysis, Mysis prius ē uocādi: alteꝝ icrepādi ēt nūc illa dicta Chry. de Glyc. sunt mihi scripta ī aīo. ipsa Chrysis iā ferme. i. ppemodū & ē aduerbiū festinātis moriēs: & ppea uera dicēs: neq; adulās uocat me Pā. accessi ad eā. s. uos aliç mulieres ab ea fuistis: uł iuistis subaudi semotę. i. separatę. seiūctę: seorsum nos ego, & ipsa Chrysis māsimus sup. soli: ipsa icipit dicere. s. o mi Pā. uides formā. i. pulchritudinē: atq; ætatē. s. puā iuuenilē hui⁹ Gly. nec ē clā te. i. tu nō ignoras: q̄. i. q̄tū nūc utræq; res. s. forma & ætas pua (nihil plus significat p utræq; res ī plurali, q̄ significaret si ī singulari diceret utraq; res.) Siēt. i. sint iutiles nō cōmodæ & ad tutādā. i. cōseruādā pudicitiā. i. castitatē. & hoc pp formā & ad tutādā rē. i. substātiā: & fortūas: q̄tū ad ætatē paruā qd. i. post qd̄ dr̄ ut Vir. Q d te p supos. i. post qd ego oro te p hāc dexterā: quā teneo. hinc enī apparet Chry. eā tenuisse: & oro inq̄ p igeniū. i. p naturā tuā māsuetā, & bn̄ moratā. alii p geniū legūt q̄si p familiarē. i. naturæ deū. p tuā fidem. i. p cōstantiā, & ueritatē, seu fidelitatē, qua polles. & p solitudinē. i. qa sola est: nisi tibi uni consocietur. alii legunt p solicitudinē. obtestor te. i. adiurando te rogo: ne segreges. i. seiungas: elōges. hāc Gly. abs te. neu. i. ut non deseras. i. desertam relinquas hanc. Si di. te. utimur si in tali genere loquēdi: cū aliqd p̄stitum uolumus exprobrare. si ergo dilexi te loco fratris germani. i. fratris ex eodē utroq; parēte. siue. i. uel si. hæc Gly. semp maximi fecit. i. plurimi æstimauit. te solum. i. sine riuali. seu si inq̄ fuit morigera. i. officiosa: obsequiosa tibi in oibus rebus. do te uirum. i. maritum isti Gly. do inq̄ te amicū. s. ut eam non deseras. do te tutorem: ut eā tuearis tanquā orbam. do te patrem utpote, quæ psuasit, & adhuc p̄no egens auxilio.

O uocādi & increpādi
Ferme
Virg.
Ingenii
Obtestor
si exprobrātis ē

DONA. ℂBONA nostra tibi hæc cõmendo, & tuæ cõmitto fidei. Cõclusio p mandatũ & obtestatione efficax satis. ⁋ Te isth uirũ do. Apparet q̃ iunctis dextris hæc dicebat. iõ &, Per hanc dextrã de oro. ⁋ Bona nr̃a.) Hæc uerba q̃si supellectilem suam ostendentis sunt. ⁋ Bona nr̃a. Hoc est, Ad rẽ tutã dam. ⁋ Hanc mihi in manũ dat.) Confirmatæ sunt legitime nuptiæ per in manũ cõuentionẽ. Et inter hanc, non, huius manũ. ⁋ Mors continuo ipsa occupat. Quo magis memorẽ esse oportet eorũ, post q̃ illa nihil locuta est. ⁋ Accepi.) Proprie, q̃si uxorẽ ⁋ Acceptã serua.) Cõclusit partẽ deliberatiõis suæ p electionem. ⁋ Sed cur tu.) Corripit, q̃ abeat ab illa. Cur, nõ iterrogãtis, sed corripientis est, & increpãtis q̃ Glyceriũ deserat. ⁋ Obstetricẽ.) Quæ opem tulerit parienti: obstetrix dr̃: unde & parturiẽtes fer opem clamãt. ⁋ Propera atq; au.) Et iterrogatio quo eat, & reuocatio, ad argumẽtũ magni amoris accedit. ⁋ Verbũ tuũ caue de nuptiis.) Deest, dicas. figura ἔκλειψις. ⁋ De nupti.) Non qd̃ hodie futuras nesciẽrit Glyceriũ. sed qd̃ illas hodie induxerit pr̃ filio: cũ supra & Pãphilo & Glycerio disturbatæ uiderentur, Quia sunt constitutæ in hunc diẽ. ⁋ Caue.) Annotãt quidã caue hic corripiendũ esse. ⁋ Ne ad morbum hoc ẽt. Iterum ἔκλειψις. deest enim, accedat.

Accipe uxorem

Bona nr̃a hæc tibi committo, &* tuæ mãdo* fidei. *tuæ & dei monosyllaba sunt.*
Hãc mihi manũ dat, mors cõtinuo ipsam occupat?
Accepi, acceptam seruabo. M. ita spero quidem.
*. P. Sed cur tu abis ab illa? M. obstetricem accerso. P. propera.
Atq; audin'? uerbum unum, caue de nuptiis, †
Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

* *Sunt duo dimetri catalectici, post erior hẽt duas breues ĩ penultima pro lõga.*
† *Hic Senarius perficitur initio proximæ scenæ, Quid ais Birria.*

GVI. ℂCOMmitto tibi. i. credo, seu trado tibi hæc bona nr̃a. i. hanc nr̃am supellectilẽ. & mando. i. cõmẽdo ea bona tuæ fidei. i. tuæ fidelitati. chrysis dat mihi hãc Gly. in manũ q. d. p manuũ cõiunctionẽ nos cõiũxit cõtinuo. i. illico. mors occupat. i. arripit: eam Chrysidem q magis me oportet eẽ memorẽ eoz, post q̃ illa locuta nõ est. Accepi ꝓprie q̃si uxorẽ. seruabo eã acceptã tanq̃ uxorẽ. My. spero ita futurũ subaudi uel te ita facturũ. Pam. sed cur tu abis. i. discedis ab illa. eã. s. solã relinquẽs: & hoc dictũ icrepãtis est. My. accerso. i. eo ad uocãdũ obstetricẽ. i. sagacẽ mulierẽ q̃ parturientibus fert opẽ. Pã. propera, atq; audi. i. audis ne, & reuocans eã hic ait q. d. intelligis ne? caue dicas sup. illi unum uerbũ de nuptiis: ne ẽt hic doloris accedat: subaudi ad morbũ eius. Mysis teneo. i. itelligo: capio: audiui quid uelis.

Obstetricem

DONA. Quid ais Birria?) In hoc colloquio altera pars oñdit fabulæ. Siqdẽ Andria ex duoz adolescẽtiũ pauorib⁹, gaudiisq; cõponit, cũ fere solã Hecyrã Te. ex uni⁹ comœdia adolescẽtis effecerit. ⁋ Quid ais Birria? Has psonas Terẽco. addidit fabulæ. nã nõ sunt apud Menãdrũ, ne τραγικώτερον fieret Philumenã spretã relinq̃re sine spõso Pãphilo aliã ducẽte. ⁋ Quid ais Bir. Ex uerbis Charini apparet Birriã nũtiasse nuptias futuras cũ Pãphilo: nec adducit tñ ut statim credat, & accõmodet aĩum. Sæpius ergo repetit itertogãdo. Et bñ Illa, uelut amatorie, de certa loq̃ret psona. Sic Vir. Solã nã pfidus ille. Te colet, arcanos ẽt tibi credere sensus. Ergo ñ Aeneas, sed ille. Et itẽ hæc, ñ Philumena sed illa, dixit. ⁋ Quid agis Birria? Mirat̃ magis, q̃ iterrogat uel potius idignat̃. ⁋ Sic est.) Hoc cũ idignatione stomachi dixit. ⁋ Qui scis?) Nõ uult eni uerũ eẽ. Qui, q̃tenus, uñ hoc scis? ⁋ Apud foz.) De loco. De tpe, mõ. De psona, de Dauo. ⁋ Væ misero.) Tãdẽ aliqñ ꝓductus est ut crederet. Væ interiectio in his rebus q̃s exectamur ⁋ Apud forum mõ de Dauo audiui. Plurima dixit ad cõfirmãdũ Birria, qñ iterrogatus est a loco, a tpe, a psona. ⁋ Vsq; antehac.) Id est añ, q̃ tua uerba audirẽ, & duas ꝑpositiões posuit ut dr̃. sed una ẽ tñ, uelut aduerbiũ, nõ iã ꝑpositio. ⁋ Attẽtus fuit.) Vt attẽtius audire, dr̃. ⁋ Vsq; antehac attẽtus Nulla ꝑpositio ꝑpositioni adiũgi sepatam põt. Vsq; eiusmodi est, ut sine aliq̃ ꝑpositiõe raro iueniat̃. ⁋ Lassus cura, cõfectus stupet. Lassus cura, ex ꝑterita spe. nũc confectus, id est sic uulneratus, aut pcussus, ut sanari nõ possit. ⁋ Lassus, cura cõfectus, stupet. Lassus, adempta attẽtiõe. Cura cõfectus, cõfirmatio timore. Stupet, abiecta spe. ⁋ Quæso ædepol.) Obiurgantis est Quæso, uel ẽrrogãtis. ⁋ Quoniã nõ põt.) Cõsolatio ad id qd̃ fieri nõ põt, suadens, Id uelis qd possit. Prouerbiale. ⁋ Nihil ali.) Hoc magis gemitu amatorio, q̃ ut rideret Birriæ, dicit: q̃si magis Philumenã uelit, q̃ uitã & lucẽ. ⁋ Idẽ alibi, In eo me oblecto: solũ. i. charum, mihi. Nõ eni dixit, Nullã uolo aliã q̃ Philumenam: sed, Nihil uolo aliud q̃ qd ĩfinitũ ẽ.

Cõfect⁹

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA

CHARINVS ADOLESCENS. BIRRIA SERVVS. PAMPHILVS.

QVID ais Bir. datne illa hodie Pã. Nuptũ? B. sic est C. q scis? B. apud forũ mõ De Dauo audiui. C. uæ misero mihi! ut animus in Spe, atq; in timore usq; antehac attentus fuit: Ita post q̃ adẽpta spes est, lassus cura cõfectus stupet.
B. Quæso ædepol Charie, qñ id fieri qd̃ uis nõ põt, uelis Quod possit. C. nihil aliud, nisi Philomenã, uolo.

Datur ne, & e Dimeter ẽ Senarii Tetrametri Iãb. Senarius

GVI. QVid ais. In hoc colloquio duoz adolescẽtũ Carini & Pãphili altera ps oñdit fabulæ: nã Andria ex duoz adolescentũ piculis, gaudiisq; cõponit: cũ fere solã Hecyr. Ter. ex uni⁹ comœdia adolescẽtis effecerit. Ca. o Bi. serue qd ais? ne. i. utrũ illa Phil. dat̃ nuptũ. i. dat̃ ut nubat hodie. Pã. Ex uerbis Carini appet Bir. ergo repetit iterrogãdo: & bñ dixit illa: uelut amatorie de certa loq̃ret̃ psona ipe ẽt mirat̃ magis q̃ iterrogat: uel poti⁹ idignat̃. Bir. sic ẽ. i. dat̃ hodie nuptũ. Ca. q. i. hoc. q̃ten⁹. i. qũo scis. q. d. uñ hoc scis? Bir. audiui. i. accepi id mõ. i. paulo añ e Dauo apd̃ foz. Ca. Veh. iteriectio exectrãtis, & dtestãtis qcq̃ mihi misero. ut. i. sic. aĩus fuit attẽtus. i. arrect⁹ ĩ spe de futuro bono. & timor d futuro malo. usq; añhac. i. assidue añ hoc tps. haz ꝑpõnũ iũctaz usq; & añ. altera ẽ uelut aduerbiũ ñ ꝑpositio. & cũ nulla ꝑpõ ꝑpõni adiũgi sepati possit: usq; tñ ẽ eiusmodi: ut sine aliq̃ ꝑpõne raro iueniat̃. ita sic. post q̃. spes ẽ adẽpta. i. ablata. aĩus inq̃ lassus: defatigat⁹: & cõfect⁹. i. cruciat⁹. sic uulneratus, & pcussus: ut sanari ñ possit. cura. i. solicitudie. stupet. i. tot⁹ attonit⁹, & stupid⁹ ẽ Birr. Aedepol. i. p ædẽ Pollucis iurãtis & obiurgatiõis. o Carine q̃so. i. oro te: qñ id qd̃ uis ñ põt fieri: uelis id, qd̃ possis. & ꝓuerbiale ẽ. Ca. Nihil uolo aliud: nisi Philomenã. q. d. ne uitã qdẽ: & ẽ amatorie dcm̃.

Interiectio exectrantis

aedepol

SER. QVid ais Bir. Cõfirmatus ẽ Pã. q a Gly. nõ dimitteret icitatiõe Mysidis. & q a hoc posset eẽ qd̃ Gly. ñ dimitteret oino: & tñ Phi duceret necessarius erat Ca. q a eũ a Phi. dehortaret̃. q. ut ardẽtius dissuaderet pturbatus a Birria de eadẽ re: uel hic est sensus: quanto minus spero hr̃e: tãto pe magis ardeo. prius hẽbat aliqñ spẽ aliqñ timorẽ: sed mõ solũ timorẽ: & hoc ẽ, ut. i. sicut aĩus fuit attẽtus hactenus in spe atq; i timore: ita aĩus post q̃ spẽ adẽpta est: nupet lassus cura: q̃ sola remansit.

ℂQui

B. Ah quanto satius est, *Monometer*
Te id dare operam, qui istum amorem ex aío dimoueas tuo, *Duo troch.*
Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua. *tetrametri*
C. Facile oẽs: quũ ualemus, recta cõsilia ægrotis damus: *Iamb. tetrametri*
Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, ut lubet. C. sed Pamphilum
Video, oía experiri certum est prius q̃ pereo. B. Quid hic agit?
C. Ipsum hunc orabo huic supplicabo amorem huic narrabo meum
Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies.
Interea fiet aliquid spero. B. id aliquid nihil est. C. Birria,
Quid tibi uidetur? adeon ad eum? B. quidni? si nihil impetres,
Vt te arbitretur sibi paratum moechum, si illam duxerit?
C. Abi hinc ĩ malã crucẽ cũ suspitiõe istac, scelus. *Iáb. trimetri* *Suspicor abin*
P. Charinũ uideo. salue. C. o salue Pãphile. *aut abeas legendũ ut cõstat uersus*
Ad te uenio, spem, salutẽ, auxilium, consiliũ expetens. *Troch. tetrametri*
P. Neq; pol auxilii locum habeo, neq; consilii copiam.

DONA. ¶ QVI istum.) Qui, pro ut. ¶ Ex animo.) Legitur ex corde eicias. ¶ Tu si hic sis.) Hoc gestu scenico melius commendatur. Nam hæc magis spectatoribus, q̃ lectoribus scripta sunt. Hic ergo seipsum ostendens dicit, & est Hic pronomen. ¶ Sed Pamphilum.) Sed, inceptiuum pro atq; eccum Pamphilum: ut Sallust. Sed Metellus in uulnere. Hoc non discretiuum: ut si dicas, sapiẽs, sed miser: hic enim discretiuum erit. ¶ Age age ut lubet.) Aduersus hæc nõ habuit quid loqueretur & est per missio reprobãtis ea quæ consentit. ¶ Sed Pamphilum uideo.) Hæc per ἀπὸς γοφὴν finguntur. ¶ Oia experiri.) Idem alibi. Omnia prius experiri q̃ armis, sapientem decet. Virgi. hanc quoq; posuit sententiam. Ne quid inexptum frustra moritura relinquat. ¶ Ipsum hũc.) Bene ipsum, q̃si authorẽ & principẽ. referĩ et ad dignitatẽ. ¶ Orabo huic supplicabo.) Oramus, q̃ bona sunt: Supplicamus in aduersis magis, uel cum lachrymis. ¶ Amorem.) Non studium, aut uoluntatem: sed amorem: Nec petam, sed narrabo dixit: totum magnifice. ¶ Hũc orabo, huic supplicabo. Proœmia sunt petitionis, quibus ostẽdit poeta rationem, qua noua, & improba res, tamen petitur. ¶ Vt aliquot saltem.) Saltem, desperatis rebus solam petentes salutem, hoc uerbo utimur. ¶ Prodat uero, proferat, prolatet differat. Lucilius in quinto, An porro prodenda dies sit. ¶ Interea fiet aliquid.) Tale est hoc, quale illud, Interea aliquid accidet boni. Sed nihil illum dixisse, poeta per seruum ostendit, dicendo, Id aliquid nihil est. ¶ Fiet aliquid. Vt supra, Impetrabo. ¶ Adeon ad eum?) Consuetudine magis q̃ ratione dicitur, unum enim Ad abundat. ¶ Quid, nisi nihil impetres? aut, Quid ni? si nihil impetres ut te, &c. In utroq; idẽ sensus est: sed superior per ἐμφασιν, inferior per simplicem explanationẽ soluitur. Et si Quid ni legitur, subaudiendum, adeas: ut sit, Quid ni adeas? ut si nihil impetres, te arbitretur paratum mœchum, si illam duxerit. ¶ Si nihil impetret.) Impetres per, ὑστερολογίαν dictũ uidetur, pro petas. quoniam petitionem sæpe impetratio sequitur. ¶ Charinum uideo.) Non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, sed ut fiduciam det Charino loquendi: quod & Virgilius eleganter, Heus, inquit, iuuenes mõstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. ¶ Charinum uideo. Ad hoc prior incipit Pamphilus, ut ad confessionem Charino minus clausa præ pudore sit uia. ¶ Consilium expetens.) Eleganter. quoniam demens & improbum est quod petit, nouissimum posuit consilium: ut si non possit concedi, uel consilium expetat ad sanandam dementiam. Cicero. Tu da salutem, qui spem dedisti. ¶ Salutem, auxilium, consilium expetens. Vt in petitionibus fieri solet, beneficiũ petens utitur partibus deliberatiuę. ¶ Neq; pol consilii locum.) Apud amantem neq; consilii facultas, apud inopem neq; copia auxilii. His duobus ostendit etiã sese amatorem. ¶ Neq; pol consilii locum habeo, quia amo neq; auxilii, quia sum miser.

Sed
Ipse
Oro
Supplico
Saltem
Prodero

GVI. ¶ BIR. Ah quanto satius est: idest melius. te id: idest tu eo. dare operam: idest laborare. qui, idest ut amoueas istũ amorem ab animo tuo, q̃ loqui id quo: idest per quod tua libido: idest immoderatus amor incendatur: idest inflãmetur. frustra. idest in cassum. Ca. Omnes nos, cum ualemus: idest sani sumus. facile damus recta consilia ægrotis: si tu sis hic: idest ego. uel si ageres partes meas: nam hic pronomen in hoc loco non aduerbium: aliter sentias. Birr. Age age: idest perge. & hoc dictum reprobatis est. ut subet tuo arbitrio Ca. Sed pti enla est hic inceptiua: quasi p atq; uideo Pamphi. certũ: idest deliberatũ est mihi experiri: idest tentare. oia .i. oẽs uias & rationes, quibus Philomenã habere possim, priusquã pereã: idest obeã: moriar. Bir. Quid hic agit: quasi dicat qd tandiu immoramur si nauis uerbis tempus consumentes. Carin. totus in amorẽ raptus nõ attendit ad uerba. Bir. seruus: sed pergit dicens: orabo hunc ipsum Pamphi. huic supplicabo: scilicet Pamphi. oramus autem quæ bona sunt: supplicamus in aduersis malis. uel cum lachrymis narrabo huic Pamphi. meum amorem credo q; supp. impetrabo: ut saltem protrahat. alii prodat. quod in hac parte idem significat: hoc est proferat: protelet: differat: aliquot dies nuptiis. interea: idest durantibus illis diebus spero quod fiet aliquid. Birr. Id aliquid: scilicet quod tu dicis facturum iri, nihil est. Ca. quid tibi uidetur. adeon: idest debeo ne adire ad eum? dicimus enim adeo ad te: & adeo te: sed Dona. ait adeo ad eum dici magis consuetudine, q̃ ratione: cum alterum ad abundet. Bir. Quid ni: idest cur non adeas: subaudi ut: idest quatenus: si nihil impetres. saltem arbitretur: idest reputet te paratum mœchum: idest adulterum sibi: si duxerit illam Philo. & hoc dictum intelligi debet ironice proferendum. Cari. o scelus: idest scelerate: substantiuum pro adiectiuo: abi: idest facesse: discede hinc a me in malam rem: idest in malam fortunam ut dici solet: abi ad patibulum: aut ad suspendium: cum istac: idest ista tua suspitione: idest turpi opinione tua. Pamphi. uideo Carinum: salue. Cari. o optantes est hic. Pam. salue: uenio ad te expetens spẽ: ut des mihi aliquid sperquo retreet a meis coris. expetens inquam salutem: idest incolumitatem: si non ducas eam uxorem: cuius amore depereo: auxilium ut saltem proroges nuptiarum tempus in aliquot dies: consilium ut (quia amans sum, ideo amans & non mei compos) des mihi consilii: quicquam ad sanandam meam dementiam: quod uerbum bene in fine dicti positum est. uel uti expectat illud tanquam magis conducibile: & consentaneum Pamphilum pol. neq; habeo locum: idest facultatem, aut opportunitatem consilii: qui ipse consilii egeo: neq; habeo copiam .i. facultatem auxilii ferendi: quia miser sum: sed quid nam: idest quid istuc: idest illud est: quod te impellit ad hæc petenda. Cari. hodie ducis: idest accipis uxorem Philomenam. Pamphi. aiunt. id dicimus de re: quam uolumus esse falsam.

¶ QVI: idest quomodo istum quid hic agis: tacite apud se hoc dicit: quasi dicat stulte quid agis: qui homini uxorem ducturo, q; eam diligat uult profiteri. prodat: idest procul det aliquot: scilicet differat

Age age
Orare & supplicare
Scelus p scelerate
O optãtus
Amans
Istuc
Aiunt
SER.

Sed istud quid nam est? C. hodie uxorem ducis? P. aiunt. C. Pamphile
Si id facis, hodie postremum me uides. P. quid ita? C. hei mihi,
Vereor dicere huic dic quaeso Birria. B. ego dicam. P. Quid est?
B. Sponsam hic tuã amat. P. nae iste haud mecũ sentit. ehodum dic mihi.
Nunquid nam amplius tibi cum illa fuit, Charine? C. ah Pamphile
Nihil. P. q̃ uellem. C. nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,
Principio ut ne ducas. P. dabo equidẽ operam. C. sed si id non potes:
Aut tibi nuptiae hae sunt cordi. P. Cordi? C. saltem aliquot dies
Profer, dũ pficiscor aliquo, ne uideam. P. audi nũciã. *Si diuidas. iam. uer*
Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto. *sus constat*
Cũ is nihil pmereat, postulare id grãe apponi sibi. *Iãb tetrameter nisi elidas*
Nuptias effugere ego istas malo, q̃ tu adipiscier, *Trochaici , u in postulare*
C. Reddidisti animum. P. nunc siquid potes aut tu, aut hic Birria,
Facite, fingite inuenite, efficite, qui detur tibi.

DON. Aiunt Postremum

CSED istud quid nam est?) Hoc si non adderet, locus confitendi amoris Charino nullus fuisset. Hodie uxorem ducis?) Vide miram interrogationem, ante confessionem. Aiunt.) De ea re dicimus, quã uolumus esse falsam. Si id facis.) Nihil prius, q̃ se moriturum dixit pudenda dicturus. Inde datum est, ut ille instantius quaereret causam. Hodie, postremũ. Plus dixit, q̃ si dixisset, Morior hodie. Hodie postremum. A necessario: q̃a uiuere nõ põt. Et postremum aduerbium est. Sponsam hic tuã amat.) Nulla cunctatione Birria, sed facete: ... seruili paratissime narrat. Ne iste hau.) Nae, ualde, ut & Cicero, Ne ille uehemẽter errãt. Sensus hic ẽ, Nõ id amat qd amo, nec id odio hẽt qd odi. hoc ẽ, ualde iste, inqt, ñ mecũ sentit: id amat qd ego odi. Spõsam hic tuã amat. Callide & spõsam, & amat: hoc ẽ, neq adhuc uxor tua ẽ neq aliqd admisit, qa amat tñ. Nae iste haud mecũ sentit. Nae, ualde: aut, ut qui dã uolũt, o q̃. Lucilius in x. Nae in arce bouẽ discerpsi magnifice, inqt. Nihil ne amplius tibi cũ illa fuit?) Artificiose psonã expleuit Terẽ. nuptias recusantẽ: & simul τὸ πρέπον uirgini seruauit. Quã uellẽ.) Vtiq ut esset cã recusandae. Per ami.) Suã & Pãphili. Et p amorẽ.) Suũ tñ circa uirginẽ. Vt ne du.) Sufficeret dixisse, ne ducas. Dabo equidem ope.) Plus illi pmisit, q̃ ille poposcit. Nõ põt.) Deest, fieri. & hoc ad prẽm retulit. Aut tibi hae nup.) Hoc ad Pãphilũ ptinet. nõ eni unũ, & idẽ est: nã si idẽ esset: nuptiae hae sunt tibi cordi, supuacuũ eet additũ. Cordi?) Aio. acute.

Cor

Dabo eqdẽ operã. Pronũtiatione leuandũ est. Plus enim dixit, dabo operã: q̃ si diceret, nõ ducã. Saltem aliquot.) Primo q̃ maiora sunt, petit: postremo q̃ ex his uidenť minima. & hoc arte, ut, Incute uim uentis, submersasq obrue puppes. Et ad postremũ, Aut age diuersas, & disiice corpora ponto. Profer.) Prolata, pduc, differ. Aliquo, ne uideã.) Aliquo dixit, ut exiliũ eet incertũ. Audi nũc iam.) Correptio ipatiẽtis, q nõ sustineat audire de exilio. Ego Charine.) Sniae q̃ ex pnoibus incipiũt, sera semp, sed uera pmittunt. Virgi. Me natã nulli ueterẽ sociare procorũ Fas erit. Ego Charine, neutiq̃ officiũ. Sensus hic est, Non puto, inqt, hoiem liberũ, q cũ nihil pstet, haberi grãm sibi posseat. ergo cũ tibi nihil pstẽ, nolo mihi grãs agas nõ enim tui cã fugio, qd prius q̃ me peteres, magis nolebã ducere, q̃ tu cupis. Cum nihil pmereat.) Mereri, est aliqd mercedis p labore sumere. cũ dicimus, Nihil mereť, hoc ĩtelligitur, nihil mercedis dignus est accipere. Neutiq̃.) Vna pars est orõnis, p nequaq̃ Aut alio mõ dr, cũ is nihil pmereat .i. pstet. ut Virg. Quiq sui memores alios fecere merẽdo. Et, Nũq̃ regna negabo Promeritã. E contrario, laedit. Quid cõmerui, aut peccaui pr? Cũ is nihil pmereat. Laboret, uel mereať, uel mercedis petere debeat. ut, Quid meret machaera? Plautus in Pseudulo. Id gratię adponi sibi.) Addi in grãm suã, idest sibi grãm merere. Nuptias effugere.) Interposita distinctione, multuose hoc dr, hoc est cum gestu. Reddidisti aĩum.) Plus dici non potuit. Aut tu, aut hic Birria.) Hic δεικτικῶς quasi efficaciorẽ oñdit. ergo ad comparationẽ alterius refert. Facite. fingite. inuenite. effi.) Fit qd uerum est. Fingiť qd falsum est. Inueniť, ne temere fiat. Inuenite et go, agite dic post cogitationẽ. Efficite, idest in effectũ pducite. Sallu. Nã & prius q̃ incipias, cõsulto: & ubi cõsulueris, mature facto opus est. Facite, fingite, inuenite. Mire expleuit Pãphili aĩum nuptias recusantis, cui quicquid dixerit parum est.

Corrigenda margin: Cor · Proferr · Mereri · Neutiq̃ · Redder animum

Facere Fingere Inueniř Efficere

Qui detur.) Qui, p quẽad modum. Ne mihi.) Veteres frequenter ne p nõ dicebant.

GVI.

CCA. Pã. si id facis .i. si eã ducis: uides me postremũ .i. postremo: nouissime. hod e q̃si i fani amoris dolore iamiã sim moritur°. Pã. Quid .i. cur ita postremũ .s. hodie te uideo, si id facio. Ca. hei mihi: uereor dicere o Birria q̃so dic huic Pã. Bir. ego dicã Pã. Quid ẽ? Bir. Ca. amat hãc Philomenã spõsam tuã .i. tibi pm ssaz Pã. nę .i. ualde. uel nę .i. o q̃, uel certe. Iste Ca haud .i. nõ sentit mecũ .i. lõge a mea snia ẽ alien°, nã eã deperit, quã uehementer odi. Ehodum: particula mouẽs attentionem: quia se conuertit ad Carinum. O Carine dic mihi .i. responde mihi. Nũquidnã .i. nunquid amplius q̃ amare fuit .i. intercessit tibi cum illa Philomena: q sit eius recusandae causa. Ca. Ah dolentis particula. o Pã. nihil fuit inquã &c. Pã. q̃ .i. quantũ uellem: ut aliud tibi cum illa fuisset. Ca. Nunc o Pã. obsecro te per amicitiam .i. per beneuolentiã inter te & me mutuam: & per amorẽ meũ in eã Philomenã: quo ita crucior: ut mei sit miserendũ. principio .i. in primis: ut ne .i. non ducas eã. Pã. Equidẽ: ego quidẽ. saepe apud Vir. Dabo operam .i. elaborabo ne id fiat. plus est q̃ nõ ducam. Ca. sed si id non potest fieri .s. q eam nõ ducas ppter parentis instantiã aut si hae nuptiae sunt tibi cordi .i. si placent tibi Pam. Pã. dictum interrumpens nouissimum uerbũ sibi nõ placẽs repetit iquiẽs: cordi. q d. dubitas, aut timeas ne sint mihi cordi. Ca. deinde pergit in petitione Carinus saltem, quasi salutẽ. desperatis eni rebus solã salutẽ petimus. Profer .i. plata: protela: proga: pduc: differ. dũ .i. quousq pficiscar .i. pegre me cõferã aliquo .i. i aliquẽ tãq̃ exilii locũ: ne uideã nuptia .s. Pã. o Carine iã nũc audi. correptio est ipatientis q nõ sinat audire de exilio. o Carine ego. sententiae, q̃ ex pnominibus icipiũt seria semp, ac uera, pmittũt. Ego neutiq̃ .i. nequaq̃ puto esse offm liberi hois .i. hois igenui ai postulare id. poni .i. attribui: ascribi. sibi grãe .i. ad grãm: q̃si diceret postulare: ut ob id sibi grã habeať: cũ is nihil mereať .i. nihil mercede dignũ efficiat. Mereri eni est aliquid mercedis p labore sumere. iõ cũ dicimus nihil mereť: hoc ĩtelligiť: nihil est mercedis dignus accipere, & q nihil mereať, pbať inquiens. Ego malo effugere .i. euadere istas nuptias, q̃ tu uelis adipiscier .i. assequi. Ca. reddidisti aium mihi .i. Pam. Nũc si qd potes: aut tu Carine: aut hic Birria facile qd uerũ est fingite: qd falsum est inuenite .i. excogitate. ne qd temere .i. inconsiderate fiat. efficite .i. date operã. qui .i. ut. deť tibi Carino Philomena .s. Donatus tñ dicit q capi pro queadmodum.

Ehodũ · Ah dolentis · Equidẽ · Saltẽ q̃si salutem · Profer · Ego Neutiq̃ · Mereri

SER. CNae .i. certe. is te hãc amplius q̃ amor q d. puto cũ illa tetrẽ habuisse p amicitiã q̃ ẽ iter me & te. p amorẽ: q ẽ iter me & te: & p amorẽ iter te & Gly. facite & facta fingite .i. polite uel iuenite aliqd figmẽtũ: & p oia ista efficite.

CEgo

Ego id agam, mihi qui ne detur. C. sat habeo. P. Dauum optume
Video, cuius consilio fretus sum. C. at tu hercle haud quicq̃ mihi,
Nisi ea, quæ nihil † opus sit scire. fugin hinc? B. ego uero, ac
lubens. *Inopus eliditur s*

DONA. ℭ EGO id agam mihi qui me detur.) Non dixit, ego non instabo ut ducam: sed, quod est amplius. & recte utriusq; opera opus: non enim continuo ducet Carinus, si non duxerit Pamphilus. ℱ Sat habeo.) Sic antiqui pro sufficit, sat habeo dicebant. an uel abundat? ℱ At tu Hercle.) Deest, affers, dicis, nuncias. ℱ Nisi ea quæ.) Hoc est, Datur ne illa hodie Pamphilo nuptum? B. Sic est. ℱ C. Qui scis? B. Apud forum modo de Dauo audiui. Quod memor est Carinus se non libenter audisse. ℱ Fugin hinc?) Comminantis est, & abigentis a se. ℱ Ego uero, ac lubens.) Nemo libenter fugit. nisi coactus necessitate. Hic, etiam lubens dixit: quod est, lubenter.

Sat hēo

GVL. ℭ EGO agã id q. i. ut ne. i. non det mihi Pã. Ca. Sat hēo. i. sufficit mihi. Pã. uideo optime Dauũ q̃si diceret opportune est uideo seruũ: cuius cõsilio. i. suasiõe fretus sum. i. cõfisus. Ca. At tu Birria es sup. filis Dauo. Hercle haud. i. non. dicis, aut nũcias, aut affers qcq̃ mihi: nisi ea q̃ nihil. i. nõ, nel in nihilo op⁹ ē me scire uel si dicat sit: addēdũ est scire: sic nihil affers: nisi ea, q̃ nihil. i. nõ sunt opus. i. nõ attinēt sciri a me. f. fugin cõminãtis ēet reiicientis seruũ a se. q. d. es tu adhuc hic neq; hinc facessis: seu discedis? Bir. Ego uero fugiã sup. a te: ac lubens. i. & quidem bono animo.

Lubēs

SER. ℭ QVI. i. qõo &c. At tu Birria nihil mihi boni afferes, si moneret Birriã: qa hic amplius nõ est necessaria persona illa.

ACTVS SECVNDI SCENA SECVNDA

Trochaici tetrametri.

DAVVS. CHARINVS. PAMPHILVS.

D. DI BONI, boni qd porto: sed ubi inueniã Pãphilum?
Vt metũ, in quo nũc ē, adimã: atq; expleã aĩum gaudio.
C. Lætus est, nescio qd. P. nihil ē, nõdũ hæc resciuit mala.
D. Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias,
C. Audin tu illum? D. toto me oppido exanimatum quærere.
Sed ubi quæram? aut quo nunc primũ intendam? C. cessas alloq?
D. Abeo. P. Daue ades, resiste. D. qs homo est, qui me o Pãphile.
Te ipsum quæro. euge o Charine. ambo opportune uos uolo.

DONA. DI boni.) Hæc scena consilium continet personarum, ad quas maxime pertinet argumentum. Et hic est locus in quo, ut fieri solet, fortuna nisi a reb⁹ dispositis, magnas turbas dat. ℱ Di boni, boni quid porto.) Nõ mirum q insolentius Dauus exultat, qui, ut Simo dicebat, timidus fuit: ut ipse Dauus, etiam desperauit ex nuptiarum terrore, quas nunc falsas comperit. ℱ Di boni, boni quid porto. Ex proximo repetiuit bis: sed tamen alterum, nominatiuo plurali: alterum, genitiuo singulari dictũ est. ℱ Quid porto.) Non solum corpore, sed etiam animo portamus tam bona, q̃ mala. Sic alibi, Ne qd Andria apportet mali. ℱ Vt metum in quo nunc est, adimam, atq; expleam animũ gaudio. Ordine locutus est. prius enim metum adicere: sic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiam in laude seruatur. ℱ Nescio quid.) Deest propter: ut sit, propter nescio quid. ℱ Quid.) Aduerbiale. ℱ Exanimatum.) Perterritum perturbatum. ℱ Sed ubi quæram?) Nunc in omnes se partes uersat, quærens quo dirigat cursum. ℱ Abeo.) Videtur quasi constitisse: deinde quasi elegisse, quo pergat. Habeo per H inueni. Legitur & abeo: ut merito illi dicatur, Resiste. ℱ Quis homo est, qui me? o Pamphile.) Ante uidet, q̃ compleat orationẽ. ℱ Euge o Charine.) Euge, modo pro interiectione positum est. ℱ Opportune.) Deest, adestis: non, opportune uos uolo.

Portare

Euge

GVL. DIi boni &c. In hac scena continetur consilium personarum ad quas maxime pertinet argumentum. In cuius principio Dauus completa nuptiarum falsitate insolentius exultat quærens Pamphilum. Da. o Dii boni propter bñficia in homines, quid boni porto: idest gesto in pectore. Portamus nõ solum corpore, sed etiam animo. Portamus autem tam bona q̃ mala. ut alibi: Vereor nequid Andria apportet mali. nunc autem dicit Dauus se aliquid boni scire: & illud gestare in animo: sed ubi inueniam Pamphilum: ut adimã: idest abstergam auferam metum: in quo nunc est, atque ut expleam: idest repleam animum gaudio. Ca. lætus est Dauus scilicet nescio quid: idest pro uel propter: nescio quid, quasi diceret lætus est propter nescio quid. uel lætus est nescio quid: idest nescio quare. Pã. nihil est quo lætus sit. nondum. i. nõ adhuc. resciuit: idest cognouit hæc mala. scilicet indictas mihi nuptias. Da. Dauus quærens Pamphilum: neq; uides: pergit in sermone incepto ad spectatores. Quem. Pam. ego nunc credo si iam audierit nuptias paratas sibi. Ca. Charinus alloquens secreto. Pamphilum, inquit. Audin: idest audis ne tu illum Dauum, quo modo de nuptiis loquatur tanquam resciuerit. Da. Daui sermo Carini sermonis interpositione interruptus est: ideo repete: quem Pamphilum exanimatum: idest perterritum: perturbatum credo quærere me Dauum toto oppido: idest in tota urbe: sed ubi quæram eum: scilicet aut quo: idest quam partem nunc primum intendam: idest cursum dirigam. Ca. Carinus timens, ne abeat Dauus dicit Pamphilo cessas loqui: quasi dicat: non uis loqui: uel quid tu loqueris? Da. abeo: idest discedo quasi elegerit quo pergat. Pam. Daue ades: idest ad sis: imperatiui modi est. resiste: idest remane. Virgil. primo Aenei. Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit. Da. Dauus in omnes partes se uersans, inquit. quis est homo, qui me uocat? deinde animaduertens Pamphilum subdit: o Pamphile quæro te ipsum. O Carine euge. interiectio est lætitiam mouens: quasi dicat exulta. interdum, applaudentis est: & adulantis: interdum etiam irridentis, seu exprobrantis: & præcipue quando geminatur. ambo Pamphile, & Carine opportune: idest tempestiue, uel mature adestis subaudi. nolo uos: idest quæro uos.

Ades Resiste

Euge

SER. DIi boni. Postquam Pamphi. corroboratus est: & confirmatus q neq; Glyce. dimittet: neq; Phi. recipiet: ad maiorem, & plenam eius stabilitatem inducitur Dauus: qui læta nunciet: & amorem nuptiarum omnino a Pamphi. excludat: & ad ultimum consilium: quo simulatio inefficax efficiatur Pamphilo attribuit. Carinus etiam in idonea parte scenæ huius recipitur: ut Dauum læta nunciantem audiat eum ipsum: quo Phi. hanc rogabit: & magis fiet certus quo Phi. non ducet Pam. consilio autem dando non aderit de Pam. Dauo acquiescere non permittat. Sed ubi bonum affero: sed ille cum affero de se & ubi inueniam.

P. Daue, perii. D. quin tu hoc audi. C. interii. D. quid timeas, scio.
P. Mea quidem hercle certe in dubio uita est. D. & tu quid, scio.
P. Nuptiae mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtūdis, tametsi intellego.
Id paues, ne ducas tu illam, tu autem, ut ducas. C. rem tenes.
P. Istuc ipsum: D. atque istuc ipsum, nihil pericli est me uide.
P. Obsecro te, quam primum hoc me libera miserum metu. D. hem
Libero uxorem tibi iam non dat Chremes. P. qui scis? D. scio.
† Tuus pr modo me prehēdit, ait tibi uxorē dare
Sed hodie: item alia multa, quae nunc non est narrandi locus.
Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi haec.
Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.
Circūspicio nusquam. forte ibi huius uideo Birriam.
Rogo, negat uidisse. mihi molestum. quid agam, cogito.
Redeūti interea ex ipsa re mihi incidit * suspicio hem, *Inspicio ante penultima producitur*

DONA. ¶ DAVE, perii.) Propriū est dolētibus pfestinare q̄ dolēt. ἀπολούμην. Habet nō nullū affectum qđ addidit, Daue. ¶ Quin tu.) Quin mō p imo alias cur nō. ¶ Mea qdē Hercle.) Videt Charinus plus dixisse, Peri, q̄ Pāphi. Mea qdem hercle certe in dubio est uita. Sed nō est hoc plus .n. Pāphi. dixit. Nā qui uiuit, nō pōt interiisse: is aūt q uiuit, uitā pōt in dubio hēre. Iō et iurauit hercle: & affirmās iusiurandū, Certe addidit. Bñ Certe: quasi illud iterū, falsum sit. Ita Pāphilus plus fecit periturū se eē dicēdo, q̄ Charinus iterisse. ¶ Et qd tu, scio.) Mira cōpēdia, q̄ cōtrahit poeta longitudīne fabulae: nec tñ perdit affectus psonarū. ¶ Et tu qd. deest, timeas. ¶ Et id scio.) ἐν ὑποκρίσει. tanq̄ dicat, nihil est. ¶ Et id scio. Legit, etsi scio. ¶ Hodie.) Tps addidit, tanq̄ rē sciēs. ¶ Obtūdis.) Saepe repetēdo, idē dicere, obtūdere est. trāslatio a fabris, q saepe repetūt tundēdo aliqd malleo, & idē obtūdunt, & hebetant. ¶ Obtūdis, tametsi) Pōt esse ἀνεστροφή: sed syncerius est, & melius subdistinguere. ¶ Id paues.) Deest Ob, ut sit, ob id. hoc aūt Pāphilo dicit. ¶ Tu aūt ut ducas. Pro ne nō, ut posuit. Hoc Charino. ¶ Atq istud ipsum. ἐν ὑποκρίσει. Ille enim hoc idē dixerat cū exclamatiōe. qđ quasi unū cōtēnit. ¶ Me uide.) Vtrū, letus sum? an, me specta fidei datorē? ut dici solet, me habe, me respice. ¶ Obsecro te.) Cū precibus & tempus admiscuit. Et bene libera. perfecta enim securitas, liberatio nominatur. ¶ Hem.) Ecce, demonstratio est facti. ¶ Vxorem tibi non dat iam Chremes.) Oratori ea summa coepit: eius partes: multis dicent. ¶ Iam non dat.) Bene Iam. quod si non dixisset, intelligeret Pamphilus uel postea Chremetem filiam esse daturum. Sed addito Iam, plena securitas est. Iam enim renunciatio est perpetuitatis. ¶ Scio.) Praeparatio est auditoris ad eā narrationem, quae ostēdit argumēta falsaꝝ nuptiaꝝ. ¶ Me prehēdit.) Pro prēdit. Addita aspiratiōe geminauit syllabā. Et prehēdit dixit, quasi uitātē ac fugiētē. ¶ Ait tibi.) Ait, pprie qa cōtēnēda dicunt. ¶ Ait tibi uxorē dare se. Cōiecturam facit ex malis, q̄ praecesserit. ¶ Ait tibi uxorē dare se Dicit cur primo crediderit ueras, dicturus subinde cur falsas. ¶ Itē alia mul.) Bñ distulit narrationē, ne si audiret Carinus & Birria, desinat dolos struere aduersum uigilantissimū senē. ¶ Itē alia mul. Cōmoda narratio a necessariis tñ Minas aūt senis ptermisit, ne corrūperet bona q̄ nūtiabat. ¶ Quae nūc.) Argumentū est, q̄rere potuisse eū q sit territus. nā timor curā patit. ¶ Narrādi locus.) Mō tps, spatiū. ¶ Quae nūc nō est narrādi locus. Nō uult dicere q̄ minaciter secū egerit senex, quāq; instet nuptiis, ne Carinū Birriāq; de spe deiiciat, quos uult secū adniti, ne uxorē Pāphilus ducat. ¶ Properās pcurro.) Vide quātū dixerit, Properās, & pcurro, ut continuationē cursus ostēderet. ¶ Vbi te nō inuenio.) Vbi, mō nō ē aduerbiū loci, sed tpis, p postq̄. ¶ Vbi te nō inuenio, ibi. A summo ad imum diuisiōes, qbus dicta & facta cōtinent: sub quoꝝ genere sunt species nunc dictorum, nunc factoꝝ, cum consideratione rerum personarumq;. ¶ Nusquā.) Deest, uidi. ¶ Video Birriā.) Deest seruū. & recte, dixerat enim, Apud forum modo de Dauo audiui. ¶ Rogo, negat uidisse.) Mira breuitas, & imitanda.

Quin
Certe
Obtundere
Vt
Metuide
Liberatio
Hem
Iam
Prehendere
Aio
Locus
Percurro
Vbi

¶ Pam. Daue perii: idest dolore confectus sum. Da. Qui. i. quinimmo potius audi hoc: quod sum dicturus. Pam. Interii: quasi actum est de me, nisi consulas. Da. Scio quid timeas. Ca. Quidem hercle, idest per Herculem ubi quidem expletiua dūtaxat particula est. mea uita est in dubio: idest in periculo. ne dum morte cōmutetur. Da. Et. i. etiam scio quid tu timeas. Pam. Nuptiae mihi indictae sunt: subaudi a patre. Da. Et id scio tibi indictas, & nūciatas futuras nuptias. Pam. Hodie scilicet sunt indictae: & in hunc diem constitutae. Da. Obtundis. i. toties repetēdo me hebetas: & molestus es: qui enim saepe repetendo aliquid dicat: obtundere dicit. translatio autem est a fabris: qui saepe repetunt tūdendo aliqd malleo: & idem obtundunt & hebetant. Obtundis ergo, quasi dicat caput mihi frangis: & aures hebetas tua crebra repetitiōe. tametsi: idest quāuis intelligo quod. s. repetis & inculcas toties: praecaues: idest times id idest propter id: scilicet: ne id. i. quod tu Pamphile ducas illam Philomenā. autem idest sed. tu Charine praecaues: idest times. ut idest ne non: hoc est quod non ducas cāut enim pro q̄ nō interdū usurpati inuenitur. Ca. tenes: idest intelligis rem. i. negociū ipsum uti est. Pam. Istud ipsum est: sup. quod dicis. Da. Istud ipsum quod. s. times. nihil pericli est: nullum est periculū in eo, quod times, uide: idest specta me Dauū uel fidei datorem: uel an laetus sim: & uultus meus in spem aliquam gestire uideatur. Pam. Obsecro: quasi per sacra rogo te. libera quāprimū: idest citissime me miserū afflictum: hoc metu quo crucior & bene libera: perfecta enim securitas liberatio nominatur. Da. Hem: haec particula hic demōstrantis factum est: quasi ecce libero te. Chremes nō dat iā tibi uxorem filiā. s. & bene addit iam est enim hinc renunciatio perpetuitatis: quasi dicat: neq; dat iā: nec posthac daturus est. Pam. Qui. i. quomodo scis. Da. Scio tuus pater prehendit: idest cōprehendit tanq̄ uitantē, & fugiētē me Dauum. modo. i. paulo ante, ait: bene ait: quia contemnēda dicuntur ait sese dare tibi hodie uxorem. Item: similiter. alia multa ait. s. quae nunc non est locus: idest tempus uel spatiū: aut opportunitas narrādi. continuo ego properans ad te percurro: quasi celeriter curro ad forum. potest etiam ibi addi ad te: quasi ad conueniendū, & alloquēdū: ut dicam tibi haec. ubi: idest postquā. non inuenio te ibi. i. in foro ascēdo in quēdam locum excelsum: idest editum: eminentem. circūspicio. i. circūlustro oculis an te uideam nusquā: idest. in nullo loco uidi te. s. forte ibi: idest in eo loco uideo. Bir seruum subaudi huius Carini. Rogo: idest interrogo: uiderit te necne. negat se uidisse te. id supple mihi molestum fuit. Cogito quid agam: interea suspitio incidit mihi redeunti de foro. s. ex ipsa re quasi ex ipso apparatu: nisi dicatur redeunti ex ipsa re agēda: sed superior sentētia melior. Hem: particula saepe est interiectio corripientis seipsum: uel indignantis: quandoq; etiam demonstrantis est: ut dictum est: & hic quoq; capi potest.

¶ OBTVNDIS mihi uerba ista. i. cōcludis. licet sciā illa omnia. Coepi mecū coniectari. hem Pa. obsoni. apud Simonem ipsius Simo. cōiecturalis causa est.

GVI.
Quidem
Hercle
Obtundere
Vt p quod non
Liberate
Hem demonstrantis
Iam
Ait
SE

¶ Paululi

Paululum obsoni ipsus tristis de improuiso nuptiae
Nō cohaerēt. P. quorsū nā istuc? D. ego me cōtinuo ad Chremē
Quū illo aduenio, solitudo ante ostium. iam id gaudeo.
C. Recte dicis. pge. D. maneo. interea * introire nemīnē
Video, exire nēminem. matronā nullā in aedibus
Nihil ornati, nihil tumulti. accessi intro, aspexi. P. scio
Magnum signum. D. num uidentur conuenire haec nuptiis?
P. Non opinor Daue. D. opinor narras? nō recte accipis,
Certa res est etiam puerum inde abiens cōuenī Chremis.
Olera, & pisciculos minutos ferre obolo in coenam seni.
C. Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem.
C. Quid ita? nempe huic prorsus illam nō dat. D. ridiculū caput.
Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere:
Nisi uides, nisi senis amicos oras, ambis. C. Bene mones.
Ibo, etsi hercle saepe iam me spes haec frustrata est. Vale.

Introire trī syllabū est

DONA. ¶ PAVLVLVM obsoni.) Hinc est q̄ ait, Nimiū parce facere sumptū. ¶ Ipsus tristis. de improuiso nuptię.) Mire, & moraliter. ex his enim quae facta nō sunt, docet quid fecisse deberet. &, de improuiso nuptiae, pnunciandū. ¶ Ego me cōtinuo.) Et bn̄ continuo ad Chremē: ut si ab utroque hoc fieret, esset uera suspicio Daui. ¶ Ego me cōtinuo. Deest duco. Cōsuetudine dictum est, & ἐλλειπτικῶς. ¶ Egomet. Vna pars orationis ē. ¶ Chremē.) Chremem, & Chremetem, ut Darē & Daretē. ¶ Solitudo ante hostiū.) Signa ab his quae sunt, quę non esse deceret. ¶ Iam id gaudeo.) Quasi auersum, & non consentientē Pamphilū excitat ad gaudiū laetitia sua. ¶ Iā id gaudeo. Sic Virgi. Cum uenit auleis iā se regina supbis. ¶ Recte dicis, perge.) Vultu enitiandum. Hoc dicit Pāphilus. ¶ Maneo.) Ne, At parū tpis fuisti. ¶ Interea.) Tēporis longi significatio. ¶ Introire neminē.) An non factis. ¶ Exire neminem.) Quid si intus erant? ideo ait, exire neminem. ¶ Nihil ornati.) ἀρχαϊσμὸς. Sic Salu. Ergo Senati decreto seruiendū ne sit. ¶ Signū.) Proprie, p argumēto. ¶ Nō uident.) A sequentibus argumentū. ¶ Non opinor.) Ille opinionem accōmodat tantū, hic multum tribuit cōiecturis. ¶ Non opinor.) Quoniam argumenta sunt, & coniecturae opinor dixit. Nam contra opinionem, certa res est. quae autē opinamur putamus: quae putamus, incerta sunt. ¶ Opinor narras?) Bene a prima ad secundam personam. ¶ Pisciculos minutos.) Sufficeret diminutiue pisciculos dixisse. Quod sic, minutos dixit: & pretiū, obolo esse emptos quę est ultima nūmorū significatio. Sunt enim genera minutorum piscium quae magno ueniant. Hic ergo etiam ex pretio uilissimos pisces significauit. Et, qd si minutos, sed omnibus? Seni dixit, ut obsonatiōis ostēderet cām. ¶ Olera & pisciculos.) Quod supra generaliter, paululum obsoni: hic specialiter dixit. ¶ Chremi.) Sic Chremi, ut Vlyssi, & Achilli. ¶ Etiam puerum.) Etiam, pro praeterea. ¶ In coenā seni.) Mire seni, cuius est maior cura domi. ¶ Nullus.) Pro, non: ut alibi, Nullus dixeris. ¶ Quid ita?) Vna pars orationis. ¶ Ridiculū caput.) Pro toto homine. nemo enim ore contempto, ex aliis membris hominem uelit significare. & est συνεκδοχὴ τρόπος. ¶ Quasi necesse sit, si huic non det, te illam uxorem ducere.) Ostendit ἐνθύμημα uitiosum hoc esse, in quo, altero sublato, non necessario alterū relinquat. ¶ Nisi uides, nisi senis amicos oras, ambis.) Hoc laborat Dauus quēadmodum Philumenam Charinus propriis laboribus pmereatur uxorē. ¶ Nisi uides, nisi senis amicos oras. Artificiose Dauus Charinū excitat, ut si fieri possit, adiuuetur negociū Pamphili, dum ille sibi pudet. ¶ Nisi uides.) Prouides. ¶ Ambis.) Magnarum rerum desideriū & appetitus, ambitio dicitur. ¶ Cōfirmata re a factis & a personis, deliberatiua nascitur.

Interea
Ornati
Signum
Opinari
Putare
Obolus
Etiam
Nullus
Videre
Ambitio

ex insperato indictae. non cohaerent: idest nō quadrant: nō sunt uerisimiles. Pā. quorsum nā: idest ad quē finem. istud idest istuc dicis: scilicet ubi. nam syllabica adiectio est ad significationem nihil efficiens. Da. Egomet continuo: idest pˀtinus ad Chremetem uado subaudi: hoc est me confero ad eius domum cum aduenio illo: idest illuc solitudo: idest hominum uacuitas & carentia est subaudi ante hostium. iam. i. tūc gaudeo id: idest propter id. Ca. Recte dicis. Pā. Perge idest psequere. Da. maneo interea tam loci, q̄ temporis habet significantiam. neminem uideo introire: neminem uideo exire. nullam uideo matronā: idest mulierem. Matronā quidam dicunt eam esse, quae peperit q̄ mater sit. quidā aiūt locupletiorem foeminam matronam appellant. Festus etiam ait: matronas fuisse appellatas, quibus stolas habendi ius erat. nullam ergo matronam uideo in aedibus: idest in domo Chremetis. nihil ornati pro ornatus: nihil tumulti pro tumultus in genitiuo: scilicet & est archaismos. inuenitur etiam in Sallustio senati in genitiuo pro senatus: ubi dicitur. Ergo senati decreto seruiendū ne sit. Accessi. i. adiui intro aspexi. Pāphi. Scio: intelligo magnū signū. i. magnū argumentū: est supple q̄ tu dicis: nō mihi datū iri Philomenā. Da. haec nō uident conuenire nuptiis. q. d. Haec signa sunt a nuptiis aliena. Pā. Nō uident in quā &c. opinor. i. ī ea sum opinione. Da. narras. i. dicis: opinor. nō recte accipis. i. intelligis: cū opinor dicas: res est certa: de ea itaq̄ nō est opinandū. Etiā. i. pterea. ego abiēs. i. discedens inde. conueni. i. casu inueni puerū. i. seruū Chremi: idest Chremetis. Chremes enim & Chremi genitiuū facit: ut Vlyssi & Chremetis. Inueni igit̄ puerū ferre, o'le. & pi. mi. em. obolo (quae est ultima numorū significatio) ī coenā. i. in usum coenae. seni. i. pp senē Chremetem: cuius est maior cura domi. Ca. O Daue li. sum h. tua opera. i. industria. Da. Ac nullus qdē sum. i. non sum: qa adhuc cura cōfectus. Ca. Quid ita. i. cur ita nullus es. nempe. i. profecto. Chremes prorsus non dat illam Philomenam huic Pamphilo. Da. Ridiculum caput: pro toto homine ponitur per synecdochen. quasi dicat ualde homo ridiculus es: idest ridendus: quasi per ironiam dicitur: idest tāquam necesse sit: si Chremes non dat huic reducere illam uxorem. Ambis: idest appetis: quae non assequeris. nisi uides: idest prouides. nisi oras amicos senis. idest Chremetis. Ca. Bene mones: Ibo: tametsi hercle saepe iam haec mea spes frustrata est: idest decepit me Carinum. Vale: his supioribus dictis artificiose Dauus laborauit: ut si fieri posset: Carinus propriis laboribus promeretur uxorem.

Intereā
Matrona
Festus
Archaismos Salu.
Opinari
Conuenire

GVI. ¶ PAVLVLVM obsoni erat: idest rei cibarię, siue pulmēti. est enim obsonium quod graeci ὀψώνιον dicunt: quicquid in comedendo additur pani & uino: a quo obsono obsonas uerbum neutrum & obsonor aris uerbum deponens. ipsus. i. ipse more uetusto scilicet pater Simo erat tristis: idest moestus: nuptię de improuiso: idest ex abrupto: &

Obsonium
Obsonas
Obsonor aris

SER. ¶ EGO non solum cepi coniecturam a Simone: sed etiā a Chremete. Conueni ferre: idest ferentem. infinitum pro participio: nisi uides: nisi oras. Ambis: in circuitu uadis nihil proficiscens. Vale: remouetur Carinus: quia si interesset illi consilio Dauus Pam. Daturus nunquam Dauus Pam. posset persuadere: ut diceret patri se uxorem ducturum omnibus modis Carino repugnante.

adiuro. i. ualde iuro. nā ad auctiua pticula ē. ut admirabilr. i. ualde mirabilr. adiuro igit tibi p oēs Deos nūquā me deserturū. i. derelicturū eā: nō addidit uerū: nō ad maiorē negationē. & simul ut subnectat: qd' seqtur. & est sensus: non eā me nūq̄ deserturū iuro tibi ēt si sciā. uel cape si pro q̄uis oēs hoies (hoc uerecūde dixit pp patrē) esse mihi capiūdos inimicos. i. mihi maleuolos: ubi capiundos mutauit ei u. ut moris est. expetiui. i. optatū elegi mihi hāc Gly. contigit i. euenit: ut ea petiere optata: qd' uix euenit, cōtigisse dr mores nři cōuenisunt: magnā hūt similitudinē: qd ualet ad mři monii cōfirmādū. illi ualeant. i. abeāt: discedant a nobis: qa & discedētibus & mortuis uale dr. est aūt ualeant renūciationis, & imprecationis uerbū. q uolūt dissidiū. i. discordiā: dissideo es qd' significat discrepo as: discordo as. inter nos. s. Gly. & me. nemo adimet. i. abstrahet mihi hāc: nisi mors. Ca. resipisco. i. uires resumo: recreor: sensus mei reuocant spūm: & bū resipisco ait: qd significat i pristinū sensum bonū redire. q. d. se paulo añ insanisse: & desipuisse p dolore. Pā. Rūsum Apollinis nō ē magis uerū q̄ hoc. i. meū si poterit fieri: ut ne. i. q nō pr credat p me stetisse: p me factū esse: quo minus. i. ut nō hæ nuptiæ fierēt, uolo. i. bū cupio illud ne iritet: sed si id nō poterit fieri: faciā id qd' est ī pcliue. i. qd' īpēdet faciēdū: qm iā res eo īclinata ppe ut: ut id fieri sit necesse: quo eā nō deserā. Deide oñdit qd sit ī pcliue. uidelicet: ut pr credat p me stetisse: quo minus fierent nuptiæ.

Adiurate Expetere Contingere Valere Dissidium Resipiscere Esse in pcliue

GVI. Macerare Vah increpātis Siccine

CMODO o mi aie. i. Gly. quā toto pectore amo: & ē mollis oro & fœminea multis iplicata blādimētis. noli macerare. i. excruciare te. uel noli te angore afficere. Pā. o Mysis, My. qd est? deide uiso Pā. dixit: hē o Pā. optie. i. opportune & tēpestiue offers te mihi. i. obuius mihi efficeris. Pā. qd est My. hera. i. Gly. iussit me orare te si ames se. i. si eius sis amore captus: ut iā. i. nunc uenias ad se. ait se cupe uidere te Pā. uah: iteriectio īcrepātis: perii hoc malū. i. amor meus & Gly. solicitudo te ītegrascit. i. ītegratr: hoc est ad integrū redditr: repetir: restaurar: refricar: renouar. Siccine. i. ut: sic opportet supple illā Gly. atq; me Pā. miseros afflictos (ubi masculinū pōderat fœminino: ut mos est) solicitarier. i. pturbari: nunc tua opa. i. tua opatiōe: tuo labore. s. Dau. q opam dedisti: ut

SER. CINTE grascit: incipit fieri integrū. itegro integras hēt actiuā significationē it grasco passiuā. & ob dolorē cōmotus uertit se ad Da. q̄si illi iputādo huius doloris cām. o Da. sicine. s. decuit sol. me. &c. bū dixit illā solicitarier. nā idcirco: qa ē solicita de nuptiis: accersor qbus nuptiis qdē &c. age mō Carine icrepationē: eadē ē res pp quā te mādat. ualeāt. i. pereāt tractū ē a mulieribus: q̄ in fossatis maritis suis discedente a sepultura reddunt extremū uale. & ē idē: ac si dicat ualeāt. i. recipiāt supremū uale. resipisco. i. sensum meū recipio. hic bū potes recipe: qa qd ego dico. s. q hāc nisi m. m. a. n. adeo uerū est qd Apollo respōdit nō ē magis uerū. atq; q̄ hoc. Sed si id nō poterit: faciā id qd' ē. i. rē sicuti ē. in pcliue. i. in aptū: qa qd' est in pcliuibus locis in aperto est.

CMiser

DONA. CMISER aeque atque ego.) Bñ atque ego: qa hic amore nexaṫ. Et itulit παρέλκον. Nã uolebat Pã. sibi dici, fortis: q illi tñ mox dicet. Hic igiť aliter rñdet, atque interrogat Pã. io q uideat ipossibile eẽ, palã r esistere parẽti. Scio qd conere.) Sẽsus ẽ, Scio qdem qd coneris: sed an efficere possis, nescio. Scio qd conetis. Si Pã. est psona, cũ ei ergo dr: si Carini, simplex laudatio ẽ, sed si Pã. ẽ, hoc signat qd supra, Ex unis geminas mihi pficies nuptias. Sed nõ esse psonã Pã. ex subiectis ostẽditur. Non ti. ha. ne er.) Deterret ẽt nũc Carinũ, ut & ipse adiuuet Dauũ, ne Pã. nubat Philumena. Et eodẽ sensu utiť Da. aduersum Carinũ, quo supra, Quasi necesse sit, si huic nõ dat, te illã uxorem ducere. Nõ ti. ha. ne er. Velut ẽt p se Carinus sentiat hoc dicit. uel ut solẽt serui cõtumationes aduersum amicum dñi, qa nup a Carino accusatus ẽ, uel qa & qd dicat nõ hẽt: & uidet tacẽdũ nõ eẽ. Sat hẽo.) Quia dilatio facta ẽ. Vt sa. sit.) Vt, p ne nõ. Ne ua. eẽ me.) Ne, p nedũ. aut aduerbiũ ẽ phibẽtis: ut sit, ne, nõ. Salu. ii. lib. Ne illa tauro parita sint, p nedũ. Proinde hinc uos amolimini. Amoliri dicunť ea q cũ magna difficultate, & molimine summouenť, & tolluntť e medio. sic dixit q̃si odioso, & molesto. Discedere dr, q facile abit e medio: Amoliť, q uix recedit. Proinde hinc uos amo. Molestũ ĩpedimẽtũ ex rei magnitudine iacẽtis ĩ medio. & iõ ĩpediẽtib⁹ se, dixit amolimini hinc, nõ, abite. Proĩde hic uos amolimini. Spe iniecta, ẽt dño ĩperat securus callidus. Nã mi. ipe. estis.) Vtrũ hoc uere dicit, an fingit q adhuc cõsiliũ non inuenit qd narrare possit? Hãc.) Glyceriũ. s. & cum miseratiõe puellae, hanc. Quo nũc te agis?) Vt tarditatẽ discedẽtis ondat. Ageť. n. se tardi, & tristes dicunť. sic Virg. Amissis remis atque ordine debilis uno, Irrisam sine honore ratẽ Sergestus agebat. Idẽ alibi, Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Quo hinc te agis? Admonitio discedentis ut solet. nã a quo discedere desyderamus, admonemus eũ, quo uadat, uel quo eat. Id facere, p iterrogationẽ admonet Da. Carinũ: ut ipse abscedat Carinus, q nũc ultimus remanet. Veꝝ uis dicã? Pro initio sedulę narratiõis hoc sumimus. Ac sic rñdet Carinus, tanq̃ q intelligat nõ discere uelle Dauũ quo eat: sed id agere, ut abscedat. Narratiõis mi. inci. in.) Narratiõis. s. quo eat. qa, ueꝝ uis dicã, uelut proemiũ narraturi ẽ. Quid me fiet?) Quid igiť, inqt, qd de me fiet? Ab eo hoc, q̃si a iocãte, pnũciãdũ ẽ. nã sic illi ĩprudẽs, rñdet. Quid me fiet? De Philumena ducẽda. Eho tu ip.) Proprie Carino dixit ĩpudẽs, q̃si ĩsolita et multa poscẽti. qppe q & spõsã alienã petere ausus sit: & nõ satis hẽat, p Da. sibi morã pstitã Pã. nuptiarũ. Q d ti. die. ad? Dieculã, horã. & ẽ ὑποκοριστικόν. Dieculã, hoc ẽ tẽpusculũ: & sumiť ab eo qd ẽ hęc dies. Diecula mora, & q̃si pua dies. & dieculã, in q̃. s. ambias, q̃tũ poteris ad ducẽdã Philumenã. Vult. n. se Dauus adiuuari p Carinũ & Birriã. Promoueo.) Differo. Promoueo nu. Memoriter Da. scit. n. illũ his uerbis petiisse, Saltẽ aliquot dies pfer. dũ pficiscar aliquo, ne uideã. Cuius rei oblitus Carinus, ẽt ut ducat uxorẽ petit. Ridiculũ.) Deest, hoiem. Age ue. Vix cõcedẽtis, uix cõsẽtiẽtis ẽ, age ueniã. Dũ ex.) A Gly. s.

Ne

Amoliri

Agere se

Promoueo

Quis uideor? C. miser aeque, atque ego. D. cõsiliũ q̃ro. C. fortis.
P. Scio qd conere. D. hoc ego tibi pfecto effectum reddam.
P. Iam hoc opus est. D. quin iam habeo. C. quid est? D. huic, nõ
tibi habeo, ne erres.
C. Sat habeo. P. qd facies? cedo. D. dies hic mihi ut sit satis, uereor,
Ad agendum: ne uacuum esse me nũc ad narrandum credas.
Proinde hinc uos amolimini: nã mihi impedimento estis.
P. Ego hanc uisam. D. quid tu? quo hinc te agis? C. uerum uis dicam? D. immo etiam.
Narrationis mihi incipit initium. C. quid me fiet?
D. Eho tu impudens non satis habes, q tibi dieculã addo
Quãtũ huic pmoueo nuptias? C. Daue, attamen. D. qd ergo?
C. Vt ducã. D. ridiculũ. C. huc face, ad me ut uenias, si qd poteris.
D. Quid ueniã? nihil hẽo. C. attamẽ si qd. D. age, ueniã. C. si qd.
Domi ero. D. Tu Mysis dũ exeo, parũper me hic operire.
M. Quapropter? D. Ita facto opus ẽ. M. matura. D. iã inq̃ hic adero

GVI. CQVIS. i. q̃lis uideor? Cari. Videris aeque. i. ita miser. at q. i. ut ego Da. Quaero. i. aĩo meo inuestigo. cõsilium. i. uiã, rõnem, modũ quo possim te restituere in bonũ statũ. Ca. es fortis. i. ualidus, magnanimus: q nullo infortunio deprimeris. Pã. Scio qd conere. i. moliaris. Da. Profecto. i. certe ego reddã tibi hoc qd molior. effectũ. i. pfectũ. Pã. Iã hoc est opus. Da. Quin. i. quinimo aiã habeo. i. iã excogitatũ est consiliũ qd q̃rebã. Ca. Quid est qd hẽs? Da. Habeo. i. cõmẽtus sum aliqd huic. i. pp hũc Pã. non tibi. i. pp te. ne erres. i. ne decipiaris Cari. sat hẽo. i. sufficit mihi q sit dilatio nuptiarũ. Pã. cedo. i. dic qd facies Dau. Da. Vereor ut. i. q nõ hic dies satis sit. i. sufficit ad agendũ. qd. s. agere uolo. ne. i. ne dũ: hoc ẽ nõ solũ credas me non eẽ uacuũ. i. otiosum ad narrandũ nunc ppositum. Alii hñt ne tñ: & tunc ne phibentis est. q. d. noli credere me otiosum ad narrandũ. pinde. i. ideo: qa hic dies nõ satis est mihi uos Pam. & Carine amolimini. i. discedite. hinc. i. ex hoc loco. Amoliri dñr q̃ cum magna difficultate, & molimine summouẽtur, ac tolluntur de medio. cũ enim res aliqua iacens in medio magnitudine, & mole sua affert molestum impedimentũ: neque nisi cũ magna difficultate discedit: dr amoliri nõ abire, aut discedere. nam discedit qui facile abit de medio. amolitur aũt qui uix recedit. nã estis mihi impedimento. Pã. ego uisam. i. ibo ad uidendum hanc. i. meam Glicerium. Da. Quid tu Carine. s. ages. quo agis. i. fers: ducis te hinc. Agere se est proprie tarde discedẽtis, ac tristis. Ca. Vis ut uerum dicã. Da. immo & iam incipis mihi initium narrationis. Ca. Quid fiet de me? Da. Eho. tu impudens. i. uerecundus: & procax ac molestus in rogando. Non satis habes. i. non tibi sufficit quod addo. i. adhibeo: & prorogo tibi dieculã. i. tempusculum. nam diecula significat paruum tempus, seu paruam moram quasi parua dies. i. tempus. in foeminino genere. quãtũ tpis. s. pmoueo. i. differo nuptias huic. s. Pã, Ca. attamẽ. Da. intercidit sermonẽ Carini dicens. Quid ergo petis. s. tibi fieri aliud. Ca. ut ducã Phi. i. hẽam ĩ cõiugẽ. Da. Ridiculũ cũ exclamatiõe, & irrisione legẽdũ est & deest hoiem. i. o hoiem ridiculũ. i. plurimũ ridẽdũ, & illudẽdũ. Ca. fac. ut ad me uenias huc si qd poteris. i. uel si aliqd poteris inuenire: uel si aliquo mõ poteris huc uenire. Da. Quid. i. cur. ueniã ad te, nihil habeo. i. nihil sum cõmentus qd tibi ex re sit. Ca. attamẽ si qd habueris. s. uenito. Da. age: hortãtis aduerbiũ & uix cõcedẽtis ueniã ad te. s. Ca. si qd habueris. s. ero domi. i. cõtinebo me domi: quo me possis facile cõuenire. Da. tu Mysis. opire. i. expecta me hic parũper. i. aliquãdiu. My. Q ua pp. i. q̃re te oppar. Da. opus ẽ facto. i. facere ita. My. matura. i. propera cũ moderatione. Da. inquam. i. dico tibi adero. i. psens ero iam. i. statim hic.

Proinde Amoliri

Abire aut discedere

Agere se

Impudens

Diecula

Age hortantis

Operiri

Maturare

SER. CAT q. i. sicut ego eo nolite: ac si diceret me ĩpedire: qa cõsiliũ q̃ro. sat habeo si huic habes. ne p nec dũ. nerũ pmittere uolebat: ut aliqd se adiuuaret: imo nõ solũ nõ discedes imo ẽt &c. qd. i. q̃re ueniã tu. festinabat. n. ad puerũ nihil ne. inducit Mysis ad se loquẽs de mutabilitate rerũ pp Pãphi. quẽ credebat prius fidelẽ dominę suę: & haec locutio Mysidis ideo interposita est: ne putaret nõ restitisse ex iussu aui.

DONA. Nihil ne esse proprium cuiquam?) Hec scena administrationẽ doli habet, quo fit ut deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare. Et uide non minimas partes in hac comœdia Mysidi attribui, hoc est personæ femineæ: siue hęc personatis uiris agitur. ut apud ueteres: siue per mulierem, ut nunc uidemus. Nihil ne. Ne, aduerbium percunctãtis. Nihil ne esse proprium cuiquam? Omne quod aut mutuum est, aut habemus, proprium. Ergo proprium, perpetuum: Vt Virg. Propria hæc si dona fuissent. Ergo nihil nobis propriũ esse potest. quod enĩ non fuit, nec esse quidẽ potest. aut quod eripi potest, non est nostrum: nisi illa quę eripi nõ possunt, ut sapientia, iustitia, prudẽtia: quæ fortuna neq; dare, neq; eripere cuiquam potest. Et simul hoc ipsum & a re, & a persona hic ostendit. A re, Nihil ne esse proprium? A persona, Cuiquam. Proprium. Perpetuum, nõ temporale ac mutuum. Di uestram fidem.) Admirantis aduerbium cum exclamatione. Fidem dixit opem & auxilium: ut, Tyrrhenamq; fidem. Summum bonũ esse.) Mire pro plenio. Et neutro extulit, summum bonum. Amicum, amatorem, uirum.) Amicus, animi est: Amator uero, corporis. nõ enim continuo amator est qui bene uult. ut, Dido amauit quidẽ Aeneam: sed non & amica fuit. quæ ait, Nõ potui auulsum diuellere corpus, & undis Spargere. Et item Catullus, Cogit amare magis, sed bene uelle minus. & est hic officium, & blandimentum. Amatorem & uirum dixit ad discretionem ut per ea quæ enumerat, maritũ ostenderet. In quouis loco paratum.) Paratum dixit ad omnes affectus, quicunq; de proximo esse possunt. & maxime ad Homericam sententiam respexit. * Verum ex eo.) Idest Pamphilo. Nunc misera quem capit dolorem.) Cum admiratione pronuntiat quem, & cũ exclamatione quadam. Facile hic plus mali est, q̃ illic boni.) Facile, aduerbium confirmantis est: id est, liquido & manifesto Veteres dicebant facile, pro certo. Vt Cicero, Illius ciuitatis facile princeps. Dolorem. Dolorem distinxit. probe: & post intulit separatim quod sequitur, Facile hic plus mali est, in dolore, & metu scilicet amittendi, q̃ in uoluntate retinendi. Quam illic boni. In summo bono. Dicit enim. Ex bonis quæ bona existimamus, plus nos mali capere, cum aut amissuros nos credimus, aut amittimus: quam boni, cum habemus. Facile hic plus mali est. Plus mali: in dolorem & metu, ut diximus. Quam illic boni, id est in amico, amatore, & uiro. Mi homo, quid istuc obsecro est? Ex Mysidis uerbis, qd Dauus faciat demonstratur. Quid istuc obsecro est? Inuolutum puerũ portabat Dauus: & ideo dicit mulier, Quid istuc obsecro est? Tũ ille euoluit puerũ: & profert. quẽ postq̃ expediuit, tum illa dicit, Quo portas puerum?

Proprium. Fides. Summum. Amicus. Amator. Facile.

ACTVS QVARTI SCENA TERTIA.

Iambici trimetri.

MYSIS.

NIHIL ne esse proprium cuiq̃? Di uestram fidem,
Summum bonũ esse heræ putabam hũc Pãphilũ:
Amicum, amatorem, uirum in quouis loco
Paratum. uerum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem? facile hic plus mali est, q̃ illic boni.
Sed Dauus exit. mi homo, quid istuc obsecro est?
Quo portas puerum? *Hemistichium absoluitur proxima scena.*

GVIL. Nihil &c. Hæc scena administrationẽ doli habet: quod fit, ut deterreatur Chreme. filiam suam Pamphi. dare. My. Nihil ne aduerbium percunctantis: idest est ne uerum subaudi nihil esse proprium: idest perpetuum cuiquam: idest alicui. dii uestrã fidẽ admirationis aduerbiũ cũ exclamatione. ubi fides pro ope & auxilio ponit. estq; sensus. o dii imploro sup. uestrã fidẽ. i. opem & auxilium. quo etiã modo potest capi in eo dicto: Proh deum atq; hominum fidẽ: ut supius est explicatũ. putabã hunc Pã. amicũ quãtũ ad aĩum: amatorẽ quantum ad corpus. uirum. i. uirilem: & non facile uincibilem. paratum in quouis. i. in quo libet loco esse summum bonũ heræ. i. dñæ. s. Glycerio. uerũ. i. sed quẽ dolorẽ. i. q. d. maximũ: ipsa misera capit nunc ex eo Pam. facile. i. liqdo & manifesto. haud dubie. i. clare. ueteres etiam pro certo facile dicebant. plus mali est hic. s. in dolore q̃ boni illic. s. i amico amatore uiro: sed Da. exit a domo Glycerii. My: hõ obsecro. i. quæso & p sacra rogo qd istuc mali est: quid. s. portas. Da. enim portabat puerum inuolutum: quẽ dum euoluit, Mysis subdidit, quo. i. an quem locum portas puerum.

Nihil. Propium. Fides. Facile obsecra te.

SER. Nihil ne est proprium. i. immutabile cuiq; heræ: idest dominę meæ. amicum communi amicitia. amatorem singulari amore. facile potest probari quod hic idest in hoc solo labore: quem modo habet. est plus mali, q̃ illic boni. i. in Pamphilo esset exprompta malitia: expedita audacia. ex ara: ibi enim erat quædam ara: ubi amantes sacrificium nouiter fecerant: & ibi disperserant uerbenas illas ueneneas: quæ in sacrificiis amatorum ponuntur: quia propter eas solent iuuenes inherbari: & compelli ad amorem.

DONA. Mysis nunc opus est.) Hæc scena actuosa ẽ. magis. n. i gestu q̃ i oratione est cõstituta. Mysis, nunc opus est. Properantis & ipense agẽtis Daui uerba mõstrãtur. Exprompta.) In mediũ prolata. Memoria atq; astutia.) Memoria, ut præcepta Daui retineat. Astutia, ad agendum strenue quę imperet. Memoria. Simpliciter magis, ut memor sit Daui pręceptorum. Et memoria modo .p intelligentia. ut Virg. Instamus tñ immemores. Ex ara hinc sume uerbe.) Ex ara, scilicet Apollinis quem ἀγλιον Mænãder uocant aut quod Appollini comœdia dicata est: in cuius honorem aram cõstituebant comœdiam celebrantes. Apollini ergo comœdia. Libero patri tragœdia.

Exprõpta. Memoria astutia. Astutia.

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA,

DAVOS MYSIS.

D. MYSIS, nunc opus est tua *Iambici trimetri.*
Mihi ad hanc rẽ exprompta memoria, atq; astutia.
M. Quid nam incepturus? D. accipe a me hũc ocyus
Atq; ante nostram ianuam appone. M. obsecro,

GVL. Mysis nuncẽ opus mihi tua memoria: idest intelligentia ad retinenda & intelligenda mea præcepta exprompta: idest in medium emissa, seu prolata: ab expromendo. aliquid enim expromitur quod reconditum deducitur in medium ad hanc rem: quam paro: scilicet & est etiam opus tua astutia: idest calliditate ad strenue agendum: quæ imperabuntur tibi My. Daue quidnam: idest quid es incepturus: idest suscepturus, & inchoaturus. Da. accipe: idest asporta. & recipe ex me ocius: idest uelociter. comparatiuum propositiuo. hunc puerum: atq; appone eum ante ianuam nostram. My. obsecro: idest queso.

Ocius.

Humine? D. ex ara hinc sume uerbenas tibi,
Atque eas substerne. M. quamobrem id tute non facis?
D. Quia si forte opus sit ad herū iurādum mihi
Non apposuisse, ut liquido possim. M. intellego.
Noua nunc religio *re istaec incessit, cedo?
D. Moue ocyus te, ut quid agam porro intellegas.
Pro Iuppiter. M. quid? D. sponsae pater interuenit.
Repudio consilium, quod primum intenderam.
M. Nescio quid narres. D. ego quoque hinc ab dextera
Venire me adsimulabo, tu, ut subseruias
Orationi, utcunque opus sit uerbis, uide.
M. Ego quid agas, nihil intellego sed si quid est,
Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides,
Manebo: ne quod uostrum remorer commodum.

DONA. Verbenae

SVME uerbenas tibi. Verbenae, quasi herbenae, rediminicula sunt ararum. Tibi. τὸ tibi, quasi gestum quendā & motum stomachātis habet: ut alibi, Quid uis tibi? Ex tibi sume, dixit, & non, tibi substerne. Ex ara sume uerbenas. Verbenae, sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas: uel omnes herbae frondesque ex aliquo loco puro decerptae. Verbenae autē dictae quasi herbenae sic Menander *

Tute

Quamobrē id tute non facis?) Tute tunc dicitur, cum pronomen ad eam reuocatur personam a qua sumitur: ut uerbi gratia, cum dicimus. Tu leget: ille nobis respondeat, Cur tute non legis? Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi.) Sic locutus est, ut explicari atque intelligi nō possit. aut enim deest ius, ut sit iurandum pro iusiurandū, aut (ut uulgo dicitur) iuramentū. Et opus est illam rem: nō opus est illa re.

Opus illā rem

Ligdo

Veliquido possim.) Liquido, pure, & manifeste. Nam quae sunt pura & defecata, liquida sunt. Noua nunc religio.) Bene iusiurandum metuere seruum nostri simile est. Noua religio. In seruo, & subita. Noua nunc religio. Seruum nolle mentiri, noua religio. In seruo, & subita. Noua nunc religio. Seruum nolle mentiri noua religio est

Cedo

Porro

Cedo.) Porrigentis est manū. Porro intel.) Porro, mō aduerbiū est ordinis: alias, tpis. Sponsae pater interuenit. Mire non dixit Chremes: ne, cū dixisset, quis Chremes? rursus hic responderet, sponsae pater. & nō temere hoc facit poeta. nam promiserat se rediturum domum Chremes. Domum modo ibo: ut apparentur, dicam: atque huc renuntio.

Intendere

Quod primum intenderam.) Verbū a uenatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat Chremem & Simonem fallere, intēderam dixit. Vel a sagittis atque arcu.

Narrare

Nescio quid narres.) Bene narres. narrare enim aliena, & quae nobis non sunt necessaria, dicimus. Ego quoque.) Bene ait Quoque: quia & Chremes ueniebat. Tu ut subseruias.) Recte, ut subseruias, dixit. non enim tantum loquitur Mysis, quantum Dauus. Orationi, utcunque opus sit uerbis) Tuis uerbis orationi meae plura enim loquetur Dauus. inde orationi dixit illa subsequetur, ideo uerbis.

Videre

Remorari

Remora

Vide.) Cauta esto, intellige, specta, Aut tu plus ui.) Si sapis, ītelligis. Remorer cō.) Remorer, retardē, retineā. Remorar a remora pisce minutissimo, q naues retinet. nam Graece ἐχενηΐς uocatur.

GVI.

NE: idest utrum apponam eum humi: idest super terrā. Da. sume tibi (hoc tibi quasi motum quendam, & gestum stomachantis habet.) uerbenas: idest herbas & frondes: ex quibus haec ara coronatur. Verbenae enim sunt omnes herbae & frondes festae ad aras coronandas: uel sunt omnes herbae, frondesque ex aliquo loco puto decerptae dictae quasi herbenae. Sume ergo tibi uerbenas hic ex ara: quam ubi oñdo. quae est ara Apollinis. Nā Apollini comoedia dicata est: in cuius honorem aram constituebant comoediam celebrantes. Apollini ergo comoedia dicata ē: sicut Libero pfi tragoedia. atque substerne eas uerbenas. i. suppone eas puero & apta sub eo. My. Quamobrem. i. quare tu te ipse. i. tu met. & est tautologia. nō facis. i. non apponis ante ianuam tute: idest tumet. tunc dicitur cum pronomē reflectitur ad eam personam: a qua sumitur. ut uerbi gratia: cum dicimus

Verbenae

Tautologia

tu leget: & ille nobis rideat: cur tute non legis. Da. quia si forte sit mihi opus iusiurandum. i. si mihi sit opus iurare: ad. erga herum. s. Simonem. ubi iusiurandum potest esse nominatiuus, uel accusatiuus. dr̄ eni haec res est mihi opus uel est mihi opus hanc rem. item est mihi huius rei opus. sed frequētius & magis oratorie dicitur: est mihi opus hac re. Ci. etiam in eplis ait: Dux nobis & auctor opus: & reliq̄ duo magis sunt poetarum, aut historicorum ut possim iurare supple liquido aduerbium. i. pure & manifeste (nam q̄ sunt pura & defecata liquida sunt) me non apposuisse poerū ad ianuam. My. intelligo. i. capio. cedo. i. dic: & est porrigētis manum: unde istaec noua religio. idest subitus, & insolitus metus Dei & reuerentia: ut timeas mentiri & pelerare: incessit in te: idest ingruit: inuasit: insedit. ab insido. in pectus tuum. Da. moue te ocius: idest uelociter. ut porro: idest deinde: aduerbium ordinis. alias temporis ītelligas quid agam: idest agere suscipiam. Deinde Da. subito aspiciens Chreme. uenientem exclamat: Proh Iupiter: exclamatio est comica indignationem pariter ac dolorem ostendens: ubi Iupiter potest esse nominatiui casus quasi o Iupiter fer mihi opem. My. quid est? Da. pater sponse: scilicet Philomenae promissae Pāphi. interuenit: idest intercidit. repudio: idest recuso: reicio consilium. idest propositum: quod prius intenderam: idest tanq̄ rete: quod tetenderam ad decipiendos Chremetem, & Simonem. tractum enim est uel a sagittis, uel ab arcu. My. nescio quid narres: idest recites: loquaris. Narrare enī aliena, quae nobis non sunt necessaria dicimus. Dauus quoque: idest etiam: ego assimulabo: idest fingam me uenire hinc idest ex hoc loco: a dextera parte: scilicet tu Mysis uide. i. animaduerte: esto cauta: intellige: specta: ut subinseruias: idest latenter & caute faues: obsequaris orationi meae: quoniam oratione utar: tu solis uerbis. sum enim diutius locuturus, quam tu: ideo dixit utcunque: idest qualitercunque. opus sit uerbis tuis: scilicet. My. ego nihil intelligo quid agas: idest quid agendum proponas. sed si quid est quod: idest in quo sit opus opera mea: idest labore, & industria uobis. aut si tu plus uides: idest si plus intelligis & sapis quam ego. manebo: idest hic permanebo: ut uobis morem geram. ne quid: idest non in aliquo remorer: idest retardem: retineam. uestrum commodum esset: & ideo propositū suum de nuptiis non dimitteret. ueniente Chremete mutat consilium de Simone: & exponitur in uiam puer ante oculos Chremetis: ut eum decipiat: quia toties mutabat consilium

Opus hęc res: hanc rē hui9 rei & hac re

SER.

QVA Mobrem id: idest deferre puerum ante ianuam cedo: idest concedo deferam puerum. proh Iupiter: exclamatio exultantis: disposuerat enim Dauus q puerum apponeret ante ianuam Simonis ad eum perterrendum: ut a nuptiis cessaret: sed quia Chremes magis idoneus erat qui uiso puero a nuptiis retraheretur, q̄ Simo, qui hoc idem a Dauo iam audierat: qood puer ita ponendus esset. & ideo propositum suom de nuptiis non dimitteret ueniente Chre. mutat consilium de Simone: & exponitur in uia puer ante oculos Chreme. ut eum decipiat. nescio quid quia toties mutabat consilium.

DONA.

REuertor.) Adest nunc ipse Chremes, cuius cāusa scena fraudibus instructa est, ne pmissas cōpleat nuptias. ⁋ Vt iubeam accersi.) Recte iubeam: quia summa potestas nuptiarum in patre puellæ est. ⁋ Sed quid hoc?) Non interrogantis: sed mirantis & non intelligentis est. & apparet eū non oculis prius q̃ corporis offesu puerum sensisse latentem. ⁋ Puer Hercle est.) Ornatiua particula ē Hercle. ⁋ Mulier.) Magis, quam Mysis. ⁋ Vbi illic est?) Dauum quęrit, q nunc abscessit, ut & ipse de foro uenire uideatur. ⁋ Non mihi respondes?) Bene, non respondes: Se enim memor est uetitam quicquā dicere, nisi subseruiat orationi Daui. ⁋ Reliquit me homo.) Mire hominem, non Dauum dixit: ut etiam si audiat Chremes, incertam psonā hois audiat, nō Dauum. ⁋ Du uestram fidem.) Aduerbium admirantis cum exclamatiōe. ⁋ Quid turbæ est apud forum? Hęc uerba sunt uenientis de foro. ⁋ Quid illic hoium litigant.) Legit & litigat. ⁋ Tū annona cara est.) Cōminiscētis est potius, q̃ alicui referentis. ⁋ Quidnam aliud dicam?) Hoc ad spectatores. ⁋ Cur tu obsecro hic me solam.) ἀποσιώπησις tertia ⁋ Fabula.) Fabulā se dicit audire, qui rei principium rationemq; ignorat. ⁋ Eho.) Eho interiectio est, uel principiū animaduersionem in se poscentis, aut repente cernentis. ⁋ Hic neminem uideo.) Callide affirmat non sibi uisum Chremem, cum & præuiderit uenientem, & præsentem uideat. ⁋ Miror unde sit.) Miror ueteres cum Vnde, pro nescio ponebant. nam admiratio ab ignorantia descendit. Plautus, Nequis miretur qui sim, paucis eloquar. ⁋ Au) interiectio cōsternatæ mulieris. ⁋ Cōcede ad dexteram.) Et bene dexteram. sinistra enim uenit Chremes: & nō uult proximum ei Chremetem, sed iuxta. supra enim dixit, Ego quoque hinc ab dextera uenire me adsimulabo. ⁋ Delitas nō tute ipse?) Deest, eum mihi dedisti. Sed & supra, & nunc interturbat Dauus ne mulier totum dicat. ⁋ Non tute ipse? Submissa uoce. ⁋ Verbum si mihi unum.) Accōmodate cōminatur Dauus pene. n. Mysis uniuersa narrabat. ⁋ Præterquā qd te rogo.) Hoc & sensim, & ut senex sentiat, pnuntiari pōt. ⁋ Faxis caue.) Gestu cōminantis est: & uultu ut suspēderet cōminationem, deinde inferret gestum. Ordo, Caue faxis.

Mitor unde Au

ACTVS QVARTI SCENA QVINTA

Iambici trimetri.

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

REVERTOR, postq̃ quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, ut iubeā accersi. sed quid hoc?
Puer Hercle est. mulier tu ne apposuisti hūc? M. ubi
illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquā est. uæ mi-
seræ mihi,

Iambicus tetrameter.

Reliquit homo me, atq; abiit. D. dii uostram fidem,
Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum * litigant?

al. litigat.

Trochaicus catalecticus.

Tū annona cara est. qd dicā aliud, nescio. *Rursus trimetri Iābici*

M. Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ hæc est fabula?
Eho Mysis, puer hic unde est? quisue huc attulit?
M. Satin sanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogem,
Qui hic neminem alium * uideo? C. miror unde sit. *al. uideam*
D. Dicturan' quod rogo? M. Au. D. concede ad dexteram.
M. Delitas, non tute ipse? D. uerbum si mihi unum.
Vnum, præterq̃ quod te rogo, faxis, caue.

nusq̃. i. in nullo loco est hic. uæ mihi miserę, q. d. maledictio ualde me inuasit. hō reliqt me sic solā: atq; abiit. i. discessit. Da. Du uestrā fidē. i. imploro uestrum auxiliū. est aūt aduerbiū admirantis cū exclamatione: ut supius dictū est. qd turbæ. i. turbationis: pp̃ter uaria hominū litigia est apud forū: circum. s. quot hoies. q. d. multi litigant. i. agunt cās in se inuicem. Tum. i. deinde. Annona: idest res cibaria. non enī solum annona dicitur de frumentis: sed & de carnibus salitis: & aliis huiusmodi rebus. Cice. de diuinatōe putaret annonā in macello carorem fore. Annona ergo ē cara: nescio quid aliud dicam. My. obsecro. i. quęso. & p sacra rogo te cur tute. i. tumet, reliquisti supple me solā hic. Dauus. hem: interiectio dolentis, & indignantis quæ est hæc fabula: idest quæ sunt hę nugę: quasi principium rationemq; ignoret. Eho: interiectio: aut animaduersationem poscētis: aut repente cernentis: o Mysis: unde hic puer est: qsue attulit eum huc. My. satin: idest satis ne sanus es: quasi dicat. tu es benefatuus, & insanus: qui rogites: idest interroges me id. quoniam rogo duos regit accusatiuos. Dauus igitur quem ego rogem: idest interrogare possim: qui neminem alium uideam hic. Chre. miror: idest nescio: unde sit. miror ueteres cum unde pro nescio ponebant. nam admiratio ab ignorantia descendit. Da. dicturan: idest dictura ne es id quod rogo: idest peto. My. hau. interiectio consternatæ mulieris. Da. concede: idest confer te. ueni ad dexteram. My. deliras. i. deuias: desipis: insanis: non es mentis compos. non quasi dicat ita tute: idest tumet dedisti: scilicet mihi puerum hunc: sed tacuit illud per aposiopesim tertiam propter. s. interruptionem factam a Dauo ne mulier prodat eum. Da. caue si faxis. i. facias mihi unum uerbum: præterq̃. i. nisi illud quod rogo te.

Annona

Eho re pēte ce nentis

Mitor unde

SER.

REuertor. Inducitur in hac scæna conuenienter Chremes: ut: scilicet uidens puerum in uia positum: ut dictum est: ab ascensu nuptiarum: omnino abducatur facta collatione Daui cum Myside. Vbi illic est: idest Dauus hoc secum dicit: quasi hoc modo excommunicatus: & nequam ille ubi est: qui me impeditam dimisit. nusquam est Dauus, maledicatur ipse iterum secum. Cum eu ob. m. solam uolebat dicere deseruisti: sed ne Chremes hoc extremum persentiscat: Dauus præoccupat uerba obiiciens de subito. hem. sat insanus qui me. id. ro. hæc oratio potuit seruire & intellectui Chremetis: & uoluntati Mysidis. hoc apud Chremetem uerba sonabant. Non est opus ut quæras unde siet: qa satis certus es. Mysis uero hoc itelligebat an sanus es. qui quæris hoc cum tu idem apposuisses. Num tute ipse deliras. Si mihi dixeris præterea q̃ quæ te rogo hoc dicebat tacite: & increpando. Modo caue ut hæc faxis: idest facias. s. ut dicas mihi aliud q̃ quod rogo.

GVL

REuertor &c. Adest nūc ipse Chremes: cuius cā scæna fraudibus instructa est: ne pmissas compleat nuptias. Chre. Reuertor postq̃ paraui ea q̃ fuerunt opus ad nuptias gnatę Philomenæ: ut iubeā accersi. i. uocari: uel Pā. uel potius filiā sed qd hoc est: i. ipso puero hoc dicit. hercle: ornatiua est hæc particula quasi p Herculē iurātis est aduerbiū. puer est: mulier tu ne i. ut tū apposuisti hunc puerū? My. q̃rit Dauum: q discesserat: ut a foro uenire uideretur. ubi illic i. ille Dauus? Chre. nō rñdes mihi. My. hem dolētis & indignantis est interiectio:

¶ Maledicis

DONA.

M. Male dicis. D. unde est? dic clare. M. a uobis. D. ha he.
Mirũ uero, impudẽter mulier si facit meretrix.
C. Ab andria ẽ ancilla hæc, q̃tũ itelligo. D. Adeon' uidemur uobis esse idonei
In quibus sic illudatis? C. ueni in tempore.
D. Propeta adeo puerum tollere hinc ab ianua.
Mane, caue quoquam ex istoc excessis loco.
M. Di te eradicent, ita me miseram territas.
D. Tibi ego dico, an non? M. quid uis? D. at etiam rogas?
Cedo, cujum puerum hic apposuisti, dic mihi.
M. Tu nescis? D. mitte id quod scio, dic quod rogo.
M. Vestri. D. cuius uestri? M. Pamphili. D. hem, quid, Pãphili?

Iambicus scazon est tal est etiam. Senarius erit, si legas, Mirũ impudẽter mulier: si meretrix facit.

¶ MALE dicis.) Cũ contẽptu loqueris, cõuitiũ facis. Apparet ergo male dicis lentius esse dictũ, cum subiungit, Dic clare. ¶ Male dicis. Nõne male dicis pro cõminatione posuit, cũ p cõuitio soleat poni. Nisi forte, q̃a cõtumeliæ genus est cõminatio. Quidã putant esse unã personã. Dauus dictũ superius Mysidis nõ satis manifestũ Chremi, i maledictũ similitudinem detruãtis. ¶ Vnde est, dic clare Hic expressius dixit. ¶ A uobis.) Quia a uobis patrũ intelligebat, hic addidit morẽ meretricis: ut uel sic itelligat senex. ¶ Mirum uero.) Sæpe ad ἀ... refertur. ¶ Impudẽter mulier si facit.) Bono ordie locutus est. primo. n. causa impudẽtiæ natura ẽ: deide cõditio. ¶ Adeõ, uidemur uobis esse idonei. Idoneus est aptus ad oĩa, & bona, & mala. ¶ In qbus sic illuda.) Et illudo ite, septimo casu: & illudo te accusatiuo dicimus sed in primo superuacuũ est ut sit, qbus illudatis. ¶ Ab Andria est ancilla hæc.) Effecit qđ uolebat Dauus. nã itellexit Chremes ex qua sit Pã. natus puer. ¶ Adeon.) Adeone, an adeone ad eũ? ¶ Veni in tpe.) Cũ prouisus sit, interuenisse putat. ¶ Veni in tpe. Opportune. nos sine p̃positione dicimus, tpe & tẽpori. ¶ Propera aden puerũ tollere.) Hic uersus clare dicit: sequens, ne senex audiat, presse. ¶ Caue quoquã ex isto excessis loco.) Necessario Dauus retinet Mysidem. nõdum n. oĩa audiuit Chremes, nondũ cõperit: uñ sit mulier, & puer de quo susceptus sit. Excessis, pro excedas: ut faxis pro facias. ¶ An ẽt rogas?) Rursum iurgium repetit, & turbulentam orationẽ. ¶ Cedo.) Cedo idẽ significat qđ dic, & da mihi. Ergo repetitionẽ significat, non supuacuã orationẽ. & est dictũ cũ quadã fiducia, & cõtẽptu eius cũ quo sermo est, interrogãtis aliqd. ¶ Mitte id qđ scio.) Hoc lentius, & summisse. ¶ Hem, qd Pamphili?) Apparet mulierem Vestri & Pamphili lentius pnũciasse, q̃ Dauus uellet: & iõ nũc repetisse nomen nostri, & Pãphili. ¶ Hem, quid Pãphili? Duas res operat Dauus simul, & ut ignarissimũ se offendat, & ut Pãphilus nominetur. Et argute repetit nomen Pamphili: quasi per indignationem, ut soceri auribus adolescentis nomen inculcet. metuit enim, ne non audiat uelut senex.

¶ My. Maledicis. i. minaris. posuit. n. hic p cõminatiõe, quã uis pro cõuitio soleat poni: nisi forte: q̃a cõtumeliæ genus est cõminatio. põt ẽt dici maledicis. i. cũ contẽptu loqueris, & cõuitiũ facis: sed superior sñia melior est. Da. dic clare. i. aperte: deposita oĩ simulatiõe: unde est hic puer. My. a uobis est. s. q̃a. s. ab hero Pã. est: iõ dixit eũ ẽt esse serui dñõ suo fauentis in amore. Da. ha ha. hæ interiectiones ridentis ob irrisionẽ. mirũ uero est: bono ordine locutus est. primo enĩ cũ impudentiæ natura est: deinde cõditio. minime ergo mirum ẽ, si mulier meretrix facit impudẽter. i. inuerecũde posito oĩ pudore cũ frontẽ defricuerit. Chr. hæc ancilla est ab Andria. i. hæc ancilla est Andriæ. i. Glycerii: q̃ ex Andro insula uenit: hoc ẽ ipsi fauet Andriç q̃tũ intelligo. Da. adeon: idest adeo ne. i. utrũ tñ uel ualde uidemur uobis idonei. i. apti. idoneus enim dr̃ aptus & ad bona & mala in qbus illudatis. i. in qbus uestras faciatis illusiões, & irrisiones. Dicimus enim illudo tibi cũ datiuo: ut Vir. Certãtẽq; illudere capto. itẽ illudo te cũ actõ. ut Verbis uirtutẽ illude supbis. itẽ illudo in te ut in hoc loco: simile ẽ insulto: ut testat Ser. in. ii. Aenei. Chre. Chremes apud se dicit. Veni in tpe. i. ueni opportune: tẽpestiue: auspicato: mature. Dicimus ẽt ueni tpe sine p̃positione: & ueni tpi in datiuo. Da. adeo. i. ualde propera. i. festina, tollere. i. asportare auferre puerũ hinc ab ianua. Deinde eã retinens sumit sẽ et dicit mane. caue excessis. i. excedas. ut faxis p facias. & dr̃ caue excedas. & caue ne excedas pro eodẽ. caue ergo excessis. i. exeas aliquo. i. in aliquẽ locũ ex istoc loco: in quo tu es q̃qd tibi dicam. My. Di eradicent: q̃si extirpent: euellant e terra: te abducãt: & de medio tollant te Dauũ: siue ẽt excrucient. ita territas. i. frequẽter terres. me miserã. i. in miseriis uersantẽ: afflictã: & anxiam. Da. q̃a Dauus sublata uoce dixerat illi prius propera tollere puerũ: deinde summisse dixerat mane nunc. iterum sublata uoce alloq̃tur eam q̃si facere cõtẽnat: qđ iussa sit dicens: Dico tibi an. nõ ut tollas puerũ: uel ut dicas cuius sit. My. qd uis. Da. at ẽt rogas: rursum iurgiũ repetit, & turbulentã orõnẽ. Cedo. i. dic. cuiũ. i. cuius. atque (sicut Dic mihi Da. cu. pe.) apposuisti hic. i. in ianua puerũ. dic mihi: facit repetitionem nõ sine uehemẽtia. Cedo. n. & dic mihi idẽ signãt: sed instat ut r̃ndeat. My. tu nescis: uultuose proferendũ est p ironiã. Da. Dauus lentius & summisse dicit ei omitte: p̃termitte qđ scio: & dic qđ rogo. My. apposui inq̃ puerũ uestri: intelligit (si Prisciano credimus interp̃tanti hunc locũ) dñi, uel herilis filii. q. d. puerũ uestri dñi: uel herilis filii. ut sit gtĩs possessiui, & nõ primitiui. Quod si Mysis locuta sit ut prius dixerat a nobis est: uelitq; dicere eorũ esse. s. Pam. & Dauiq; ei fauet ĩ amore: & sui est particeps consilii: procul dubio uestrũ in casu accusandi esset dicẽdũ: ut Valla cõprobat. longe lateq;. interrogãti. n. cuiũ puerũ apposuerim alicui: nõ ne r̃ndere debeo urm: p̃fecto ita: si usum sectari uelimus. Sed fortassis dicet aliqs uestri pluratiui esse numeri gti casus a primitiuo ego. Id dio posset sectãdo uetustatẽ q̃nquidẽ constat multos uetustos sic esse locutos: ut refert Gellius li. xix. ex sñia Apollinaris uiri probatissimi. Verũ eo. in loco Laurẽtius Gelliũ corripe nõ dubitauit: cui si assentiamus hic potius seq̃remur Prisciani sñiam p̃sertim: cũ uti Laurẽtius ait urũ ab ego: semp pas siue capiat: nõ aũt actiue, nec possessiue: hic aũt designatur aut possessio: aut actio: cũ interrogeẽ p interrogatiuũ possessiõis. s. cuiũ. & ẽt cũ hoc uerbo oñdat pater pueri: q̃a nullo passiuus in gñatione diceret. at tñ si qs uelit seq Gelliũ nõ carebit auctoritate: & insup comica uetustate defendetur. Sed de hoc satis supq;. Da. cuius urĩ: q̃a nimis summisse ancilla dixerat urũ: iõ Dauus repetit: ut plene audiret a Chre. & ẽt ut Mysis amplius exponat, & cõfirmet. My. Pã. s. puerũ apposui. ex hoc multũ Prisciani sñia cõprobatur: q dixit urĩ filii, uel herilis dñi: cũ Mysis subdat Pã. Nã de uno loquens nõ dixisset urĩ in plurali: nisi eo mõ intelligeret: quo dem est: uidelicet p urĩ cõprehẽderet dñm, & sẽt uũ fautorẽ: & cũ diceret Pã. solũ intelligeret auctorẽ. Da hẽ. interiectio indignationẽ oñdens. qđ? modus interrogãdi. q. d. qd dicis. Pã. cũ exclamatione pnunciãdũ est. & hoc facit Dauus: ut melius Chremes apphendat puerũ esse ex Pam.

SER. ¶ MALE dicis: q mihi minaris: mirũ uero si mulier imprudẽtem: & est ac si dicat nõ est mirũ: ab Andria. i. Gly. de familia eius est: illa uoluit discedere: iõ Dauus dicit tacite illi malũ ne te moueas: at ẽt nõ solũ nõ respondes: at ẽt rogata nescis ambigue dictũ: ut supius ad aiaduertendũ. i. uel discendum. Canthara proprium nomen ancillæ despoliatę ecce testes: affuisses dicit: ut magis credat Chremes.

Vero

In tpe Tẽpore

Illude tibi

Cedo & dic

M. †Eho, an nō ē? C. recte ego semp fugi has nuptias. *Eho ē extra uersum aut annectitur priori*
D. O facinus animaduertendum. M. qd clamitas?
D. Quem ne ego heri uidi ad nos adferri uesperi?
M. O hominem audacem. D. uerum uidi Cantharam
Suffarcinatam. M. Dis pol habeo gratias
Cu in pariundo aliquot * adfuerunt liberæ. *adfuerūt trisyllabum ē*
D. Næ illa illum haud nouit cuius caussa hæc incipit.
Chremes, si positum puerum ante ædes uiderit,
Suā gnatā nō dabit. tāto Hercle * magis dabit. *in magis eliditur s*
C. Non Hercle faciet. D. nunc adeo, ut tu sis sciens:
Ni puerum tollis, iam hunc ego in mediam uiam
Prouoluam teq; ibidem peruoluam in luto.
M. Tu pol homo non es sobrius. D. fallacia
Alia aliam trudit. iam susurrari audio,
Ciuem Atticam esse hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam uxorem ducet. M. eho obsecro, an non ciuis est?
C. Iocularium in malum insciens pene incidi.
D. * Quis hic loqtur? o Chreme, p tps aduenis. *In Q sis eliditur s*
Auscultα. C. Audiui iam omnia. D. ah, ne tu omnia?

DONA. ❡RECTE ego has.) Et hic efficit qd' uolunt Dauus, ut Pāphili Chremes puerū esse cognoscat, & recuset generū. ❡ Has.) Idest hmōi. ❡ O facinus aīaduertēdū.) ἀποσιώπησις quarta. ❡ Quid clamitas?) Clamauit.n. Dauus, ut puer audiret Chre. ❡ Quem ne ego heri uidi ad uos adferri uesperi?) Vult negādo irritare mulierē ad cōfirmanda q̄ uult. ❡ O hoīem audacē.) Exclamatio Mysidis testimonū ueritatis est. ❡ Verū uidi Can. suffar.) Vide infirmū argumētū. prius uidi puerū afferri, dixit: post, nō puerum, sed Cantharā suffarcinatā, Canthara, nomen est anus. Et hoc dicit ut leuiter redarguat Mysidē, nō ut uincatur. hoc.n. uidisse se innuit, Cantharā suffarcinatam, nō puer portantē. ❡ Suffarcinatā. Propriū est anibus suffarcinatas eē, ut Persius. Pānucia Baucis. Et Plautus, Doliarem, claudam, crassam. ❡ Quod in pariundo aliquot affuerūt liberæ.) Indicium secuta confirmatio est, quam expressit Daui refutatio. supest ēt ut & cōcludat effectus doli, negāre Chreme se daturū filiā: qd' subinde efficit Dauus dolo. ❡ Aliquot liberæ. Nec paucæ, nec multæ ❡ Liberæ. Testimonia libera cōtra seruū Et hoc ppriū Terentii est: nā de Romano more hoc dixit ❡ Næ illa il.) Næ, ualde. Cæ. Ne illi uehemēter errāt. ❡ Chremes, si positū puerum.) ἐνυποκρίσει. Et est μίμησις. transit.n. a mixto ad imitatiuū charactere. ❡ Næ illa illū. Chremetē. s. Chre. si positū puerū. μίμησις, qū aliqua uerba sic pnūciamus, ut uana uideat. ❡ Nō hercle fa.) Bū eni de se tertiā psonā fecit, ut supra. At nūc faciet. ❡ Vt tu sis sci.) Eloquēter. sic eni ueteres p scias dixere. ❡ In me. uiā puo.) Bū, in mediā uiā: qa āū fores positus iacebat. ❡ Teq; ibidē puoluā in luto.) De pximo παρόμοιον repetit. Et qū noia sūt, παρονομασία qū uerba, παρόμοιον dr. ❡ Prouoluā, Idest, porro uoluā. & dolo qdē minatur qd' facturus nō est: nerū sedulo id agit, ut iā puer tollatur e medio simul eū seruar Chremetī: ut ipse recuset generū, nō ut a quoq; passus uideat iniuriā. ❡ Tu pol hō non es so.) Sobrius, est sanę mentis, quasi sebrius, hoc est ab ebrio separatus, secretus, sepatus ab iis q discernunt. ❡ Fallacia alia aliā trudit.) Prouerbiū cui subiacet, memorē mendacē esse oportet. ❡ Ciuē Atticā esse hāc.) Trāsit ad imitationē. ❡ Eho.) Interiectio est cōturbatæ mulieris. ❡ Iocularīū in malū.) Ecōtrario p graui & molesto, ac nimio. Iocularium igit κατὰ ἀντίφρασιν ❡ Quis hic loqtur? o Chreme. Principiū loquēdi Dauus Chremeti dat, pfecturus q ipse conatus ē. ❡ Per tps adue.) Idē est p tps, qd' in tpe. aut certe per tps, tēpestiue. ❡ O Chreme, p tps aduenis. Astute, q̄si eum nunc primū uiderit. ❡ An nec tu oia.) Aut nec p nō legit. aut ne tu omnia, ut ne producatur, & accipiatur pro non. ❡ Tu omnia. Audisti, subauditur.

Sis sciēs | Prouoluere | Sobrius | Per tps

GVIL. ❡MY. Eho: interiectio attētionē poscens: & aīaduersionē an nō. Pā. appositi puer, q. d ita. Chre. Chremes adhuc solus post Dauū loqtur. ego fugi recte semp has nuptias Da. o facinus. i. flagitiū aīaduertēdū i. puniēdū. & flagitatiōe. i. increpatiōe dignū & suppliciis cōpescēdū ac pūiēdum: & est aposiopesis. i. reticētia iteruētu. s. psonæ Mysidis: q̄ inceptū sermonē iterpellauit. My. Quid. i. cur clamitas. i. ita clamas O facinus &c. Da. Dauus uult irritare mulierē negādo eē esse Pā. ad cōfirmāda q̄ uult, quē. s. puer, ne. i. nōne uidi afferri ad uos heri uesperi: aduerbiū. i. sero. My. o hoiem audacē: exclamādo, Da. uer. i. sed. uidi Cytharā. i. illā anū: siue uetulā suffarcinatā. i. pānuciā. ut Persi. Pānucia Baucis. uel pānosam. Nā pānucius & pānosus dr: q crasso & uili pāno indut° ē. & ut ait Do. pprıū ē anib°. i. uetulis: suffarcinatas eē: q̄ sub ueste multa ferre solēt latētia: q cum resolutas sursū uestes: atq; succinctas hūt: eo qdē mō: ut nonnulla ferre possint: dnr suffarcinatæ. My. pol: iurātis aduerbium. hēo gras Dis. q. d. fateor me bñficio a Dis affectū: q aliquot liberæ mulieres: quar testimōio pluris ē aduersus seruū. affuerūt in patiūdo. i. cū pareret; siue ipso puerpii tpe: & aliquot dixit. q. d. nec multę, nec paucę. Da. Dauus cōuertēs sermonē ad spectatores de Myside in tertia persona loquitur. Næ. i. certe fm Vallam: & ualde fm Do. illa. s. Mysidis. haud, idest nō nouit illum, scilicet Chre. cuius. s. Chremetis cā incipit hoc. si Chre. uidet: t puer positū ante ędes nō dabit suā gnatā. deīde altera cōsideratiōe motus subdit: q̄si p Herculē tāto magis dabit gnatā. Chre. Chremes qm nōdū se putat a Dauo: pceptū esse apud se dicit de se in tertia psona. hercle dixit: qa Da. dixerat hercle: magis dabit Chre. inq: quē ita dicis facturū: nō faciet. i. nō dabit gnatā. Da. Nūc adeo. i. certe. ut tu sis sciēs. i. ut tu scias more uetusto, & eloqnter. nisi tollas. i. auferas hinc puerum. iā. i. nūc. ego puoluā. i. pnciā: quasi pedib° uoluendo, hinc. i. ex ianua in mediā uiā. & te puoluā: quasi porro uoluam te Mysidē. ibidē. i. in uia media. i luto. i. in cœno, & sordibus uiæ. My. pol tu hō nō es sobrius. i. sanæ mētis: nec in te mēsutā: & modū hēs q̄si sobrius. i. sepatus ab ebrio: ut secretus ab his: q̄ discernūt. Da. Alia fallacia. i. aliud mēdaciū: alia astutia & deceptio. trudit. i. ipellit aliā fallaciā. q. d. alia ex alia emergit fallacia. Est aūt puerbiū cui subiacet: memorē mēdacē eē oportere. iā audio susurrari. i. murmurari. & quasi in aure summissis uerbis: latēter dicit, hoc. s. qd' seqt: ubi susurrari passiuū ē. Nā susurro susurras dicimus: ut ille susurrat semp aliq. i. ille semp aliq̄ latēter dicit, & summisse loqt: inde susurrus susurri. i. murmur. inde susurro susurronis. i. murmurator nō audēs plane uerba efferre. audio ergo hoc qd' seqt susurrari. s. hāc Gly. eē ciuē atticā. i. athenięsem. Chre. Hē. indignātis interiectio. Da. Pā. ducet eā Gly. uxorē coactus. i. cōpulsus legib°. i. iure ciuili. My. Hau interiectio cōturbatę mulieris. obsecro te. i. q̄so: an nō ē ipsa ciuis attica. s. Chr. pene. i. fere. icidit. i. lapsus sum. isciēs. i. iprudens. in malū iocularīū. i. ad uerbū interptando ridiculū: ridendū: illudēdū. i. de quo posset fieri iocus, & irrisio. uel ut Dona. uult p antiphrasim dicat iocularīū. i. graue: molestū: ac nimiū. Da. Quis loqtur hic Deinde cōuersus Dauus dixit. O Chreme aduenis p tps. i. in tpe: & tempestiue: seu per opportune: quasi eū nūc primū uideret ausculta. Chre. Iam audiui oia. Da ah. interiectio dolentis & mirantis. ne. i. utrū audisti oia uel siue pducat: significat nō audisti oia.

Facinus | Aposiopesis | Sis sciēs | Prouoluam | Susurri | Susurro. nis | Hau interiectio turbantis | Iocularium

❡Næ illa: nę p ualde: cuius caussa. i. Chre. hęc ē snia uestra. Chremes si. po. & ē alia aliā trudit. i. succedit post aliam.

❡Audisti ne

DONA. AVDISTIN obsecro:hem.) Exultātis Dauus īfert, & inculcat frequenter repetēdo. Audistin obsecro:hem. Difficile credendo, affirmat se nō fuisse præsentē Chremetem: ut hac confirmatione nihil illum de se faciat suspicari. In cruciatū.) Nō in crucem, sed cruciatū. Hic ille ē. Cū ἐμφάσει, quasi uir magnus: sed hoc, Chremetē ostendēs, dicat cū εἰρωνείᾳ. Nō te credas Dauū ludere.) Virgi. Non Diomedis equos, nō currus cernis Achillis. Mi senex.) Bene senex: qa q̄si alienior ē, & ignotus Mysidi. Mi, suppalpatio muliebris. Ne me attingas.) Quædā ostēdunt apte in comœdiis: quædam ex aliis personis intelligunt. Si pol Gly. nō oīa hæc.) ἀποσιώπησις tertia, qp alienæ psonæ interuentu reticeatur. Fiunt aūt ἀποσιωπήσεις i. reticentiæ tribus modis: aut enim tacet per se ipsum & ad aliud trāsit: & est prima. aut tacet, nec ultra aliqd dicet: & est secunda: aut alterius interuentu psonæ silet: & est tertia. Nescis quid sit actum.) Nescis, plerunq; dicit ei, nō quem uolumus redarguere imperitiæ aut ignorātiæ, sed quem facere uolumus ut uelit libenter audire. Paulum interesse.) Nō ne, p multum. Et est τὸ κατ᾽ ἀντίφρασιν σχῆμα. Ex animo oīa, ut fert natura, facias. Figura ἐπεξήγησις. Nam qd est ex animo, nisi, ut fert natura? Et hæc sententia a Terētio ἐρωτηματικῶς prolata est: quā Mænāder ἀποφαντικῶς posuit. Ut fert natura. Hoc est, naturalis & ingenita actio. An de industria?) Id est scientia, & prouidētia. ea enim quæ discimus & scimus, operatione genita & industria quadam scimus. ut Virg. Et tui putre solum, nāq; hoc imitamur arando.

Apposiopeses tribus modis — Nescis — Ex aīo — Industria — Cecilius

C. Audiui inquam a principio. D. audistin' obsecro? hem

Scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Hic ille est nō te credas Dauom ludere.

M. Me miseram, nihil pol falsi dixi, mi senex.

C. Noui rē oēm. D. sed ē Simo intus? D. ē. Pētameter est nisi legas, intus ē. in fine.

M. Ne me attingas sceleste, si pol Gly. nō oīa hæc.

D. Eho inepta, nescis qd sit actū. M. * qd sciā? D. qui Trimetri

D. Hic socer est, alio pacto haud poterat fieri.

Vt sciret hæc, quæ uolumus. M. prædiceres.

D. Paulum interesse censes, ex animo omnia

Vt fert natura facias, an de industria?

Iāb. tetr.

strabi hinc: & deduci in cruciatū. i. suppliciū: ut de ea s. meritū sumat suppliciū. Hic ē ille Chremes, s. q. d. uir magnus: ubi ille hēt emphasim: q uidelicet sic se non debet illudi. & hoc dicit cū ironia. non credas te illudere. i. deridere Dauū: qū derides tm̄ senē. My. me miseram subpalpitatio mulieris. q. d. exclamando sum bene misera, O mi senex pol: iusiurādo dictum firmat: nihil dixi falsi. Chr. noui. i. scio oēm rem uti. s. est. sed Simo est intus. Da. ē intus. s. My. o sceleste: idest scelerate & sceleribus plene. Daue ne attingas me. i. noli me tāgere. si pol nō oīa hæc uis sup. me dicere Gly. aliqd tale. est aposiopesis. i. reticētia. Fiūt aūt tribus modis aposiopeses, siue reticētię. Aut. n. qs per seipsum tacet: & hoc duob⁹ modis: aut ad aliud trāsit, & sic est prima: aut nō ultra aliquid dicit, & sic est secunda: aut alienæ psonæ: interuentu reticet, sic uel est tertia. Da. Eho: hac interiectione mouet attentionē. tu inepta: stulta: incōsiderata: nescis qd sit actū. My. Quid sciam. i. scire possim. Da. hic Chremes ē socer. i. pater Philomenæ sponsæ Pam. nam cuius hēt: qs filiam socer est: haud alio pacto. i. non aliter poterat fieri: ut sciret hæc quæ uolumus. My. Hem interiectio dolentis. hunc pdiceres. i. prædicere debebas. Da. censes paululū interesse. i. parum referre an facias hæc oīa ex aīo. & idest (nā ephexegesis) ut natura: idest naturalis & ingenita actio fert. i. postulat, instigat. an facias de industria: idest consulto: dedita opera: de scientia: de prudentia.

Apposiopesis — Ineptus

te captum. i. in amore captiuum & irretitum. si nequeas te redimere sup. paululo. i. admodum paruo pretio. at redimas te quanti queas. i. quanto pretio te poteris redimere. & ne. i. ne afflictes: idest torqueas: excrucies: commoueas te. Ph. ne. i. utrum suades. i. consulis ita. Par. si sapis. i. si sapiens es, facies ne quod addas molestias præter eas sup. quas ipse amor habet. & recte feras eas molestias. quas habet. sed ecca. i. ecce hic ipsa calamitas. i. ipsa pernicies: ipsa tempestas. nostri fundi: idest nostræ possessionis. egreditur: idest exit foras: scilicet Thais: quæ est tanquam grando: quod calamos fundi concutit: unde sequitur pauperies coloni. Calamitatem enim proprie rustici grandinem dicunt: quod comminuat calamum hoc est culmen, ac segetem. Subdit deinde quare sit calamitas, nam hæc Thais intercipit: idest totum capit quod nos oportet capere: interdum etiam intercipere significat ut insidiis capere: ut latrones intercipiunt merces, quæ feruntur huc & illuc.

Viuus uidensque pereo: nec quid agam, scio.
P. Quid agas? nisi ut te redimas captum quam queas
Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas:
Et ne te afflictes. PH. Itane suades? P. si sapis,
Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, recte feras.
Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

DONA. CVIVVS uidensque pereo.) Mire, & noue, uiuus pereo: & propterea sic dixit, ut intelligamus occidor: & uiuus, quasi si sapiens & sentiens. Viuus, uidensque pereo. Bene addidit uidens. nam uiuus perit, qui etiam dormiens opprimitur: uidens autem, qui uigilans uim patitur & perit. Nam uidere pro uigilare posuit. ut etiam Virgi. cum de Sileno dicit. Iamque uidenti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Ergo uiuus, non mortuus: uidens, non dormiens. Captum) Sallust. Sin captus prauis cupidinibus. Quam queas minimo.) Perseuerauit in translatione quam iamdudum sumpsit a bello. Si sapis.) Id est si sapias, ad inferiora iungendum est: nam aliter non intelligitur. Nostri fundi calamitas.) Proprie calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est culmum ac segetem. Intercipit.) Proprie, quasi totum capit. Plautus in Aulularia, Quæ mihi iter bibere sola, si uino scateat, Corinthiensem fontem, & Pyrenæum potest.

GVI. PEREO. i. occido uiuus: non mortuus. & uidens: idest uigilans non dormiens. nescio quid agam: idest agere debeam. Par. quid agas: idest agere debeas nisi ut redimas te quam minimo pretio sup. queas: idest quanto minimo possis pretio

SER. AT: idest saltem quanti queas. utrumque enim dicimus. & emi decem denariis: & decem denariorum. quasi rem subdiuidens si sapis: si sapiens es: tu non addas alias molestias rixam faciendo. præterquam i. præter illas, quas habet in se amor naturaliter: ac si dicat satis molestiarum affert. non oportet per discordiam alias apponere præterquam quam est adiectio syllabica. etiam præter hoc quod non addes molestias amori: etiam illas, quas habet in se amor recte. i. patienter feras. calamitas. i. tum sumptio. nam quod nos &c.

ACTVS PRIMI SCENA SECVNDA.

THAIS MERETRIX, PHAEDRIA, PARMENO.

T. MISERAM me, uereor ne illud grauius
Phædria. *Iambici trimetri.*
Tulerit, ne ue aliorsum, atque ego feci, acceperit
Quod heri intromissus non est. PH. totus Parmeno
Tremo horreoque, postquam aspexi hanc. P. bono animo es.

DONA. MIseram me &c. ne ue aliorsum.) Aliorsum, in aliam partem: ut seorsum retrorsum dicitur. Quod heri intromissus non est.) Hæc leuius, ut de facto suo loquens, At Phædria, Exclusit, reuocat, inquit redeam: non si me obsecret. Tremo, horreoque.) Ex amore nimio. Nimius ignis, effectum frigoris reddit: ut ex frigore nimio effectus ignis existit: secundum illud quod physici aiunt. hinc & Virgil. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Tremo, horreoque, postquam aspexi hanc. Natura magni caloris etiam horrorem incutit, ut nimiæ febres. significat frigere. Iuue. Et tu causa horrenti non reddere seruo. Et Persi. Seis comitem horridulum trita donare lacerna. ex frigore autem efficimur tremuli, & horridi: & aliquando ex nimio calore. Nimius enim ignis effectum frigoris reddit: at ex frigore nimio effectus ignis existit: secundum illud quod physici aiunt: Natura enim magni caloris etiam horrorem incutit: ut nimiæ febres. quod autem ex frigore nimio effectus ignis, existat ex Virgiliano liquet dicto: Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Par. es: idest sis bono animo. i. habeas bonum animum.

Iuuena. Persi. Virgi.

GVI. MIseram &c. Hic Thais adducta ratione: quia excluserat Phædriam eum sibi reconciliat: & ut biduum rus abscedat suis blandimentis impetrat. Tha. me miseram: pro interiectione dolentis ab aliquibus rite capitur: ne intelligendo dico uel fateor me miseram & infelicem. uereor ne Phædria tulerit grauius: idest grauiter & moleste. ne ue: idest uel ut: idest quod acceperit: idest interpretatus fuerit, & conceperit. aliorsum: idest in aliam partem: atque: idest quam ego feci. uereor ergo ne tulerit, uel acceperit illud quod non intromissus est heri: idest admissus in domum, sed exclusus. Phæ. o Parmeno. tremo: idest tremulus sum. & horreo: idest horrore concutior. totus: idest per omnes partes. postquam aspexi hanc Thaidem præ amore nimio. Horrere interdum

SER. MIseram. Facta deliberatione Phædriæ & demolito animo eius ad reconciliationem: inducitur Thais orans Phæ. ut de exclusione ueniam donet: se excusans: & sic ad pacationem paratur: & hæc omnia idonea ualde sunt ad confirmandam concordiam: cum ex una parte Phædria sit paratus: ut iam audiuimus: ex altera Thais ueniam oret mediante Parmeno: ne quasi omnium conscio & mediatore: ut eius iudicio planius notetur utriusque personæ natura & proprietas. uenit ergo Thais secum conquerens de exclusione. Me mi. &c. grauius quam debeat ne ue aliorsum tulerit. s. ne putet me propter aliam causam fecisse. atque. i. quam. tremo amore: & tamen horreo eam, i. odio habeo eam. bono i. constanti sis animo ne sentiant te labare. & oportet te esse fortem. nam cum plus accesseris: plus & amabis. & incitaberis. hoc dicit.

DONA. ¶ ACCEDE ad ignem hunc.) Potius ignem meretricē accipimus, q̄ arā Apollinis: uel qa amator uritur, ut Virg. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas. Vel qa auida, & auara est: ut ignis, alimentorum. ¶ Iam calesces plus satis.) Noue, sed intelligitur Quam, id est plus æquo: ut alibi, Quam nequid in illū iratus plus satis faxit pater. ¶ Iā calesces plus satis.) Noue, sed intelligit, plus q̄ satis. Hoc qdam putant, at mihi de his uidetur esse quæ a ueteribus geminabantur: ut pleriq; omnes hoc est oēs: & pleraq; oia, id ē, omnia. sic & plus satis p satis. ¶ Quis hic loquitur?) Non imperite intelligunt qui existimant meretricem etiam hoc simulare, q nō prouiderit Phædriam. Nam & personæ, & dictis eius cæteris hoc conuenit: & tūc erunt gratiora oia quę supra dixit.

Plus satis

Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.
T. Quis hic loquitur? ehem tu hic eras mi Phædria?
*Quid hic stabas? cur nō recta introibas? P. cæterū
De exclusione uerbum nullū. T. quid taces?
PH. Sane quia uero hæ mihi patent semper fores.
Aut quia sum apud te primus. T. missa istæc face.
PH. Quid missa? o Thais Thais, utinā esset mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, ut
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet.
Aut ego *istuc abs te factum nihili penderē.
T. Ne crucia te obsecro anime mi, Phædria.
Non pol quo quēquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci sed ita erat res, faciundum fuit.
P. Credo, ut fit, misera præ amore exclusit hunc foras.
T. Sicine ais Parmeno? age, sed huc qua gratia

*In quid uis detur elidi d

*In istuc eliditur s

¶ Cur non recta introibas?) Quasi parum fuerit introibas: satis mire additū Recta. ¶ De exclusione uerbū nullū.) Plus admirationis est, nec accusationi, nec satisfactioni locū reliquisse meretricē, callide dissimulata iniuria. ¶ Quid taces?) Et hoc callide, q̄ si innocens ne suspicetur quidē qd succenseat adolescens. ¶ Sane qa uero semper &c.) Tolle sane, & uero & pronunciandi adiumēta, uultumq; dicentis: & in uerbis nō negatio sed cōfessio esse credatur. Nā uero, ironiæ cōuenit: ut Virg. Egregiam uero laudē, & spolia ampla refertis. ¶ Aut quia sum apud te primus.) Duo dixit quæ doleat: & qa clausæ fores, & qa posterior habetur, plato milite. ¶ Aut qa sum apud te primus. Subaudit, Nō recta introiui. ¶ Missa istæc face.) Alia dissimulatio, & durior post admonitionē. sed bñ intelligit, qui hoc a meretrice ridente molliter, & osculum porrigente dici accipit. ¶ Quid missa?) Magna uirtus poetæ est, nō sententias solū de cōsuetudine ac de medio tollere & ponere in cōmœdia: uerū et uerba quædam ex cōmuni sermone, quale est qd' ait nunc. Quid missa? ¶ Vtinam esset mihi pars æqua amoris tecū. ¶ Vel amandi, uel nō amandi .s. ¶ Ac pariter fieret.) Pariter, similiter. Sallu. Cui nisi pariter obuiam iretur. ¶ Vt aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet.) Si ambo amaremus. ¶ Anime mi.) Mi, uocatiuus est ab eo qd' est meus. Vide q̄ familiariter hoc idem repetit blandimētū. Vult. n. Terentius uelut peculiare uerbū hoc esse Thaidis, ideo totiens dictū est, Tunc hic eras mi Phædria? Ne crucia te obsecro aie mi Phædria. ¶ Ne crucia te. Hæc nisi amplectens adolescētē mulier dixerit, uidebiť Ne crucia sine affectu dicere. Sed sic, dicet Ne crucia te, co gestu, q̄si in eo etiā ipsa crucietur. nā ideo subiecit anime mi, hoc est animus meus. ¶ Nō pol quo quēquā plus amem.) Hoc totū nimis blande, & cū cōtractione adolescentis dicit meretrix. ¶ Faciundū fuit.) Legendū faciēdū, scribēdū. totū hoc semp necessitati adiungit. Virg. Aut pacē Troiano ab rege petendū. Et alibi, Arma acri faciēda uiro. ¶ Credo, ut fit misera præ amore exclusit hunc foras.) Oratione, ac facete additū, misera. Et cū illa a deriuatiōe cāæ argumentetur a Parmenone correpta est, uerisimile nō esse, ut quis quē amet, eundē possit excludere. ¶ Exclusisti hunc foras. [Greek] intulit intuens puellā, & ei oñdens Phędriam: ut oñdat q̄ falsa & repugnantia loquatur meretrix.

Pariter

Age

¶ Age.) Corripientis est mō age, nō hortantis aduerbiū.

GVI. ¶ ACCEDE: idest adueni ad hunc ignem s. Thaidem cuius amore te ut ignis adurit. iam .i. statim calesces .i. calidus fies. plus satis .i. ultra q̄ satis est. siue supra modum: & ponitur ibi satis tanquam pro uno ablatiuo: uelut si diceretur plus sufficiētia. quemadmodum dicimus plus æquo. Do. autem sentit plus satis esse capi hic pro satis: & ita plus absidare. Tha. quis loqtur hic. Habeo mi Phædria: est blādictiis uocatiuos. ne .i. utrum eras hic, q̄ si non ante eum percepisset simulatrix meretrix. qd .i. cur stabas .i. immotabaris hic cur nō introibas recta uia. elegātius autem supprimitur uia q̄ apponatur. Ci. ad Pætum: Recta n. a porta domum meā uenisse. It ē amicus urbē ingressus recta uenit domū meam .i. nusquam aliorsum diuertit, sed statim eodem uiæ tenore domum meam petiuit. Par. cæterum: idest sed: nullum uerbum: idest nullus sermo fit de exclusione ipsius Phædriæ. Tha. quid .i. cur tu Phædria taces .i. non loqueris. Phæd. sane. uere hoc totum per ironiam dictum est. uero enim particula sæpe ironice significat. ut Virg. Egregiam uero laudem &c. & quia hæ fores semper patent .i. appertæ sunt mihi. aut quia sum primus: idest præcipuus, & in maximo honore habitus & pretio apud te. Thais. missa .i. face: idest omitte. istæc quæ loqueris. Phæ. quid .i. cur missa faciam scilicet uel quid missa face dicis sup. o Thais. Thais: utinā æqua pars: idest æqualis portio amoris esset mihi tecum: idest utinam æqualis esset noster amor: ita q tm̄ te redamarem, quantum me. & rursus si me non amares: nec ego quoq; te. ac pariter: idest similiter, uel æqualiter fieret: idest efficeretur: ut aut hic quod scilicet exclusus sum. doleret tibi: idest te afficeret dolore. itidem: idem similiter. ut dolet mihi: idest quantum mihi est dolori: aut affert dolorem. aut nihili penderem .i. nihili facerem contemnere non curarem istud factum abs te: scilicet exclusionem mei. Tha. Phæ. anime mi, appositiue dictum: idest quem per amorem gesto in pectore meo: aut cuius animus meo iungitur per amorem: ita ut unus esse animus meo uideatur ut dicimus duos amicos esse animam unam in duobus uiuentem corpibus. obsecro: idest per sacra rogo. ne crucia te: idest noli te angere, & torquere tali dolore. Pol .i. per Pollucem. non feci id supple .i. non exclusi te eo, q plus amē: aut plus diligam quemq̄ .i. aliquē q̄ te sed res erat ita .i. negocium id postulabat. faciendum fuit: idest oportuit facere ad eam rem assequendam quę parabatur. Par. credo tu misera .i. afflicta amore eius. exclusisti hunc Phæ. foras præ amore .i. tanto eius amore fragrabas: ut eum excluseris ut fit .i. ut fieri solet. hoc autem per ironiam dictum est: quasi dicat non esse uerisimile. ut si qs quempiam amet: eundem possit excludere. Tha. o Pa. sicine .i. utrū sic ais? age: ibi nō est aduerbiū hortātis: sed potius corripientis. sed ausculta qua gr̄a .i. q̄ causa iussi .i. præcepi.

Cic. Catul. Saturato V. g. Prim. Itidem Penderē Anime mi

SER. ¶ ACCEDE &c. Cæterū .i. sed qd taces: qa nouerat Parmonē magis rigidum esse: ideo libentius uertit se ad Phædriam. sane Phæ. accepta occasione &c. fortitudine uerbis Parme. audacius rīdet sane: iō non iratus: qa uero .i. in ueritate &c. Non pol ego feci eo quo .i. q quenq̄ &c. aut diligā .i. præeligā. Sed hic uertit se ad Phædriam.

¶ Te accersi

Te accersi iussi, ausculta. PH. fiat. T. dic mihi
Hoc primum, potin' est hic tacere? P. egone? optume.
Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem.
Quæ uera audiui, taceo, & contineo optume.
Sin falsum, aut uanum, aut fictum est, continuo palam est.
Plenus rimarum sum: hac, atq; illac perfluo.
Proin taceri si uis, uera dicito.
T. SAMIA mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
P. Potest taceri hoc. T. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. P. ciuem ne? T. arbitror.
Certum non scimus: matris nomen, & patris
Dicebat ipsa: patriam, & signa cætera
Neq; sciebat, neq; per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, e prædonibus
Vnde emerat, se audisse abreptam e Sunio.

DONA. ¶ TE accersi iussi.) Hoc est quod supra ait, Non eam, ne nunc quidem, cum accersor ultro? ¶ Dic mihi.) Meretricia calliditate commendat quæ dictura est. ¶ Egone optime.) Bene, non expectauit seruus ut prius se dominus responderet Thaidi. ¶ Verum heus tu.) Astute seruus reponit Thaidi uicem. Nam illa ut magnum uoluit expectari quod dictura est, iste ut falsum cõtemnit. ¶ Meã astringo fidem.) Fidem promitto: quia uincula fidei dicuntur. ¶ Quę uera audiui, taceo. Mire uicem Parmeno reddidit meretrici. Nã ut seruum difficile est tacere commissa: ita meretricem rarũ ẽ uera dicere. ¶ Quæ uera audiui. Figura ὑποκρίσεως. ¶ Contineo optime.) Proprie a metaphora uasorum transtulit uerba. ¶ Sin falsum aut uanũ, aut fictũ est continuo palam est.) Falsum, est quo tegitur id quod factum est. Vanum, quod fieri non potest. Fictum, quod non est factum, & fieri potuit. ¶ Vel falsum, est fictum mendacium simile ueritati. Vanum, nec possibile, nec uerisimile. Fictum, totum sine uero, sed uerisimile. Falsum loqui, mendacis ẽ: Fictum, callidi: Vanum, stulti. Falsum loqui, culpæ est: Fictum, uirtutis: Vanũ, uecordię. Falsis decipimur: Fictis delectamur. Vana contemnimus. ¶ Plenus rimarum sum.) Vilis atque abiecta translatio, & apta apud meretricem loquenti. trãslata autem est ab aquario uase fictili. ¶ Hac atq; illac perfluo.) Contra Contineo optime. ¶ Proin taceri si uis, uera dicito.) Vtrum te taceri, an tuum dictum? an impersonaliter, & infinito modo? ¶ Samia mihi mater fuit.) Puduit dicere Thaidem, Meretrix mihi mater fuit. quod tamẽ significauit, dicendo aliũde ciuem alibi habitasse. Nam ideo meretrices, peregrinæ dictæ sunt in comoediis, ut in Andria, Adeone est demẽs? ex peregrina? ¶ Potest taceri hoc.) Idest uerisimile est. Nec hoc, ad laudem proficit, sed ad dedecus meretricis. ¶ Potest taceri hoc. Hoc, peregrinam nasci meretricem. & ideo potest uerum uideri. ¶ Puellã dono quidam.) Aetas, & sexus, amoris causa sunt cur eã Thais puellam diligat. ¶ Puellam dono quidam mercator dedit. Propter hoc ostendit meretricem fuisse matrem: & dono ideo accipere puellam potuisse. ¶ Ex attica hic abreptã.) Quia Athenis ẽ constituta scena. ¶ Arbitror.) Bene arbitror, & nihil certi. quando enim ausurus esset Parmeno adornare Chæream ad uitiandum hanc uirginem, si præsisset ciuem esse? ¶ Matris nomen & patris dicebat ipsa.) Quæ infantis memoriæ proxima sunt. Nam quid prius ætas illa, q̃ patrem matremq; cognoscit? ¶ Et signa cętera neq; sciebat.) Idest domum patris, regionemq; eius. ¶ Neq; per ætatem etiam poterat.) Hoc ideo addidit: ne esset minus elegans, quę nesciret. ¶ Hoc addebat.) Ad matris scilicet nomen & patris qd' puella dicebat. ¶ Vnde.) Idest, a quibus, ut Virg. Genus unde Latinum. Et causam dicere prius, unde petitum. ¶ E sunio.) Sunium, promontorium est Atheniensium: & in eo forum rerum uenalium, ἐμπόριον.

Adstringere fidem | Cõtinere | Falsum Vanum Fictum | Arbitrari

GVI. ¶ TE accersi.) uocari, est enim infinitiuus passiuus tertięq; inflexionis interdum autem est quartę: & tunc facit accersiri. Phę. fiat. i. auscultabo. Tha. at. i. sed. dic mihi primũ hoc quod sequitur. hic. s. Parmeno seruus tuus. potin. i. potis ne. hoc est: est ne potens tacere. Par. Ego ne: quasi dicat. dicis utrum ego possim tacere. deinde respondet optime, scilicet possum tacere. uerum: idest sed heus: aduerbium attentionem poscentis. astringo: idest promitto, siue obligo (nam uincula fidei dicuntur) astringo ergo tibi meam fidẽ: idest ueritatem constantiam: & fidelitatem: uel ęquitatem: uel potius astringo tibi fidem. i. sancte promitto tibi me taciturum: hac lege. i. hac conditione: hoc consilio quod sequitur: uidelicet taceo: idest secreta teneo. non euomens ea, quę audiui uera. & contineo: idest me cohibeo optime ne patefiant, quæ uera audiui: uel potius est translatum a metaphora uasorũ: quæ non perfluunt: sed liquorem impositũ continent: sic homo: qui non est elinguis, & secreta commissa non prodit continere dicitur. Sin: idest sed si. dictum tuum supple est falsum. aut uanum, aut fictum. cõtinuo. i. statim est palam: idest statim uulgatum est, & patefactum. Falsum est quo tegitur id quod factum est uanũ est quod fieri nõ potest. fictum dicitur quod non est factum, & fieri potuit. Vel falsum est fictum mendacium simile ueritati. Vanum: nec possibile ẽ, nec uerisimile. Fictum est totum sine uero uel uerisimile. Falsum loqui mendacis ẽ: fictum callidi: uanum stulti. Falsum loqui culpæ est: fictum uirtutis: uanum uerecundiæ. Falsis decipimur: fictis delectamur: uanis offendimur: siue obtundimur sum plenus rimarum: idest fissurarum. i. ex me non uera dicta effluunt: ut per rimas uasorum effluit liquor. Perfluo hac atq; illac, idest commissa mihi teuelo sine consideratione ulla committentis si uera non sint: & est translatio facta a uasis perfluentibus: idest per rimas liquorem emittentibus. Dicimus enim elegãter hoc uas perfluit: quod inepte dicitur uadit: scilicet proin. s. ea propter. si uis taceri. i. ut taceaẽ: impersonaliter legẽdo. uel per passiuum si uis dicta supple tua taceri: idest cælari: dicito uera. Tha. mater fuit mihi Samia: idest ex Samo insula. ea mater habitabat. i. commorabatur. Rhodi: aduerbialiter. i. in ea urbe remota a natali solo: per quod ostenditur eam fuisse meretricem. Par. hoc potest taceri, quia scilicet est uerisimile meretricẽ posse nasci ex peregrina, & quidem meretrice. Tha. tum: idest nunc quidem. mercator dedit dono matri meæ paruulam puellam. arreptam. i. ablatam hinc. i. ex Attica. idest ex ea regione Græciæ: quæ Attica nominatur: uel ex urbe Atheniensium. Phe. ne. i. utrum dedit ciuem Atticã. i. Atheniensem. Tha. arbitror non scimus certum ipsa dicebat nomen patris & matris. neq; i. nõ sciebat: neq; ẽt potuerat scire sup tum. i. tunc. per ætatem: idest ætate permittẽte patriã & cætera signa: ut domũ: regionẽ: & similia. Mercator qui eam dederat: addebat hoc se audisse e. i. a prædonibus. unde idest a quibus emerat eã. quid addebat ipsam puellam sup. fuisse abreptam. i. abductam per uim e Sunio. i. ex eo promontorio Atheniẽsium: in quo rerum uenalium emporium i. mercatus est. inflectitur aũt hoc Sunium Sunii secundæ inflexionis.

Hac & illac perfluere | Sunii Emporium

SER. ¶ TACERE. i. cælare nomẽ matris & patris: dicebat ipsa puella: patriam uero &c. Signa quibus cognosci posset neq; scit &c. Sunium est quædam uilla iuxta Athenas.

Mater ubi accepit, cœpit studiose omnia
Docere, & educare, ita ut si esset filia.
Sororem pleriq; esse credebant meam.
Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hospite,
Abii huc qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.
P. Vtrunq; hoc falsum est effluet. T. qui istuc? P. quia
Neq; tu uno eras contenta, neq; solus dedit
Nam hic quoq; bonam, magnamq; partem ad te attulit.
T. Ita est sed sine me peruenire quo uolo.
Interea miles, qui me amare occœperat,
In Cariam est profectus te interea loci.
Cognoui tute scis, post illa q̄ intumum
Habeam te & mea consilia ut tibi credam omnia.
PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id est?
T. Hoc agite amabo mater mea illic mortua est
Nuper eius frater aliquantum ad rem est auidior.
Is hanc ubi forma uidet honesta uirginem,
Et fidibus scire, pretium sperans, ilico

DONA. ¶ MATER ubi accepit.) Hæc figura, in narrationibus [Greek] dr̄, cum oīa pedetentim dicuntur insinuandi gratia, ut nunc, Matri mercator dono dedit. Mater ubi accepit. Et simul cōuenit mulieri loq̄ndi huiusce modi mora. ¶ Cœpit studiose oīa docere.) Mire, nam nō, docuit: sed, cepit docere. τοῦ μελλητικοῦ. Et uide q̄ satis muliebriter. ¶ Mater ubi accepit. Accepit, simpliciter, aut audiuit ingenuam: ut Capiedi & e a t Sed melius prius. ¶ Ita ut si esset filia.) Ergo uelut soror habēda est Thaidi: & ideo sequitur, Sororem pleriq; eē credebāt meā. Et oratorie cumulat dignitatem, & amorem puellæ: ut eius comparatione leniat iniuria facta Phædriæ. ¶ Ego cū illo, quo cum uno tūc rē hēbam eū hospite.) Totū dixit, & q̄ hospitem, & q̄ rem habebat. Et bene tunc, & non, nunc. Nam nunc, cum duobus. ¶ Quo cū uno tunc rem habebem. Id est consuetu dinem, amorem. ¶ Hospite. Id est attico. ¶ Abii huc.) Rhodo Athenas. s. ¶ Qui mihi reliquit hæc quæ habeo, oīa.) Hoc iō, ne tant fidē obsequii exigat Phædria. Ideo cōtra Parmeno. ¶ Vtrūq; hoc falsum est effluet.) Ipse exponit hoc utrūq; qd dicat. & contradicēdum est, qa p̄sens amator grauatur hoc dicto. ¶ Neq; tu uno eras contenta.) Quippe quæ admiseris militē. ¶ Neq; solus dedit.) Quippe qa nō omnia tua illius fuere mortui. ¶ Nam hic quoq;.) Δεικτικῶς. Non Phędria, sed Hic dixit, tangens illū, & quasi muto illo hoc exprobret. ¶ Bonam, magnāq; partem ad te attulit.) Hæc dicunt̄ [Greek] ut Abs te petere & poscere. An potius bonā specie, magnā quātitate? & nunc discretiue dictū est nam alias bonā, pro magna & multa accepimus. ¶ Ita est.) Non erat negādum quod dixit Parmeno meretrici satisfacere cupienti, & non tacenti culpam in consciētia esse. ¶ Te interea loci cognoui.) Oratorie priorē amatorē facit militē, q̄ Phędriā. Nā posterius dicit hūc cognitū per absentiā militis. Ergo cū militi Phædria riualis supductus sit: cōsequēs est ut miles quæri debuerit, non Phædria: & ꝓpterea nihil peccatū, si ordine seruato miles antepositus fuerit amatori postmodū cognito. & hoc sine puella, & munerū cā, multū ꝓ milite contra Phędriā ualet. Sed uide meretricē, qa rē dixit peruretē, quot & qualia blādimēta subiicit, dicēdo, Tute scis post illa, q̄ intimū habeam te, &c. ¶ Cognoui. Proprie cognoui. ¶ Tute scis post illa, &c.) [Greek] figura nā hoc ad narrationē nō ptinet. ¶ Et mea cōsilia tibi ut credā oīa. Ex p̄senti actu sumpsit argumētū, q̄ eū nūc tanq̄ consultorē adhibuerit. Et bn̄, Credā, s̄m illud, Potin' est hic tacere? ¶ Ne hoc qdē.) Idest, hoc quoq; falsum ē. ¶ Dubiū ne id est?) Me nō taciturū. s. ¶ Hoc agite.) Pro aduerbio corripientis ē positū aut certe ꝓ adhortatione audiētiæ prębēdæ. Sic Plautus, Hoc agite sultis spectatores. Et cōuenit uelut nutu audiētiā significātis, & gestu hoc ipsum adiuuari. ¶ Hoc agite. Idest illud desinite, & hoc attēdite. ¶ Nuper.) Vt adhuc amor flagrare uideat̄, addidit nup. ¶ Aliquantulū ad rē est auidior.) Vultu accōmodato ad reprehensionē pronunciādū est. ¶ Ad rē auidior. Proprie auidior. Et rē, pecuniā mō dicit. ¶ Is ubi hāc for.) Ex aliena p̄sona uult ostēdere p̄ter affectū, quāti sibi æstimāda sit: & quāto munere miles Phædriæ meruerat anteponi. ¶ Et fidi. scire.) Vetusta [Greek]. ¶ Pretiū spe.) Deest magnū. ut, Et stabulo frenos audire sonātes. ¶ Producit, ac uē.) Prope. Nā p̄duci res uenales dr̄.

¶ VBI i. postq̄. mater mea accepit datā puellā. cœpit. i. incœpit docere eā oīa studiose. i. diligēter & affectuose. cœpit inq̄ educare. i. nutrire eā. ita. i. eo mō ut. i. sicut si esset filia. pleriq. i. multi credebant eam esse sororē meā. ego abii. i. discessi ex Rhodo huc Athenas cum illo hospite. i. peregrino: alienigena: qa attico. quo cū. i. cū quo uno. i. solo: tūc habebā rē. i. cōsuetudinē: amorē cōuersationē. qui hospes reliqt mihi p̄ testm̄ oīa hæc q̄ hēo. i. possideo. Par. hoc utrūq; dictū sup. est falsum. ꝓpterea effluet. i. reuelabit: neq; tacebit: sed a pectore nr̄o exibit. Tha. qd. i. cur istud dicis. s. eē falsum. Par. rogas. i. petis: trāsio: qa neq; tu eras contēta uno amatore: neq; solus ille hospes dedit tibi oīa q̄ habes. nā quoq;. i. ēt hic Phædria attulit tibi bonā partē tuoꝝ bonoꝝ q̄tū ad spēm & qualitatē. & magnā q̄tum ad quātitatē. interdum tn̄ bonus capit̄ ꝓ magnus uel multus. Tha. est ita ut dicis. s. Phædriam multis me affecisse donis. sed sine. i. patere: pmitte me puenire quo uolo. i. ad qd̄ narrādū tēdo. interea. i. dū hæc agunt̄. miles, q occeperat. i. incepat amare me. pfectus est in Cariā. i. in eam puinciam. interea loci. ponit̄ loci fori aptioris gr̄a dūtaxat: ut dici ēt solet: nusq̄ gentiū: nusq̄ locoꝝ: terraꝝ. sunt. n. hi geniti ui loci. locoꝝ: terraꝝ: gentium: adiectiōes nihil ad sensum facientes. cognoui te Phædriā. tute. s. tu met scis. post illa. i. omissis illis rebus. s. q̄ prior me cœpit amare: & alia id genus. uel post illa tpa. s. qbus in Cariā est pfectus. q̄. i. quātū. habeā te intimū. i. familiarē. ibi. n. intimus positiui naturā hēt: possetq; cōparari intimus itimior: ut p̄ximus p̄ximior. Phæ. ne qdem. i. nec ēt Parmeno tacebit hoc. Par. ah. ne. i. utrū est dubiū me ne taciturū hoc. q. d. non est dubitandū. Tha. amabo: interiectio blādientis comicis ualde familiaris. q. d. rogo uos per amorem agite hoc. i. illud desinite: & hoc attendite: qd̄ sum dictura. hoc. n. dictū corripientis ē: & ut audientia p̄beat̄, adhortantis. mater mea mortua est nuper. i. non multo tpe ante illic. i. Rhodi: uel in Caria. frater eius est aliquantulū auidior. i. nimis cupidus ad rē. i. ad pecuniā congerendam. ubi. i. postq̄ is uidit hāc uirginē forma honesta. i. habētē pulchritudinē honestā: & p̄se ferentē honestatē. & uidit eā scire fidibus. i. esse peritam fidiū pulsandoꝝ: hoc est citharaꝝ tangendaꝝ. fides aūt fidis dicitur genus citharę (ut Fest. inqt) sic dictę: q̄ inter se chordæ eius quātū inter hoīes fides cōcordet. Inde fidicula diminutiuū. i. parua cithara: aut chordula citharæ: sed in plurali fidiculæ larum significat tortoriū. ipse frater eius sperans p̄tium magnū. s. ex uenditione illius puellę. Illico. i. statim. p̄ducit: idest uænū eam, seu uænalē ꝓponit, ac uendit.

¶ ABII huc. i. Athenas. hospite dicit Thrasonē: q. d. q̄uo est istuc falsum post illa tempora. hoc agite. i. deridete &c. amabo uerbum pro interiectione. fidibus. i. cithara.

Effluet
Interea loci
Intimum
Amabo blanditiis
Fides fidis Festus Fidicula Fidiculae

Producit·uendit. forte fortuna adfuit
Hic meus amicus·emit, eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium.
Is uenit·postquam sensit me tecum quoq;
Rem habere, fingit caussas, ne det, sedulo·
Ait, si fidem habeat, se iri praepositum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne ubi acceperim,
Sese relinquam·uelle se illam mihi dare,
Verum id uereri. sed ego quantum suspicor,
Ad uirginem animum adiecit. PH. etiamne amplius?
T. Nihil·nam quaesiui. nunc ego eam mi Phaedria
Multae sunt caussae quamobrem cupio abducere.
Primum, q soror est dicta. praeterea ut suis
Restituam, ac reddam. sola sum·habeo hic neminem,
Neq; amicum, neq; cognatum·quamobrem Phaedria,
*Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.

Cupio superest in trimetro.

DONA. Producere. Forte fortuna.

¶PRODVCIT, ac uendit. Haec celeritas uendibilem indicat mercē. ¶ Forte fortuna.) Idest bona fortuna. ¶ Hic meus amicus.) Quia locus est mentoꝝ, nō iam miles, sed meus amicus. Vide enim quid sequatur, Emit, inquit, eam dono mihi, imprudens harum rerum. Hic ostēditur q̄ auidus id faceret, si rem penitus nosset. simul etiā ostenditur quāta secreta dicat Phaedriae: utpote q̄ riualis nesciat. ¶ Imprudēs harū rerum ignarusq; omnium.

Imprudens. Prudēs. Gnarus.

Prudentia, naturalis est: gnaritas, extrinsecus uenit. Imprudēs, per se. ignarus, per alios. Hoc est, q nec suspicatus sit, neq; ex aliquo audierit. ¶ Postquā me sensit tecū quoq; rem habere.) Nō dictū, sed quasi celatum. ¶ Sensit me tecum quoq; rem habere.) Magno pondere dixit, tecū quoq;: tanquā irascendi iusta magis sit eā militi, q̄ Phaedriae. Nam sensit, & Tecum, & Quoq;, hoc significat. ¶ Rem habere. Sic dixit, ut honeste res impura dicatur. ¶ Ne det, sedulo.) Sedulo, sine dolo, hoc est impense. ¶ Ait.) Semper Ait dicimus, cum uel inuisa nobis, & audientibus, uel uana dicta narramus alicuius. ¶ Si fidem hēat.) Hoc est, si faciā aliqua, unde credat se tibi praepom. ¶ Si fidem hēat. Si credere cogaꝶ, idest si credat Vnde fideiussor dr̄, hoc ē author credendi. ¶ Se iri praepositum tibi apud me.) αὐξησις (?) in uerbo Praepositū iri, ac necessaria implicatio in his quae dura dictu sunt. ¶ Sed ego, quātū suspicor.) Alta & acuta inuētio. Scit meretrix hoc solo amatores inimicos esse q idē diligunt. Magnifice igiꝶ, ut riualis odium deliniret, uult persuadere Phaedriae non se amari, sed uirginem. ¶ Ad uirginem animum adiecit.) Cur hoc inferat? ut uel laedendi militis causa, Phaedria patiatur eum, quā amet, & nolit uirginem dono dare. ¶ Etiā ne amplius?) Munde Terentius, ut solet, res hmōi per ἔλλειψιν suā. ¶ Nihil, nam quaesiui nūc ego eā.) Optime purgauit Teren. qd̄ mox liberalibus nuptiis fuerat obfuturū, si uitiatam uirginem duceret Chaerea. Necessario ergo defendiꝶ, tanq̄ quae honeste nuptura est. ¶ Quāobrem cupio abducere.) Etiam hoc uerbo gratificaꝶ Phaedriae. non .n. accipere, ut ab amico remunerante: sed abducere, ut abstulto & inexperto. ¶ Nunc ego eā mi Phaedria Multae sunt causae. Non indiligēter considerauerunt hāc meretricis orationem, qui illā instar cōtrouersiae retulerūt. Nam & principiū est, Me miserā, uereor ne illud grauius Phaedria tulerit. Et narratio, Samia mihi mater fuit. Et partitio cum cōfirmatiōe, ut nunc, Ego eā mi Phaedria, multae sunt causae quamobrē cupio abducere. primū q soror est dicta, &c. Reprehēsio quoq;, Egone id timeo. &, Egone non ex animo misera dico? Et conclusio per con questionē. ut, Quā ioco rem uoluisti a me tādē quod perfeceris? Ego impetrare nequeo hoc abs te biduū saltem ut cōcedas solum. ¶ Vt suis restituā, ac reddā.) Restituimur iis, quibus nos uolumus. Reddimur iis, qui nos uolunt. Ergo restituimus uolentes, Reddimus uolētē. Sed in hac utrūq; est. ¶ Sola sum habeo hic neminē.) Sola sum, ad familiaritatis refertur absentiam. Habeo hic neminem, ad alienoꝝ amicitiā. potest enim sola domi esse, habere tamē aliquem foris Et, habeo hic neminē, plus sonat q̄, neminē hic habeo. Et, sola sum: ab iis quos natura conciliat per se. Habeo neminem, eoꝝ qui uoluntate iūgunꝶ. ¶ Neq; amicū.) Bene hoc apud amatorē: q a aliud est amator, aliud amicus. Amator qui ad tempus: Amicus, qui perpetuo amat. An quia in patris potestate est Phaedria? ¶ Quamobrem Phaedria.) In necessariis interponi nomen licet audientis. ¶ Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. Hic ostēdit specialiter, cuiusmodi amicos quaerat, ne Phaedriam cōtēnere uideaꝶ. ¶ Parare amicos bn̄ficio meo. Quia paranꝶ & suo, sed minus diligunt. ¶ Id amabo adiu. me quo id fiat facilius.) παρέλκον. bis Id posuit. ¶ Adiuta me. Mira coactio. pro patere excludi, adiuta me dixit.

Rē hēre. Sedulo. Fidē habere. Fideiussor. Accipere. Abducere. Restituere. Reddere. Amator. Amicus.

GVI. ¶FORTE fortuna. i. bōa fortuna: seu casu quodā bono hic meus amicus. s. miles adfuit. idest praesens fuit: emit eam ipse imprudens harum reꝝ. i. ex se non intelligens has res. & ignarus omniū. i. nescius oium reꝝ: q a ab aliis nō admonitus dedit eā puellam in dono. iprudēs aliqs p se dr̄: q ex sua itelligētia nō cognoscit. ignarus p alios: hoc ē ab aliis nō admonit°. Is miles uenit Athenas postq̄ sensit quoq; i. ēt me hr̄e tecū rē. i. amorē cōsuetudinē. fingit. a. cōminiscit. adinuenit excogitat cās. i. occasiōes. ne. i. ut nō det puellā sedulo. i. ipēse: istāter: quasi sine dolo. Ait si hēat fidē. i. si credat se p̄positū iri: q p̄fereꝶ tibi apud me: ita q magis sit amādus a me. Ait dicimus sp̄ cū uel inuisa nobis aut audiētib° narramus: aut uana dicta alicuius recitamus. ac. i. &. ait inq̄ si nō metuat. i. timeat id qd̄ sequiꝶ. s. ne. i. ut. hoc est q. ubi. i. postq̄ accepetim puellā ab eo milite. Ait ergo se uelle dare illā puellā mihi uerꝝ. i. sed. ait inquā se uereri id. i. timere qd̄ dictū ē. sed q̄tū ego suspicor. i. opinor. adiecit aium ad uirginē. i. uirginem coepit amare: & ad eius amorē aium applicuit. Phae. ēt ne. i. utrū. āplius. i. nūꝝ ultra fecit q̄ aium adiecit. Tha. nihil fecit sup. amplius: nā q̄siui. i. inuestigaui. nūc o mi Phędria multę sunt cāe quāobrē. i. pp̄ q̄s cupio abducere. i. abstrahere eā ab eo milite. primū q. i. q a. dicta ē soror mea. p̄terea. i. insup ut restituā ppria uolūtate ducta: ac reddā parētibus uolētibus. restituimus. n. uolētes: reddimus uolētibus. sum sola. i. sine familiarib°: & sanguine iūctis: neminē hēo hic eoꝝ. s. quo uolūtate sua iungunꝶ. neminē ergo hēo: neq; amicum: neq; cognatū. explicat: qd̄ dixit sola sum. i. sine cognatis: & hēo neminē: q a sine amicis. Amator dr̄ qui ad tp̄s amat. Amicus q perpetuo quāobrē o mi Phae. cupio parare. i. acqrere aliquos amicos meo bn̄ficio. s. restitutione filię. amabo· blādiētis est pticula, ut dictū est. adiuta. i. adiuua: frequentatiuū p principali quo. i. ut id. s. paratio amicoꝝ fiat facilius.

Impru dens. Ignarus. Fingere. Sedulo. Ait. Restituere & reddere. Amicus & amator. Amabo blādiētis. Adiutare.

SER. ¶FORTE, & ita forte q fortuna. i. cū bono euētu imprudēs haꝝ rerū: q mater mea eam nutrisset uerū. sed dicebat uereri. i. ne plus te diligerem: ipsemet rogabat ut eum tibi praeferrem: sed ego quātū &c. ēt ne amplius scis nisi suspitionem. uellet enim Phaedria: ut Thraso illi puellae adhaesisset. nihil aliud ideo suspicor. nam quaesiui & denegaui ut suis parentibus restituam: quia ciuis attica est: cū huiusq; fuisset perdita: & reddam gratis.

Sine illum prioris partes hosce aliquot dies
Apud me habere. nihil respondes? PH pessuma.
Ego quidquam cum istis factis tibi respondeam?
P. Hei noster, laudo, tandem perdoluit. uir es.
PH. At ego nesciebam quorsum tu ires paruola
Hinc est abrepta. eduxit mater pro sua.
Soror est dicta. cupio abducere, ut reddam suis.
Nempe omnia hæc nunc uerba huc redeunt. denique
*Ego excludor. ille recipitur. qua gratia?
Nisi illū plus amas, q̄ me. & istā nūc times,
Quæ aduecta est, ne illū talem præripiat tibi.
T. *Egon' id timeo? PH. qd te ergo aliud solicitat? cedo
Num solus ille dona dat? nuncubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier?
Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam: relictis rebus omnibus,
Quæsiui? eunuchum porro dixti uelle te,
Quia solæ utuntur his reginæ, repperi.

*Ego prior syllaba perimet ad finē metri præcedentis. Idem hic

DONA. CSINE illum.) Blande, sine illum: tanq̄ in manu eius sit iniuriā non pati, & excludi militē. Non. n. dixit fer, aut patere: sed, sine. ₰ Prioris partes hosce aliquot dies.) Honeste circūloquitur, & oratorie, ne dicat, Abi foras, atq; excludi te patere. ₰ Nihil respondes?) Iam silētium accusat, qa scit nihil responsurum contrariū. Et satis blande, Nihil respondes dixit: tanq̄ q debeas amoris uicem. ₰ Ego qcq̄.) Facete exprimit illud, Amātium iræ, amoris redintegratio ē. ₰ Tādem perdoluit.) Nimis doluit, id est per sensit dolorem. Et tādem, quasi qui nimis patiens fuit. ₰ Tādē perdoluit, Vir es. Eleganter uariauit psonā secūdā, & tertiā ₰ Vir es.) Non puer: sed iā uir qui meretricem contemnis. ₰ Paruula hinc ē abrepta, eduxit mater pro sua.) Vide μίμησιν cū odio inductā, & deprauatam pnunciatiōe: ita ut & ὁμοιοτέλευτα non uitarent de industria. Paruula hinc est abrepta. eduxit mater pro sua. soror est dicta. ₰ Hæc nunc uerba.) Idest falsa dicta ₰ Huc redeūt.) Vt excludar ₰ Nisi illū plus amas, q̄ me.) Repudiatis caussis, quas illa attulerat, per deriuationem causæ. hic aliud dicit esse cur repellat. ₰ Et istā nunc times quæ aduecta est.) Adeo, inqt, amas militem, ut ēt inuideas si quā amauerit. ₰ Talē pripiat tibi.) ἐρωτικὸν stomachantis amatoris. ₰ Quid te ergo aliud solicitat?) Quid ē, inqt, si hoc nō est? ₰ Nū solus ille dona dat?) Iā quasi quæstiones tractantur. sed ille munus aduexit. Nuncubi meam benignitatem.) Possunt enim dona dari, sed exigua, aut minus liberaliter. & ideo mētionē benignitatis adiecit. ₰ Nūcubi meā benignitatē. Sed ille benignus est. Nūcubi nunqd alicubi. Aut si, nūc ubi, legimus: erit aduerbium tpis: ut sit ubi, quo in loco, qua in re. ₰ Nuncubi meā benignitatē.) Intelligit se & dona obtulisse, & id benigne sæpe fecisse. nam pleruq; ingrata dona sunt in qbus benignitas non apparet: quæ aut in quātitate rerū est, aut i facilitate pstantis. ₰ Claudier.) Claudi, aut claudicare. Sallust. Neq; enim ignorantia claudit res. &, Nihil socordia claudebat. ₰ Nōne mihi ubi dixisti cupere.) Plus dixit, ubi dixti cupere te: q̄ si diceret, fecisti ut emerem. plus est enim id præstitisse: quod qui acceperit, non ausus fuerit postulare. ₰ Cupere te. Vult rē non parui pretii, ex illius cupiditate & suo labore ppendi. ₰ Ex Aethiopia.) Nō Aethiopissam. sed honestius ex Aethiopia. ₰ Relictis rebus omnibus quæsiui.) Hæc iam oīa in beneficiis considerari solent. ₰ Quæsiui.) Vide quēadmodū exhibeat: atq; ærumnas sibi difficillimū munerū dicat impo suisse meretricem. Ex Aethiopia ancillulam, inquit, dixti te cupere. Quid ego feci in re cœli, & solis, ac pene orbis alterius? quæsiui non enim in promptu erat. Deinde, non petisti, sed dixisti. nec, uelle te: sed cupere non nigrā. sed ex Aethiopia. nec dedi. sed relictis rebus oībus q̄siui. Quid hic non exquisitum? quid non ita expressum, ut nihil addi possit? ₰ Porro.) Deinde, uel postea, uel multo post. ₰ Eunuchum porro uelle) Eunuchos a Persis institutos putant ex captiuis. A Babyloniis enim Hellanicus author ē id habuisse ₰ Eunuchum porro dixti uelle te. Vide quēadmodum ut maius faciat qd' præstitit, non semel imputat duo mācipia: sed primo puellā: deinde Eunuchū. Quia solæ utuntur his reginæ.) Illā, qa ex Aethiopia. hūc, qa solæ his reginæ utunt. Quid tale Thaidi riualis dedit? ₰ Reginæ. Idest diuites. sed ἐμφατικώτερον est. ₰ Quia solæ utunt his reginæ. Varie Eunuchū dixit, & intulit his. ut, Si quisq̄ est qui se placere studeat bonis q̄ plurimis, & minime multos lædere, in his poetæ hic nomē pfitet suū. ₰ Repperi.) Plus est q̄ emi. Et unde q̄ propriis, & āplissimis uerbis usus est. qa & ancillam ex Aethiopia, & Eunuchū quo solæ utunt reginæ: illā q̄sisit, & hunc reperit neutrū enim hoc facile positum erat. Quia solæ utuntur his reginæ. Nota, cū Eunuchum singulari inumero pposuerit, His subiungisse. sed His non ad Eunuchum retulit, sed ad delicias, aut quid tale. qa solæ utūtur hmōi delitiis seruitiisq; reginę. Et oratorie hic subdidit, qd in ancillula prætermisit. quia nulla Aethiopissa honesta dici potuit. Et reginas modo diuites dicit, ut in Phormione, Regem me esse oportuit.

GVI. CSINE. i. pmitte: a sino is. illū militē hre priores ptes. i. pferri tibi: ee potiorē apd' me p hosce aliquot dies. Nihil re. m. Phæ. es pessima. egon i. utrū ego rn̄deā qcq̄ cū istis i. cū tuis factis. & istis p cōtēptū dixit. Par. Hei nr̄ Phæ. laudo te s. uel dictū tuū. tādē pdoluit. i. dolorē sensit. Thais esnr. i. uirilis nō puer, q meretricē cōtēnis. Phæ. at ego nesciebam quorsū tu ires. i. quorsū tēdebas: dicēdo sup. hęc uerba puella ipsa abrepta. i. abducta est: & asportata. hinc. i. ex attica. paruula. i. cū eēt adhuc pua. mr̄ eduxit. i. educauit & extra pueritiā duxit p sua filia sup. i. tanq̄ suā filiā. dicta ē soror: cupio abducere eā: ut reddā suis parētib⁹. Nēpe. i. pfecto. hæc oīa uerba nūc redeūt huc. i. recidūt: spectāt: ptinent ad hoc ut cōcedā eis. Deniq;. i. tādem excludor. ille miles recipit. qua grā. i. qua cā. q. d. nulla alia nisi ut ames illū plus q̄ me & times nūc istā puellā, quæ aduecta ē ex Rhodo. ne præripiat. i. surripiat illū talē militē tibi. i. ne eius amore iplitat⁹ te amplius nō amet: q timor magnū ostēdit amorē. Tha. ne. i. utrū timeo id qd' dicis? Phæ. Ergo qd aliud solicitat. i. cōmouet solicitā & anxiā reddit. Cedo. i. dic. Nū. i. nunqd. ille miles dat solus. i. donat tibi. Nūcubi. i. nūqd alicubi. sensisti. i. pcepisti meā benignitatē. i. liberalitatē benigne exercitatam. Claudier. i. claudi. paragoge uel claudicare. i te. i. erga te. nonne ubi. i. postq̄. dixti. i. dixisti. te cupere. i. desiderare. ancillulā. i. puā ancillam ex Aethiopia. i. Aethiopissam. q̄siui. i. inuestigaui unā. oībus rebus relictis. i. omissis. porro. i. deinde uel postea, aut multo post. Dixti. i. dixisti te uelle eunuchū. Eunuchus, ut uult Tortellius, est qui uirilibus exectus est: qa solæ reginę. i. solę diuites. rex enim interdū p diuite capit. Iuue. saty. i. Optima syluarū interea: pelagiq; uorabit Rex hor.. Quia ergo solę reginę utunt his. i. huiusce modis eunuchis, uel his. i. hmōi delitiis, seruitiisq;. Repperi. i. dedi tantam operam ut unū inuenerim.

CQVORSVM iures ducendo paruulam &c. nunc ubi. i. nunquid alicubi meam benignitatē. i. largitatem.

CHeri

Perdoluit

Nūcubi

Benignitas

Redire huc

Solicitare

Benignitas

Porro

Eunuchus

Tortellius

SER-

Heri minas uiginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria.
Ob hæc facta abs te spernor. T. quid istuc Phædria?
Quāquam illam cupio abducere, atq; hac re arbitror
Id fieri posse maxume ueruntamen
Potius q̃ te inimicum habeam faciam ut iusseris.
PH. Vtinam istuc uerbum ex animo, ac uere diceres
Potius q̃ te inimicum habeam, si istuc crederem
Syncere dici, quiduis possem perpeti.
P. Labascit uictus uno uerbo q̃ cito.
T. Ego non ex animo misera dico? quam ioco
Rem uoluisti a me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltē ut cōcedas solū. PH. *si qdē biduū: *Si quidē corripit eū uideātur duæ dictiões, Ita Ouidius, Si quidē est uetura senectus.*

DONA. CHER I minas decem pro ambobus dedi.) Recentiora bñficia grauiora aduersum ingratos sunt. Ergo a tēpore in ducitur exprobratio. Pro ambobus dedi. Melius ambo rū pretium dixit, q̃ ut separatim diceret quātulo emerit an cillulam nigram: de qua mox dicetur, Hic sunt tres minæ. Nam cōstat Eunuchū solum emptum esse minis uiginti, ut ipse Parmeno cōfitebitur seni. Tamē cōtēptus abs te.) Et hoc sernatur in bñficiis. Nam maiora sunt, cessantibus meritis eorū qbus praestantur. Ob hec facta abs te spernor.) Sic Virg. Nos munera tēplis Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanē. Et, Vel quas tulit. Cum interrogatione, aut cū increpatione proferri potest. Ob hæc facta abs te spernor. Hic duplex est pnuntiatio: uel per inuidiosam prolationē, uel per interrogationē. Et melius hoc modo, q̃ interrogatiue profertur hic enim est multo grauior illo. Quid istic?) Hoc aduerbium consentire incipientis est. & est ἔκλειψις de est enim remoramur, aut quid tale. Cupio abducere.) Abducere dixit, tanquā ab stulto: nec per uerum meritum, sed per fraudem. Cicero per uim, atq; dolum abducta ab Rhodio tibicine. Atq; hac re arbitror.) Non dicit quia hoc est, ex te. Veruntamē scit meretrix, contentione quædam negari. Ergo fingit se uinci, ut adolescentem molliat: & ipsa cedit, ut & ille remittat pertinaciam. Potius, q̃ te inimicum habeā.) Hoc totum loquitur, tanquam: magis ipsa amet Phædriam, q̃ ab illo ametur Te inimicum habeam. Huic contrariū est, Vt te amicum habeam. Faciam ut iusseris.) Nec uoluntate, nec uultu consentientis hoc meretrix agit: sed callide tentat omnia. nam quia persistendo nō perficit quod expectabat: docet Phædriam etiam ipsum negligentius negare quod poscitur. & adeo hoc subtile est ut statim impetrauerit. Peruulgatum est enim, Quod summa ui defenderis, cum extorqueretur: hoc idem postmodum remitte remittenti. Vtinam istuc uerbū.) Et istuc uerbum, pro tota sententia. Verbū pro dicto. Sed proprie ἀξίωμα, id est sententia uel enuntiatio quę uno ligatur & astringitur uerbo uerbum a ueteribus dicebatur. Ex animo, ac uere diceres.) Certe, quia & q ex animo dicat, fallat tamē. Potius q̃ te inimicum habeam.) Tantum in animum Phædrę hoc descendit, ut etiam repetat quod amica dixerat adulando.

Sincerū Sincere dici quiduis possem perpeti.) Sincerum, purum sine fuco & simplex: ut mel sine cera. Bñ ergo, ut mel, blandimentum meretricis dulce fatetur: sed negat esse sincerū. Victus uno uerbo.) Vtinam istuc uerbum. Et uno uerbo, ut diximus, sic accipe ut uerbum, dictum intelligas, quod uerbo complectitur, & cōpletæ sententiæ pronuntiationē quod ἀξίωμα nominabatur. Labascit.) Omnia inchoatiua trisyllaba, fere media producta enuntiātur. Victus uno uerbo q̃ cito? Quam cito ait, qui illū falsa lachrymula uinci crediderat posse. Plus factum est: uno uictus est uerbo, & cito. Ego non ex aīo misera dico?) Quod sensit multum ualuisse, hoc Thais inculcat aīo amici sui. Et Ego, uide quāta significet. Cōuenit hoc pnomē blande multa exprobranti: ut Virg. Mene fugis? Quā ioco rē uoluisti.) Cōtra illud refert qd' ait Phædria, Nōne tibi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam relictis rebus oibus quaesitū? Sed hoc uehemētius & disertius, Quā ioco rē uoluisti. Nō mūnus, inqt, sed qd' plus est, rem. & nō serio: sed ioco, a facilitate pstantis. Et uoluisti, nō ēt dixisti. Mirandū obsequiū, ex uoto animi pēdens. Nō expectat imperium: ne uoluptati mora sit, dum iubetur. Tū illud qd' ait, Perfeceris: nonne pondus hoc uerbi & potentiā Phædriæ circa amicam, & illius obsequium uehemens & rerum difficultatem quæ extortæ sint, mōstrat: atq; omnem obterit querelā Phædriæ. Ego impetrare nequeo hoc abs te.) Tu & ioco, & non petisti, cum perfeceris tamen. at ego hoc impetrare non possum. Saltem ut concedas solum.) Argute additum saltem, & solum. Et bene concedas, ut uoluntatis sit sic enim dixit supra, Sine illum prioris partes hosce aliquot dies apd me obtinere.

GVI. CDEDI heri minas uiginti. i. illa genera nummismatis. Nam, ut Priscianus, inqt de ponderibus & mensuris, Mina attica dragmas continet octoginta quinq; Mina uero graia nonaginta sex. Latine aūt dr mina, sed grece dr mna. Minas ergo uiginti dedi. i. uiginti libras: ita tū ut tanti sit libra: quanti diximus esse. Tū ego contemptus. i. spretus abs te habui hoc in memoriam. i. in recordationē bñficii: quod in te contuli: uel ut conferrem paraui. spernor abs te ob hæc facta. i. propter hæc officia. Tha. quid. i. quare rememoramur sup istud o Phædria quāquā. i. tametsi quāuis cupio abducere: tanquā ab stulto & per fraudem illā puellā: atq; arbitror id posse fieri. i. posse eam abduci maxime. i. pcipue hac re. f. biduum cōcedendo. ueruntamen potius q̃ habeam te inimicū. i. infestū mihi: faciam ut iusseris: & hoc totum Thais dicit: tāquā ipsa magis amet Phædriam, q̃ ab illo ametur Phæ. utinam diceres istud uerbum. i. istud dictum, uel sniam: sed pro ea proprie snia uel enunciatiōe ponitur: q̃ uno ligatur, uel astringitur uerbo. utinam ergo diceres istud dictū ex aīo. i. ex animi affectione, ac uere. i. nō simulate. & quod est illud dictū uidelicet potius, q̃ te habeā inimicū. Sy. credere istud dictū dici syncere. i. solide: integre: pure: simpliciter: sine fuco. i. adulatione, & simulatione. Fucus enim dr color adulterinus. i. simulatus: non uerus. possem perpeti quiduis. i. qd libet. q. d. paterer quicqd uelles. Parme. Hoc dicit Parmeno apud se de Phædria. hic labascit. i. cadit aīo, seu animus eū deficit: & deiicitur statim uictus. i. superatus. uno uerbo. i. uno dicto. q̃ cito. i. quātum celeriter & cum exclamatione & distinctione est proferendū. Tha. Egon. i. utrū ego misera dico ex animo? q. d. dubitas utrum dixerim ex aīo illud dictū potius, q̃ te inimicū habeā. tandē hic accelerat rñsum: uel assensum extorquet, quasi sine longis ambagibus dicas quā rem uoluisti a me. ioco: aduerbium est: cui contrarium est serio. q. d. quid a me nō mō postulasti: sed dūtaxat uoluisti: & qdē nō serio, sed ioco. i. iocando. quin. i. quā non pfeceris. ego nequeo impetrare abs te: ut saltē cōcedas. i. annuas pstes mihi hoc solū biduū. i. duorū dieꝝ spatiū Phæ. si qdē. i. si certe biduū esset futuꝝ sup. concederē subintellige.

SER. CTAMEN q̃uis cōtēptus. i. exclusus eodē die habui i memoria: & enī atq; ex hac re. i. se ille haberet priores partes per aliquot dies apud me. ego non dico ex animo s potius q̃ loco rem uoluisti aliquam quin perficis. & ego nequeo hoc impetrare a te ut saltem concedas solum biduum.

Verum ne fiant isti uiginti dies.
T. Profecto non plus biduum, aut. PH. aut? nihil moror
T. Non fiet hoc, modo sine te exorem. PH. scilicet
Faciundum est quod uis. T. merito amo te. PH. bene facis.
Rus ibo ibi hoc me macerabo biduum.
Ita facere certum est, mos gerundus est Thaidi.
Tu huc Parmeno fac illi adducantur. P. maxume. PH. in
Hoc biduum Thais uale. T. mi Phaedria
Et tu, nunquid uis aliud? PH. Ego ne quid uelim?
Cum milite isto praesens, absens ut sies
Dies noctesque ames me me desideres
Me somnies me expectes de me cogites
Me speres me te oblectes mecum tota sis.
Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.
T. Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem.

DONA. ¶ VERVM ne fiant isti uiginti dies.) Facete biduū decu plauit: & simul qa ex eadē rōne sunt uiginti, ex qua duo: & ex qua uiginti, ducenti, duo milia: & sic deinceps. ¶ Profecto non plus biduū. aut.) ἀποσιώπησις secunda. ¶ Hoc modo sine te exorem.) Noue nunc, nō de te exorem: sed te exorem. & Hoc absolute. ¶ Faciundū est quod uis.) Non qd' oportet, sed qd' uis dicendo, multū addidit obsequio suo.

Exorare

Bñ facis

¶ Bene facis.) In cōsuetudinem uenit, Bene facis & bene fecisti, non iudicantis esse, sed gratias agētis. ¶ Merito te amo.) Bene amoris mentionē ad auferēdam suspitionē cōtēptus Phaedriae fecit. ¶ Rus ibo.) Et hoc amatorium est, odisse urbē sine amica. Nec dixit, Ibi ero sed. ¶ Ibi hoc me macerabo biduū.) Pronunciādū est Biduum, ac si dixisset biennio. ¶ Ita facere certum est.) Ex his apparet uerbis, q̄ sibi amator hoc agere iperet: ¶ Mos gerundus est Thaidi.) Cum pronuntiatione & gestu. ut ostēdat quae uis amoris sit, ut Thaidi mos geratur. ¶ Huc fac illi adducantur.) Eunuchus, & ancilla figurate Illi sed praeualet genus masculinum. Adducantur: pro adducito eos. Et bene adiectum est, ne dilatis ob retētionem muneribus nō procederet actus fabulae. & simul quia absentia Phaedriae opus est, dum p Chaeream ludificatur meretrix. ¶ In hoc biduum Thais uale.) Nunc Vale abscessum significat, nō salutationē nam si mera salutatio est, biduo solum amicam ualere optat. sed praescribere conatur quāto tēpore ab futurus sit & simul ostendit, q̄ inuitus abscedat. ¶ In hoc biduum Thais uale. Accusatiuo utens casu expressit amatoris impatientiam. Biduum dicens, praescripsit de tēpore. Et uale, maiorem uim habet ex dolore discedentis, q̄ obsequio salutantis. ¶ Et tu nunqd uis aliud?) Vale subaudiendum salutatorium. Et subintelligendum est post osculum dici. Nunqd uis aliud? quasi recte factū. ¶ Cū milite isto.) Isto bene additum, quasi odioso, ut alibi, Iā uero mitte De mea tuam istam iracundiam. Et Virg. Aut quid petis istis? Haec enim pronomina, spernentis sunt: odiumque monstrantis. ¶ Praesens absens.) ὀξύμωρον. Me desyderes.) ἄυξησις, quia plus est amore desyderium. ¶ Me expectes, me somnies.) ἐπιφορά ptima. Cum amare & desyderare sit uoluntatis atque etiamnū obsequi: somniare, satis amatorie dictum est. ¶ Me speres.) Cū me expectes, iam dixerit: quid sibi uult iterū me speres? Inter spē, & expectationē hoc interest: quia expectatio, certorum est: spes uero, incertorū. Et expectatio, propinquarum rerū: Spes, longinquarū. Et Expectatio: destinat tēpus: Spes, nō destinat. An me speres idem facere? Id est de te cogitare: ut sit speres, credas ut statim in subditis inuenies. Nam eius fratrem spero iam propemodū reperisse. ¶ Me te ob.) Septimus casus me. ¶ Mecum tota sis.) Toto animo. Nam illam nunc animum uult esse, nō corpus. & simul quod ipse ab eius corpore patitur id uult militi eius mente contingere tanquam penitus excluso ab amica. ¶ Quādo ego sum tuus.) Animus scilicet. ¶ Me miseram, forsitan hic mihi.) Recte Thais nunc partem argumenti exe quitur tacitam apud Phaedriā propter praesentiam serui: quem poeta uult ita nescire, ut audeat ad uitiandam uirginem subornare Chaeream.

Biduū

Amare
Desyderare
Somniare
Expectatio
Spes

GVI. ¶ VERVM. i. sed. uereor sup. ne isti duo dies fiāt uiginti dies. Tha. pfecto biduū erit sup. uel fiet nō plus. i. nō ultra uel amplius: aut aposiopesis est interuentu sermonis Phaedriae. Phę. dixti. i. dixisti. aut nihil moror. i. nō dubito: cū aut dixeris qn plus bidu o sit futurę si cōcessero. Tha. non fiet hoc mō. i. hoc pacto: ut putas. sine. i. pmitte. a sino is. ut supple exorē te. i. psuadeā tibi: & te in meā sniam inducā. Phae. s. i. certe. faciūdū. i. facere oportet amore cogente. qd' uis. i. quodlibet. Tha. amo te merito, qa meruisti. Phae. Bene facis. ibo rus. i. ad agros me cōferā. ibi. i. ruri. macerabo. i. debilitabo: afflictabo: excruciabo me hoc biduū. i. hoc spatio bidui. Noīa aūt tpalia cum oībus uerbis pñt poni aut ī accusatiuo: aut ī ablatiuo: sed per accusatiuū elegantius loquimur. certū est. i. deliberatum est mihi. me ita facere. i. me macerare ruri hoc biduo. morigerādū est. i. oportet morigerari. i. obseq & morē gerere Thaidi. o Parmeno tu fac ut sup. illi. s. Eunuchus & aethiopissa. ubi masculinū genus pponderat foeminino. adducanť huc ad Thaidem. s. Par. Maxime. i. libentissime. Phae. o Thais uale i hoc biduūm. q. d. a te abscedo ergo usque ad duos dies. Nam hic uale potius abscessum significat, q̄ salutationē. Tha. O mi Phaedria: & tu nunqd. i. nū uis. aliqd aliud. i. nō aliud petis a me fieri interea q̄ biduū abieris. Phae. Ego ne. i. utrū ego uelim aliqd cū isto milite. isto dixit per cōtēptum. i. odioso: q. d. qd possem uelle q̄diu riualis miles a te pferť: & tunc sit distinctio. deinde seqtur idem sup. ut tu absens. i. a me: quū ruri ero distans fies. i. sis pñs per cogitationē: qm (ut Cic. inqt) non minus nostra sunt: quae mēte cōplectimur: q̄ quę oculis intuemur. Posset. n. sic fieri distinctio Ego ne qd uelim. i. utrū petis sup. qd uelim. deinde subaudi uelim: ut tu praesens cū isto milite fies. i. sis absens ab eo in me cogitando. ames me dies, noctesque. i. luce ac tenebris. desideres. i. requiras me: & mei desiderio tenearis: somnies me. i. p somniū me uidere uidearis: expectes me: cogites de me: spes me. Expectare & sperare sic differūt. Nā expectatio ē certorū: spes uero incertorū. Item expectatio est ppinquarū rerum spes lōginquarū. Inde expectatio destinat tps: spes nō destinat. Oblectes te. i. delectationem capias. me. i. memoria & recordatione mei. Est. n. me septimus casus: q & ablatiuus est. sis tota. i. toto aīo mecū per cogitationē. fac. i. da operā. ut postremo. i. tandē sis animus meus. i. unanimis mecū: & uelis ac optes qd uolo & opto. qñ. i qa. sum tuus animus. i. a tua nō dissentio uolūtate. ita ut inter nos tāta sit cōiunctio aīorū: ut una utriusque sit uolūtas: et quorsum alter animus ferať eorsum: & alter ferri nō recuset. Is. n. est animus meus, qui aī mei cupiditati, seu mauis uolūtati nō refragatur: sed unum, idemque utriusque est uelle. Tha. Hic Thais conuertit sermonē ad Parmenonē apud eū de Phaedria loqns. Me miserā doletis interiectionis uice fungiť hoc dictū me miserā quasi proh dolor: uel si mauis: subaudi fateor, uel assero me miseram. forsitan hic Phaedria hēat. i. hēre possit paruam fidem mihi. i. parum mihi credat.

Macerare

Morigerari

Cice.

Expectare & sperare

¶ EGO ne. i. an quid uelim me miseram: ideo Thais remotis oībus secū loqui inducitur: ut ostendat uerū esse qd' dixerat praesente Phędria de exclusione: quod ualet ad credendum firmam esse reconciliationem.

SER.

¶ Atque

DONA. CATQVE ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.) Hic Terentius ondit uirtutis suae hoc esse, ut peruulgatas psonas noue induat. & tñ a consuetudine nō recedat: ut puta meretricem bonā eē facit, caueat tamē & delectet animum spectatoris. Neq; me finxisse falsi quicquā.) Aut Dixisse debuit dicere. aut abundat Falsi. aut ideo qa & uanum aliqd fingi potuit ut supra, Si uanum, aut falsum, aut fictū est. Esse quenquā chariorē.) Melius quenquā, q̄ si dixisset, militem quēquā chariorē. Quē quā chariorē. Quasi meretrix nō charum alterū, sed chariorē negat. Et qcquid huius feci.) Huius absolute, aut p ἔλλειψιν, ut desit Rei. In Hecyra. Ne quid sit huius oro. In Heautont. Nihil me istius facturū patri. aut, qd petis istis? Quicqd huius Rei subaudiendū est: q eū exclusi foras. Spero propemodū.) Noue spero, p credo uel confido. Propemodū ideo, qa hominem quidem nouit, sed fratrem esse uirginis, nondum probauit. Adeo nobilem.) Adeo p nimis positum est, aut pro explectiua particula. Atq; expectabo dum uenit.) Futurum actum promittere uoluit: non quo aliquis gestus sit expectantis.

Atq; ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ego pol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio,
Neq; me finxisse falsi quidquam neq; meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phaedria,
Et quidquid huius feci, caussa uirginis
Feci, nam me eius spero fratrem propemodum
Iam repperisse adolescentem adeo nobilem. &
Is hodie uenturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro atq; expectabo, dum uenit.

GVL. CATq; nunc iudicet me ex igeniis.i. moribus & naturis aliarū meretricum. s. pol: iurantis ē particula: qua mulieres utebanť confirmaturae quicquā. ego Thais: quae. s. Thais: quae enim refertur ad ego. sum conscia mihi. i. quae nosco uoluntatē meam: & quae scio quidnam in pectore gestem. scio certe hoc. i. uere hoc noui me. neq; finxisse. i. simulasse quicquā falsi. i. aliquod mendaciū: neq; quenquam. i. aliquē esse cariorem cordi meo hoc Phędria. idest hic Phędria: & quicquid feci eū excludēdo: feci causa huius uirginis. Nam spero. i. confido uel credo me repetisse propemodum: idest fere fratrē eius: appositiue adolescentem. adeo: idest ualde seu nimis uel sit particula explettiua: idest certe nobilem: & is frater constituit: idest proposuit se uenturum esse hodie domum: aduerbialiter ad me. concedam. i. discedam hinc: idest ex hoc loco intro. i. in domum: atq; expectabo. dum: idest quousq; ueniat.

Prope, modum

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

PHAEDRIA. PARMENO.

DORA FAc ita ut iussi.) Iā amatoriorum multiloquiū & uaniloquium continet ista actio. nam & repetit qd' iam dictū est: & id facit magis & odiose nimis. Ah rogitare? q̄si difficile sit.) Deest Vis, uel Pergis: ut sit, rogitare pergis? Vel Te, si ipsum respicit: uel Hunc, si auersus hoc dicitur: ut sit, Ah rogitare te? aut, rogitare hunc. Et distinctione interposita, inferendum uultuose, Quasi difficile sit id quod mandat. Ita & ineptiam nimiā circa hoc soliciti amatoris expressit: & ostendit nihil esse facilius, q̄ deducere ad meretricem munera: cum contra illud sit difficillimum, poscenti aliqd non dare. Rogitare? Subauditur Te. ut sit, mirū est te rogitare, quasi sit difficile cōplere qd' iubes. Aliquid inuenire posses.) Inuenire acquirere. Sic in Heautont. Non quaeris patri quo modo obsequare, & ut serues quod labore inuenerit. Nam iden a praecedenti etiam Quaestus dicitur. Quam hoc peribit.) Deest facile: ut sit, facile hoc peribit. Quod mihi est carius.) Pro, qui mihi sum charior. Sed Ego dixit absolute, occurrens huic pnomini Quod. Quin effectum dabo.) Quin pro imo. ut in Heautont. Quin nolo mentiare. Sed nunqd aliud imperas?) In his seruus nihil uult, nisi coactus facere, propter maiorem dominū. sic & alibi, Iubesne, inqt, respondente Cherea, Rogo atq; impero.

Inueniē

Quaest⁹

PH. FAc ita ut iussi, deducanť isti. P. faciam. PH. at diligēter. *Trochaeus tetra. catalecti. nisi tollas e uersu isti.*
P. Fiet. PH. at mature. P. fiet. PH. sat ne hoc mandatum est tibi? *Trochaeus cathalecticus.*
P. Ah rogitare? quasi difficile sit. *Iambicus dimeter.*
Vtinā tā aliqd īuenire facile possis Phaedria, *Trochaeus tetram.*
Quā hoc peribit. PH. ego quoq; una pereo, qd mihi est carius.
Ne istuc tā iniquo patiare aīo. P. minime qn *Trimeter Iābicus.*
Effectum dabo. sed nunquid aliud imperas?

GVL. FAc ita &c. Haec actio continet amatorum: uaniloquium, & uaniloquiū. Nam in ea saepius repetitur, quod iā dictum est. Phae. Fac ita. i. eo pacto ut iussi. i. imperaui tibi, & cōmisi. Isti. i. eunuchus & aethiopissa. sed masculinum praeponderauit foeminino. Deducantur. i. ad Thaidem ducanť. Par. faciā. Phae. At. i. sed. fac diligenter. Par. Fiet diligenter. s. Par. At idest sed mature. i. tempestiue fac. s. Par. fiet mature. Phae. Satin. i. satis ne. hoc est mandatum. i. iniunctum tibi. Par. Ah. indignantis est ppter tā odiosam repetitionem. Mirum est sup. te rogitare. i. ita instanter rogare: ut id fiat: quasi ironice dicitur. si difficile. i. res difficilis ad meretricem munera deducere. utinā posses inuenire. i. acquirere tam facile aliqd q̄. i. quantum. facile hoc donū: quod dari iubes. peribit. i. nihil fiet & nihil aestimabitur ab ea. s. Vel q̄ facile hoc peribit intellige. i. quātum facile hoc quod Thais tibi promittit. peribit. i. non durabit & euanescet. Ph. quoq;. i. etiam. ego pereo: idest molestia amoris conficior. una: idest simul. cum eo quod dicis tam facile periturum. Quod mihi carius est. Donatus uult capi hanc structuram neutram pro masculina: ut sit sensus. Ego qui mihi carior sum pereo una cū eo dono: quod dicis periturum: uel si uis fac: ut quod totam clausulam referat: ut saepe fit. Ita q sit sensus: Ego quoq; una pereo. quod. i. quę res. s. me perire est mihi carius. i. maiori est mihi curae & magis animum meum tangit, siue pūgit. ne patiare. i. noli pati istud tam iniquo animo. i. tā aegre quinimmo pareto uoluntati meae. Par. minime: idest non patior. s. iniquo animo. quin. i. quin immo. dabo effectum. i. producam in effectum: quod iussisti. sed nunquid imperas. i. precipis aliud, q̄ ut deducam donum tuum.

SER. FAc ita. Phaedria inducitur hic loqui cum Parmenone: absente Thaide: ut ostendat ex animo uelle perfici quod promiserat Thaidi. solent enim amatores amicabus talia promittere: quę nolunt perficere: quod ualere ad inducendum Chaeream falsum eunuchum: quia quanto magis Parmeno dominum suum uidet in munerum exhibitionem diligentem: tanto magis laborat domini munera exornare. ah modo: scilicet debes rogitare, quam facile haec peribit: quia quicquid meretricidatur inter amissa computatur. ergo non est mirum si res meae pereunt: quia una quoq; pereo.

PH. Munus nostrum ornato uerbis ꝙ poteris, &
Istum æmulum ꝙ poteris, ab ea pellito.
P. Memini, tametsi nullus moneas. PH. ego rus ibo, atque ibi
manebo: *Iambicus scazon catalecticus.*
P. Censeo. PH. sed heus tu. P. quid uis? PH. censen' posse me
obfirmare, &
Perpeti ne tedeã interea? P. te ne? nõ Hercle arbitror. *Trochaici*
Nã aut iã reuertere aut mox noctu te adigẽt horsum insomnia.
PH. Opus faciã, ut defatiget usque: ingratus ut dormiam. *Elide duos*
P. Vigilabis lassus hoc plꝰ facies. PH. abi sis, nihil dicis Parmeno.
Eiiciunda Hercle hæc mollicies animi. nimis me indulgeo.
Tandem ego non illa caream, si sit opus, uel totum tri-
duum? P. hui *Iambicus tetrameter*
Vniuersũ triduũ? *uide qd agas. PH. stat sñia. *Trochaici *uide*
P. Di boni qd hoc morbi est? adeon' hoĩes immutarier *(pyrrichius*
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit

DONA. ¶ MVNVS nostrũ ornato uerbis.) Nostrũ nõ dixit meũ quasi & Parmenonis sit. ¶ Et istum.) Id est molestum, & odiosum nam hoc significat Istum. ¶ Ab ea pellito.) Ab ea ab eius animo. & nõ pelli facito: sed, pellito. ¶ Tametsi nullus moneas.) Properat seruus carpere uaniloquium domini. Et nullus, pro nõ. sic in Hecyra. Nullus dixeris. Plautus in trinummo, Nullus credas. ¶ Ego rus ibo.) Et hoc iam dictũ est: sed ostẽdit ꝙ moleste id incipiat Phædria. ¶ Censen me.) Arbitraris: ut censores, q morum alienorũ habẽt summum arbitriũ. Et iõ hunc putant nõ censere, qa ipse desyderat fieri. ¶ Posse obfirmare & perpeti. Verba sunt desperãtis. non, firmare, sed obfirmare: nõ pati, sed ꝑpeti. ¶ Te ne?) Te quod ait, hanc uim habet: ut significet perditũ amore Phædriam esse. ¶ Nam aut iam reuertere.) Modo iã ꝓ statim. ¶ Te adigent horsum.) Hoc est ad urbem agent. ¶ Insomnia.) Vigiliæ. Legitũ & adiget, ut sit isomnia numeri singularis. ¶ Vt defatiget usque.) Ordo est, usque ut defatiget. ¶ Ingratus ut dormiã.) Id est, etiam inuitus & coactus. Nã ingratis, non ultro significat. qa ultronea grata sunt: ingrata, quæ ab inimicis fiunt, ac recusantibus. ¶ Nimis me indulgeo.) Me sic ueteres, qd' nos mihi dicimus. Alibi, Te indulgebãt: tibi dabãt. ¶ Tandẽ nõ ego illa careã si sit opus uel totum triduum?) Sic cœpit, tanq̃ aliqd foret dicturus magnificum: nõ autẽ est *ποιρὶ τὶ προσδοκίαν*: sed uere amator magnũ hoc putat. ¶ Vel totum triduum. Magna ꝓfessio uirtutis, cũ biduo sit opus, triduo posse durare. Et totum triduũ, dicit uniuersum triduum. *ἐμφατικῶς*: quasi sit triduũ in multo numero. ¶ Vide qd agas.) Sic dr̃ magna aggredientibus. ¶ Stat sñia.) Et uulm & gestu magis spectabile quod dixit stat sñia: uel maxime eo ꝙ tanto sonitu hæc de se ꝓmittat Phędria continuo rediturus, uel potius nõ accessurus ad uillam. tantum aũt abierit, quantũ temporis opus est ad uisitandã uirginẽ. ¶ Quid hoc morbi est? Excusatio amoris, qũ non culpa, sed morbus est. ¶ Adeo homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?) More suo a plurali numero ad singularem se conuertit. ¶ Vt non cognoscas eundem esse? Nõ solẽt stulti induci adolescentes: & ideo ad amorem retulit stultitiã Phędriæ.

GVL. ¶ PH. Ornato. i. reddito pulchrũ & decorum munus nr̃m uerbis. i. aliquo sermonis elogio. quoad. i. inquantũ poteris & pellito ab ea illũ æmulũ. i. inuidũ & riualẽ adducendo eũ in inuidiã Thaidis. Par. Ahu: interiectio ad eũ spectans: q incipit capere & intelligere quorsum uergatur. memini. i. in memoria habeo iã reconditũ quorsum spectes. tametsi. i. quãuis: nullus. i. non. ut sæpe ita interpretari solet. moneas. i. admoneas. Phę. Ego ibo rus: aduerbialiter ponit rus. atque manebo ibi. i. ruri. Par. cẽseo. i. ea est mea sñia: ut id efficias. Phæ. sed heus uocatiuus est aduerbiũ. tu. Par. qd uis? Ph. censen. i. arbitraris ne? (Vñ cẽsores q morũ alienorũ sumunt arbitriũ.) Censen ergo. i. arbitraris ne me posse affirmare. i. cõfirmare: cõstituere: stabilire aĩum meũ. s. & ꝑpeti. i. tolerare ne tedeã. interea. i. quãdiu hęc mea iussa explebis? Pa. Te ne. i. petis utrũ censeam te posse offirmare: ut nõ redeas hercle. i. per Herculem. non arbitror te posse offirmare &c. nã aut reuertere. i. redibis. iam. i. statim. aut mox paulopost. insomnia. i. uisa in somnis: uel uigiliæ: quamuis pro uigilia dicatur potius insomnia insomniæ primæ inflexionis. & propterea aliqui dicunt adiget: ut sit singularis numeri. adigẽt. i. adducent. hoc est te ad urbem agent. i. ducẽt. uel lege adiget. i. impellet horsum: idest uersus hanc urbem. noctu. i. nocturno tempore. Phæ. faciam opus. i. operabo ruri: ut defatiget usque: idest assiduc. & ut dormiam: idest somnum capiã ingratus. i. etiam inuitus, coactus: Nam ingratus non ultro significat: quia ultronea grata sunt: ingrata quæ inimicis fiunt, ac repugnantibus. Par. tu lassus. i. opere defatigatus. uigilabis. i. somnum non capies. facies. i. efficias. plus. i. maius & difficilius. hoc: in ablatiuo. i. q̃ uigilate lassus. Ph. Ah Parmeno nihil dicis. hæc mollicies: idest hæc effœminatio animi. est eiiciunda: idest eruenda a nobis. Hercle. i. certe, uel per Herculem. nimis. i. plus æquo. indulgeo me: antique pro indulgeo mihi hoc est nimis sum benignus mihi ipsi & facilis. & parco nimis mihi. tandem. i. ut ego maximum dicam. non caream. i. carere possim illa si sit opus. uel. i. etiam triduum totum. i. integrum triduum. Par. Ridet Phædriam seruus. Hui: interiectio ridentis: uel aliquid admirantis. carebis bene uniuersum triduum illa? uide. i. considera. quid agas, idest quid agendũ suscipias: quasi res ardua sit. Phæ. stat sententia. i. ea opinio est & consiliũ mihi placet. & apud me firmatum est, deliberatum, ac decretum. Par. Dii boni: uocatiuus est quasi dicat inuoco uos. quid hoc morbi est. i. qualis est hic morbus & insania: non autem amor. Adeon. i. est ne uerum sup. homines adeo. i. tm̃ immutarier: idest mutari. ex amore. i. propter amorem. ut cognoscas: idest cognoscat aliquis: secunda persona pro tertia: ut sæpe fit. nõ eundem esse hominem: qui ante amorem erat: adeo immutatus est. & more suo a plurali numero ad singularem se cõuertit. nemo fuit minus ineptus. i. prudẽtior. hoc. s. Phædria ante amorem. minus enim uni positiuo iunctum reddit contrariam comparatiui significationem.

SER. ¶ QVOD: idest ego & c. ne istum p. tam. i. a. s. quod res meas expendo. nullus pro non. nomen pro aduerbio. nam aut iam corporaliter reuertere: aut somniando. satagent: idest agent in uisione. huc: idest ad domum thaidis. Insomnium est quædam species somnii: ut dicit Macro. quæ in solo somno habent suum esse: & nunq̃ extra. quia nihil significat quod præcipue solet amatoribus contingere. in tantum defatiget usque dum dormiam ingratus: scilicet inuitus uigilabis. & existens laxus. plus hoc: idest propter hoc: quia lapsus erit. facies: idest uigilabis: quia lassitudo ipsa causã suæ memoriæ reducens te inde cogitare faciet. uide quid agas: correctorie dicit: quasi dicat nimis difficilia promittis etiam. Dii boni: quoniam Phædria possum Parmenoni ut munera thaidi offerret præcipisse: & tamẽ Parmeno ut infidelis nollet obtemperare remoto Phædria. inducitur Parmeno de domino suo loquens: & cõdolens de miseria sua: ut per hoc intelligatur fideliter uelle mandata domini sui adimplere: quid hoc morbi est: de amore loquitur. Adeo. s. constat immutari posse ex amore homines.

Censere
Cẽsores
Insumnia
Ingratus
Indulgeo me
Vsque pro assidue
Ahu
Censor

¶ Minus

Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.
Sed qs hic est, q huc pgit? atat hic qdem est parasitus Gnato
Militis· ducit secū una uirginem huic dono. papæ ·
Facie honesta· mirū, ni ego me turpiter hodie *hic dabo,
Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc superat ipsam Thaidem.

DONA. MINVS, ineptus, magis seuerus.) Nisi enim hoc esset, quid esset quod illum mulier præferret militi? aut qd relinqueretur pprium personæ militis, si & hic stolidus est? Magis seuerus quisq̃, Nec magis continens. Animaduerte ut amet Teren. Magis addere positiuo, potius q̃ cōparatiuū facere. Nā, neq; seuerior, neq; continentior, tam ualuit dicere: q̃ magis seuerus, & magis cōtinens. Hic quidē ē parasitus Gnatho.) Hæc apud Menandrum in Eunucho non sunt, ut ipse pfessus est, parasiti persona & militis: sed de Colace trāslatæ sunt. Facie honesta.) εἰκονισμός, qua ostenditur amaturus Chærea, si quidem hanc Parmeno ipse miratur. Facie honesta. Sic Virgilius, Et lætos oculis afflarat honores. Ex mox idem, Ita me dii ament, honestus. Ni ego hodie me turpiter hic dabo.) Ni dabo, pro dedero. Virg. Quamuis solus auem cælo deiecit ab alto. Cum meo decrepito eunucho.) Facere Meo ad parasitum retulit cum pulchro munere uenientē. Et præparatio est ad ducendum Chæream potius q̃ deformem Eunuchum. Decrepito hoc Eunucho. Decrepiti (*Decrepitus*) sunt dicti, quorum crepitu & plangore familiæ, fuerant iam conclamata funera. Hæc superat ipsam Thaidem.) Hoc sic accipias, non uituperari Thaidem, sed tanquam ὑπερβολικῶς dici. Ideo addidit Ipsam, quasi nimiæ pulchritudinis. Et bene Ipsam, propter quam datur.

GVI. VT minus prudens. i. stultior. minus stultus. i. prudentior. Quisq̃. i. aliquis non fuit magis seuerus. i. grauis. neq; magis cōtinens. i. a lasciuia sibi cauens. Sed quis est hic q pgit. i. q psequitur iter suum huc. i. ad hanc partē. Atat: interiectio metuentis, uel oppssi ex sepato. qdem. i. certe. hic est Gnato. i. sic appellatus. parasitus. i. q adulatione uictum q̃ritat: & sic replere uentrē desiderat. militis. s. Thrasonis: quem ille parasitus (*Parasitus*) ambit. i. ut uentrem ipleat. duci secū huic. s. Thaidi. dono. i. p dono unā uirginem. papæ: interiectio admirātis (*Papæ admirātis*). facie honesta. i. hñtē faciē honestā, & modestā. Mirum erit sup. ni. i. nisi. dabo. i. dedero: seu obtulero me. turpiter. i. cū pudore meo hic. i. in hoc loco: cum hoc meo eunucho. i. uirilibus execto. decrepito. i. senio iā cōfecto admodū. Decrepiti autē dicti sunt quorū iā fuerant conclamata funera crepitu & plangore familiæ. hæc puella superat. i. uincit pulchritudine ipsam Thaidem.

SER. MINVS ineptus. i. prudētior hic Phę. sed qs. iā accedit ad secūdū actū. huic. i. Tha. Mirū nisi ego me. hoc. i. in domo Thai. & cum est iam quædam commoditas sequentis actus. s. ut qa Parmeno donū Thrasonis pulcherrimū uidet: e contra suū eunuchū turpissimū intelligit: uelit ducere Chereā pulchrū eunuchū p quē dñi sui amorē apud Thai. firmet: & postponatur thraso. ad hoc enī fidelis descriptus est: ut dñi quærendo utilitatem quod possit elaboret.

ACTVS SECVNDI · SCENA SECVNDA
GNATO PARASITVS. PARMENO.

Trochaici tetrametri catalectici

G. DI IMMORTALES hominī homo qd præstat? stulto intelligens
* Quid interest? hoc adeo ex hac re uenit in mentem mihi·
Cōueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atq; ordinis,
Hominem haud impurū, itidem patria qui abligurierat bona.

DONA. Dii immortales homini homo qd præstat?) In hac scena nō stans, sed quasi ambulās persona inducitur. Constitit tū aliquātulū, intuens spectatores, dum secum loqtur. Exprimit asit parasitum: & sub eius uerbis corruptos mores in assentationē ostendit, prorsus, ut honestæ quoq; personæ in huiusmodi culpa inuentæ sint: ut alibi, Obsequiū amicos, ueritas odium parit. Dii immortales. Hoc iam mire, & p seculi ac tēporū reprehensione satyrice Terentius, q apud eū stultū uocat simplicem parasitus, & intelligētē malum. Dii immortales. Admirantis exclamatio est, cū parasiti gesticulatione. Dii immortales homini hō quid præstat? Morata narratio a sñia incipi solet: quæ dicitur προοίμιον. Homini hō quid præstat? Alii distinguūt, qd præstat stulto intelligens? Alii stulto intelligens qd interest? qa sic ueteres loquebantur. Quid interest?) Hoc admirantis est, & ideo sic pronuntiandū. Cōueni hominem. (*Conuenio*) Cōuenisse, nō uidisse tantū, sed ēt collocutū fuisse significat. Mei loci atq; ordinis.) (*Locus Ordo*) Loci, ingenui: ordinis, pauperem. illud natalium: hoc fortunæ est. Hominē haud impurū.) Nō dixit prodigum: quia hoc ipsum pbat: sed nō auarum, nō improbū. Et sic laudamus eos ī qbus nihil ē qd magnopere efferamus. Itidem patria q abligurierat bona.) Hoc. ioculari uultu dicitur. Et eleganter ex psona parasiti nō culpat qd comederit bōa. Abligurierat. Suauibus escis cōsumpserat. Nā (*Ligurio*) ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ ligurire. & λιγυρὸν Græci suaue appellāt.

GVI. Dii immortales &c. In hac scena optime, atq; elegātissime parasitorū mores exprimūt. Gnato. Dii imor. exclamatio admirātis. qd. i. quātum homo unus pstat. i. pferēdus est alteri hoi. s. Quid. i. qtū intelligēs. i. prudēs. interest. i. differt a stulto. i. ab imprudēti. adeo. i. certe. hoc. i. hæc sñia uenit mihi i mētē. i. subit aīum meū. ex hac re. i. ob hanc cām. ego adueniens hodie cōueni. i. sum allocutus quendam hoiem. hinc mei loci: uel ex eodē loco oriūdū quo ego uel eiusdē generis: quasi iisdē natalibus hortū ita q alter nō est ex maiori loco natus, q̃ alter. atq; mei ordinis. i. mei status quātū ad fortunas. q d. pauperē: ut ego sum: haud impurū nō auarū, qm auaritia sæpe dr sordes: & auarus sordidus. & bene nō auarū, qm pdigus erat. Qui itidē. i. similiter ut ego obligurierat. i. suauibus escis, seu epulis consumpserat bona priā. i. q a prē relicta sibi fuerāt. Et obligurio is uerbū (*Obligurire*) est a græco tractū. Nā lyguron græci suaue appellant.

SER. DIi imortales. Incipit secūdus actus de opportuna ïtroductiōe Chę. Cū ïtroducēdus ē Cherea ad domū Thaidis p eunucho: induenīt cōuenīētes cāæ, & multę opportunitates. s. uolūtas Parmenonis, & facultas illius uolūtatis data a Chærea in hoc: q amauit: & euacuatio domus Thaid' s: q̃ ī singulis scenis explicabūt: sed de uolūtate Parmenōis pus dicēdū ē. Volūtas. n. duabus de causis incitata ē: una superius notata ē: ubi dicit, Mirū me ego turpiter. &c. Alia fuit q derisus est a quodā uilissimo leccatore. i. Gnatōe: q ducebat ad Thaidē datā a glorioso milite pulchrā uirginē q pp ī̄dignatiōē cōpulsus pulchriorē eunuchū: quē duceret, quęsiuit ut domo militis posset æqpollere. Hic idicit Gnato derisurus Parmenonē: & ut Parmeno maiorē īdignationē hēret: describit uilissima eē psona loquēs secū hoc mō audiēte Parme. ītelligēs. s. cū ē adulator stultus: q nescit adulari. nec solum pstat: sed ēt ïterest maxie hic. s. mei loci ordinis: mei gñis: uel meę uitæ. haud impurū. i. bonū hoiem: q luxuriose & pdigaliter uiuendo alligurit &c. parū uocauit eū qtū ad se

DONA

Sentus Squallidus Aeger

VIDEO sentum.) Quã bene Video: postq̃ dixit conuenio. & tẽpus mutauit & uerbũ. Sentum Horridum. Sẽtũ. Ad horrorẽ retulit. Squalidũ.) Ad sordes. Aegrũ.) Ad maciem. Pannis annisq; obsitum.) Ad uestitum, & ad tristitiam. Sed pãnis & annis, μωρολογία parasitorũ sunt. Pannis annisq; obsitum. Vel, parasitica uernalitate καὶ ὁμοιοτέλευτον dictum. uel quia Homerus dixit ἀλλ' ἐμὲ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι: & est in seriae senũ deditũ. Vnde huic magis tristitia grauitasq; displicuit aliena sem per ab omnibus parasitis. Annisq; obsitũ Bñ addidit annis: quia u quisq; miserior ẽ, ita senior uidetur. Obsitũ. Vt sentum dixit, obsitum μεταφορὰ ab agro. Quid istuc inquã ornati?) Scire nos cõuenit cũ recto casu pfertur interrogatio, nõ esse cõtumeliosum. Vt si dicas, Quis hic homo est? Si autẽ in obliquo: cõtemptũ significari. ut, Quid hoc est hominis? quid mulieris? qd ornatus? Quid istuc inquã ornati est? Ornatus, τῶν μέσων est ad dedecus & ad turpitudinẽ. Vel simpliciter hoc accipe, uel εἰρωνικῶς. Et ornati, ut senati ãtiquus gẽtiuus. Qd habui, pdidi.) Nõ dixit id, qd erat. comedi, aut consumpsi. Hẽ, quo redactus sum?) Vel habitũ suũ, uel corpus, ostẽdens hoc dicit. Nec quicquã hic, nisi ex media cõsuetudine collocatum est. Oẽs noti me, atq; amici dese.) Sentẽtiose atq; mordaciter in mores. Hic ego illũ cõtẽpsi prae me.) Hoc est illud, Hõ homini qd pstat, stulto itelligens? Ita ne parasti te.) Quã obiurgãter: tanquã in illo sit, qd miser est. Et alibi, Nã nemo illorũ qsquã ad te uenit, qn ita paret sese, ut abs te blanditiis q̃ minimo ptio suã uoluptatem expleat. Et hoc pprie uerbũ ad exprimendã inhumanitatẽ & ignauiam factũ est. Vt spes nulla reliq̃ in te fiet tibi?) Sententiose, ad illud qd & Vir. ait, Ponite spes sibi qsq; Vt spes nulla reliqua in te fiet tibi? Bñ q̃si q rem a fortuna acceperit. Simul cũ te cõsiliũ ami.) Virg. Nec, si miserũ fortuna Sinonẽ Finxit: uanum ẽt, mendacemq; improba finget. Et Sallustius, Neq; fortũa eget: qppe quae probitatẽ, industriã aliasq; bonas artes neque dare, neque eripere cuiquã potest. Ergo, Haec interrogatio, increpantis est: nec desyderat respõsionẽ. Nã cõsiliũ, in bonis animi: Res in potestate fortunae. Ex eodem loco.) Ex eadem fortuna. Qui color, nitor, uestitus, quae habitudo est corporis.) Hoc cõtra illud Video sentum, squallidum, aegrũ, pannis annisq; obsitum. Color ergo ad sentum: Nitor ad Squallidum: Vestitus ad Pannis annisq; obsitum: Habitudo corporis ad Aegrum refertur. Oĩa habeo.) Ad Quod habui, pdidi. Neque qcquã habeo.) Ad Mei loci atq; ordinis hoiem. Quae habitudo est corporis? Plautus in Epidico, Corpulentior Hercle, atq; habitior. Oĩa habeo. Ad industriam retulit. Neque qcquã habeo. Ad fortunae culpam. & item denuo, fortunae crimen. Cũ nihil est. Ad suam laudẽ, Nihil de fit tamẽ. Omnia habeo nec quicquã habeo. Alterũ horũ, neutrũ ue potest cuiuis accidere: utrunq; nulli. Nihil cũ est, nihil desit tamen figura ὀξύμωρον, Vt apud Virg. Sequiturq; sequentem. Et Cicero, Cũ tacent, clamant. At ego infelix neque ridiculus.) Iam transit ἀπὸ τοῦ μιμητικοῦ πρὸς τὸ ἐπιτιμητικόν. At ego infelix neque ridiculus. Vehementer inuectus est in tẽpora, & mores Poeta sub hac psona: in qua hominem ita inducit poenitere probitatis suae, ut se infelicẽ non honestum dicat. Et non, nolo: sed, non possum.

Interrogatio in recto casu

Ornati gẽtiuus

Video sentum, squalidum, aegrum pãnis, annisq; obsitum.
Quid istuc ornati, inquam? quoniam miser quod habui, pdidi · hem
Quo redactus sum? omnes noti me atq; amici deserunt.
Hic ego illum cõtempsi prae me . quid homo inquam ignauissime?
Ita ne te parasti, ut spes nulla reliqua in te fiet tibi?
*Simul consilium cum re amisti? †uiden' me ex eodem ortum loco?
Quid color, nitor, uestitus, quae habitudo ẽ corporis?
Omnia habeo, neq; quidquam habeo nihil cum est,
nihil desit tamen.
At ego infelix neq; ridiculus esse, neq; plagas pati

Nisi e'idas l in Simul Iãbicus ẽ, & in Trochaico e'iditur u in uiden, nisi legas uide.

GVI.

Sentus

Virg.

Squallidus

VIDEO.i. aspicio. eũ sentum.i. horridum. Sentus tantum dicit a sentibus.i. spinis. & est ille, pprie qui gestat uestem uilem multis frustis cõpositã: cuius frusta spinis colligant & cõiungunt. Virg. in. iii. Consertum tegmen spinis ac caetera grauis. uideo inquam cum squallidum.i. sordidũ & alta sordium congerie obductũ. Squallor. n. est illuuies densa & irulcata. Squallere enim dr qcqd facie noue ui sentibus icutit hororẽ. uideo inquã aegrũ.i. aio moestũ. & obsitum.i. inculcatũ: circundatũ: & quasi suffarcinatũ. pãnis.i. uilibus indumentis & annis .i. senio. inquã.i. dixi. Quid istuc ornati: pro ornatus est. Antiq ornati & ornatus in genitiuo dixerunt. senati & senatus. tu multi & tumultus. ut Prisci. probat exemplis. Vbi est aduertendum q si in casu recto proferatur interrogatio non est contumeliosa: ut si dicas: Quis hic homo est. si autem ĩ obliquo proferatur cõtemptus significatur. ut si dicatur: Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus? Respondit alter. Quoniam ego miser.i. inops. perdidi: idest cõsumpsi: quod habui. s. a patre meo. Hem dolentis interiectio. quo.i. ad quem statum. redactus sum i. deueni. omnes noti.i. cogniti & amici.i. qui prius erant familiares cum diues essem. deserunt.i. de relinquunt me. Hic.i. tunc. ego Gnato contempsi illum prae me.i. in comparatione mei. q.d. quamuis: patrimonium consumpserim sicut & ipse: tamen mea industria uiuendi uiam comperi. inquam.i. dixi illi. quid? modus interrogandi. o homo ignauissime.i. sine animositate. & qui totus aio cadis. Ita ne parasti.i. disposuisti te: ut nulla spes sit tibi reliqua.i. relicta, & supersit tibi. an te.i. in tuo cõsilio & industria. Amisisti consilium.i. rationem, qua tibi consulere debeas. simul.i. una. cum re.i. substantia tua, seu patrimonio. uiden.i. uides ne. me ortum ex eodem loco qui.i. q̃lis color est mihi sup. nõ enim ut tu. sentus sum.i. horridus aspectu. qui nitor.i. qualis munditia est mihi. non enim ut tu squallidus sum. qui uestitus.i. quis cultus est mihi non enim pannosus sum ut tu. quae.i. qualis est mihi habitudo corporis.i aptitudo status copis mei. q.d. sum uegeto corpore: uiuido: & bene habito. Habeo omnia quantum ad industriam. s. quia uiuendi non deest mihi consilium: neq; habeo quicquã fortunarũ. s. cum.i. quãuis. nihil est mihi fortunarum: nihil tñ de fit: a defio.i. deficit, uel deest mihi: qm̃ uiuendi semp habeo industriam. Respondet alter. At.i. sed ego infelix: neq; possum esse ridiculus.i qui ab aliis rideam & qui aliis praebeam ridendi materiam. neq; possum pati.i. tolerare. plagas.i. ut uapulem Respondet Gnato.

SER.

SENTV M.i. hispidum: squallidũ: puluere obsitũ. pã.i. pannosum: & annis, quia rugosus & decrepitus erat: qm̃ uerba sunt illius, q inuenerat. hẽ dolendo dicit. oẽs noti atq; amici me deserunt nõ debent ibi esse inimici. p me.i. ad cõparationẽ mei. ut spes. s. si pecuniã amisisti ẽt oẽm spẽ, & fiduciã aliqd acqrendi & hoc est: nulla spes est reliqua.i. relicta in te tibi.i. ad opportunũ: & p qd spes esset relicta oñdit p consilium: & hoc ponit interrogãdo: simulatio & c. q color: qa rubens p crassitudine. nitor in mẽbris. qs uestitus: uel nitor uestitus: ut sit geñtiuus. q̃ habitudo in pinguedine: oĩa necessaria hẽo p adulationẽ. nec qcq̃ hẽo de pprio. ac ego ille miser tñdet. sm q de uerbis illius ĩtellexerat. putabat. n. q ioculatorio officio: & patiendo colaphos in domibus diuitum: haec adeptus esset. uerba Gnatonis.

Quid

Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius.
Hoc nouum est aucupium: ego adeo, hāc primus inueni uiā.
Est genus hominum, qui esse primos se oium rerum uolunt:
Nec sunt: hos consector: hisce ego non paru me ut rideant:
*Sed his ultro arrideo, & eorū īgenia admiror simul. *In Sed elidi*
Quidqd dicūt, laudo: id rursum si negāt, laudo id quoq;. *tur d*
Negat qs, nego: ait, aio. postréo īperaui egomet mihi *Iāb. tetra.*
Oīa assentari. is quæstus nūc est multo uberrimus. *Trochaici.*
P. Scitū Hercle hoiem: hic hoies prorsus ex stultis insanos facit.
G. Dū hæc loqmur, interea loci ad macellū ubi uenim⁹, *Iābicus sce*
Cōcurrūt læti mi obuiā Cupedinarii oēs, *Zon trimeter catalecti.*

DONA. ¶ QVID tu his rebus credis fieri?) Dum quis ridetur, aut uapulat. ¶ Tota erras uia.) παρόμοιον per μεταφοράν. ¶ Apud seculum prius.) Scilicet cum essent tempora meliora. ¶ Hoc nouum est aucupium.) Vide quid intersit, cū illud quæstū dicat, hoc aucupium: illud de sapientibus, hoc de stultis. ¶ Inueni uiam.) Adeo nouum est aucupiū. ¶ Est genus hominum.) Quia multi sunt huiusmodi, non dixit, homines sunt: sed, ē genus hoīm. ¶ Hisce ego nō paro me ut rideant.) Quia ille dixerat, Ego infelix neque ridiculus eē, neque plagas pati possum. ¶ Sed his ultro arrid.) Quid est. His arrideo? aut ueluti pareo, id est ubsequor: aut ueluti dictis delector.

Arrideō Atque Arrideo, non sicut in parasitis fieri solet, ut his arrideatur a regibus, cū potius ipsis dictis factisq; rideant alienis: hic esse intelligendum, etiam res ipsa indicat ex contrario. Nam qđ ait supra, His ego nō paro me ut rideant: hoc e contrario ostendit qꝫ subiciatur ex dictis. ¶ Sed his ultro arrideo.

Vltro Vltro, uersa uice, an prior? an ēt insuper, hoc est ultra? ¶ Admiror si.) Plus intulit, q̄ si Laudo dixisset. ¶ Quicquid dicunt.) Non, quod dicunt: sed, quicquid dicunt, idest bene uel male: ne uel si interclusa fuisset assentatio, se impediat qꝫ contrarium laudauerit. ¶ Id rursum si negant, laudo id quoq;.) Præclare Terentius quod a Satyrico de aliis diceretur, id hic de se dicentem inducit, facetius multo, q̄ si aliter fecisset. s. ἠθικῶς νόμενος mores tēporum iam tum uitiatos per assentationem: quod fere in plerisq; fabulis monstrat: Vt etiam in Andria, Nam hoc tēpore, obsequium amicos ueritas odium parit. Et in Adelphis, Quod te isti facilem & festiuū putant, id non fieri ex uera uita, neque adeo ex æquo & iusto, sed ex indulgendo, uel assentando, & largiendo.

Ait Negat ¶ Negat quis? nego.) Bene sic dixit. negat & ait, cōtraria sunt: Vt Plautus in Rudente, Vel tu ais, uel tu negas. ¶ Is quæstus nunc est multo uberrimus.) Quam ille apud seculum prius fuerat. Et uide quemadmodum illiberalem uitam honestiore nomine nominauit aucupium: post etiā quęstum nominauerit. * hic inducens. ¶ Scitum Hercle hominem.) Mire Terentius longę orationi interloquia quędam adhibet, ut fastidiū prolixitatis euitet. uelut nunc Parmeno procul audiens Gnatonem, hæc loquitur.

Interea loci ¶ Interea loci.) Duæ partes orationis cum cōiunctæ unā fecerint mutant accentum. ¶ Concurrunt læti mihi obuiam.) Et multos, & properos uno uerbo ostendit, & ex aduerso ad se festinantes. ¶ Cupedinarii.) Varro humanarum rerum,

Macellū Cupedinis forum Numerius Equitius Cupes, inquit, & A. Omanius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona & ædes ubi habitabāt dirutæ, eque ea pecunia scalæ deum penatium ædificatæ sunt. ubi habitabant. locus ubi uenireut ea quæ uescendi cā in urbem erant allata. Itaq; ab altero Macellum, ab altero

Cupedinarii forum Cupedinis appellatum est. ¶ Cupedinarii. Omnes q esculenta & poculenta uendunt, a rebus cupidinis ob alimentum cupedinarii appellantur. Et ipse subiecit qui accipiendi sint cupedinarii.

GVL. ¶ QVID credis tu fieri his rebus .i. dum qs ridetur, aut uapulat. erras tota uia .i. prorsus te decipis & fallis. metaphora est a deuiantibus tracta. Olim .i. multū an̄. fuit quōdam

Quæst⁹ q̄stus .i. lucrum. & ꝓprie nummarium. Isti generi parasitorū. s. apud prius .i. superius seculū. hoc est cū essent tempora meliora. hoc aucupium .i. hoc uitæ quærendæ genus. est nouū .i. recens: nec diu usurpatum.

Aucupium Aucupiū ꝓprie est ars auium capiendarum: nam aucupari significat arte quadam aues inquirere. Inde transfertur ad alia: ut aucupari laudē: aucupari gloriam. adeo .i. certe autem pridem hanc uiam .i. hanc uiuendi & parasitandi rationē. Est .i. extat. genus .i. modus .i. species hominū: q uolunt se eē primos .i. præcipuos omniū rerū. nec tñ sunt præcipui. confector hos .i. tales. non paro .i. nō præsto: nō præbeo: non offero: non instruo. me hisce .i. talibus. ut rideant .i. derideant me. sed arrideo: idest applaudo. uel pareo & assentior arridendo illis ultro .i. nō rogatus. quāuis Dona. dicat ultro .i. uersa uice, uel insuper. & simul .i. & ēt. admiror

Vltro plus est q̄ laudo. ingenia .i. natura: mores eorum. q. d. laudo quicqd dicunt. rursum .i. denuo si negant id quod laudarunt. quoq; .i. ēt laudo id qđ negarunt. qs .i. aliqs negat? ego ēt nego. qs inquā ait .i. affirmat. ego ēt aio .i. affirmo. postremo .i. deniq; imperaui mihi .i. induxi animū meū. assentari .i. cōprobari oia assentiendo, & adulando. is q̄stus .i. illud aucupium: alle uitæ modus: illud lucrum. est nunc uberrimus .i. copiosissimus. Par. hercle audio supple scitum hominem .i. scientem. hic facit prorsus hoies insanos. ex stultis .i. ex incōsideratis. reddit insanos .i. suæ mentis nō cōpotes: sed desipientes. Gna. prosequtur narrationē suā Interea loci: abundat loci: uel soni cā adhibetur: sicut interea tpis: nusquā terrarū: nusquā gentium: ubiuis loci: ubicunq; locorū. dum .i. quādiu loquimur hæc prędicta. ubi .i. postquā. aduenimus .i. accessimus. ad macellū .i. ad locū. ubi obsonia: (idest ea: q̄ uescendi cā in urbē essent allata: qualia sunt oīa q̄ adduntur pani & uino) uendebanť. Macellus. n. & Cupes: ut Festus & Donatus referunt ea snīa Varronis: duo Romani fuerunt: quorū ob latrocinium: uel, ut alii uolūt: ob proditionē patriæ damnatorū ædes dirutæ: atq; solo æquatæ sunt: ī areis aūt ubi ædes fuerant: uendi cœperunt obsonia .i. ea q̄ addūtur pani & uino: ac propterea locus ille uocatus est macellū uel forum Cupedinis: ut Festus inqt. Antiq ēt cupedia in neutro plurali: uel cupedias in fœminino noīabant lautiores cibos. Ait. n. Gellius libro sexto. capite. xiii. Cōiectabamus, inqt, ad cœnulā, nō cupedias ciborū: sed argutias quæstionū. cupedias posuit ꝓ cibis lautioribus. Cupedinarii aūt dicti sunt oēs: q esculenta & poculenta uendunt. uel, ut Seruius, inquit, Cupedinarios uocant uoluptatis & cupiditatis ministros. omnes ergo cupedinarii læti cōcurrūt obuiā mihi. s. Cetarii: qui maiores pisces uendunt.

SER. ¶ QVID credis fieri .i. acquiri his rebus .i. pp plagas: ac si dicat ꝓ nihilo putas me seq illā uitā: qa oīno eam dimisi, & aggressus sum aliā. habuerat. n. diu hāc uitā. & iō ille rusticus putauit eū adhuc pseuerare ī eadē uita: isti generi .i. generi nebulonū. differētia est iter parasitū & nebulonē. parasitus dr̄ proprie adulator. nebulo, q deuorat sua & aliena bona. Gnato uero prius fuerat nebulo: mō parasitus erat. aucupiū potest uocari omnis fallacia. bñ dixi nouum: quia ego inueni primus adeo quod nullus ante. est genus: exponit aucupiū est genus hoium. s. gloriosū. Hisce omnibus me paro & nō me paro ita ut ipsi prius redeant; sed his ul. ar. scitum indignatio Parmenonis. Cupedinarii: generale uocabulū oīum de quocūq; suo officio acquirere cupiunt denarios: diuidit per partes. cetarii .i. uendentes cete.

Cetarii, Lanii, Coqui, Fartores, Piscatores, * Aucupes,
Quibus & re salua, & perdita pfueram, & psum saepe.
Salutant ad coenam uocant aduentum gratulantur.
Ille ubi miser, famelicus uidet me esse in * tantum honorem, &
Tã facile uictũ q̃rere, ibi homo coepit me obsecrare ut
Sibi liceret discere id de me. sectari iussi,
Si potest, tanq̃ philosophorum habent disciplinae ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem ut gnathonici uocentur.
P. Viden' otium, & cibus quid faciat alienus? G. sed ego cesso.
Ad Thaidẽ hãc deducere, & * rogitarẽ ad coenã ut ueniat.
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem uideo
Riualis seruum salua res est nimirum hic homines frigent.
Nebulonẽ hunc certum est ludere. P. Hice hoc munere arbitrant
Suam Thaidem esse. G. plurima salute Parmenonem

* Aucupes uidetur adiectũ, nã & res pugnat uersui, nec ponitur a Dona.
* ds, tanto honore
* al. rogare

DONA. Lanii. Lanistae. Piscatores. Fartores. Cetarii.

CLANII.) Qui laniant pecora: unde & lanistae dicti, qui laniandis praesunt gladiatoribus. Sic & Macellum a mactãdis pecoribus dictũ. Piscatores.) Qui recentem piscem praebent. Fartores.) Qui isitia & farcimina faciunt. Cetarii.) Qui cete, id est magnos pisces uenditant, & bolonas exercent. Cetarii, Lanii, Coqui, Fartores. ἀμοιβὴ τμήματος Comicum, In palliata Romanas res loquitur. Quibus & re salua.) Cũ de meo impenderem. Et perdita profuerã.) Cum de alieno nanciscor, & expẽdo. Sepe.) Expletiuae significationis est. Ad coenã uocant.) Vtrũ ad emendã coenam? an ad cõuiuium? Ad aduentũ gratu.) Accusatiuum casum p datiuo, p aductui gratulant. Et aduentus pprie expectatorũ, necessariorũq; dicit. Ille ubi miser famelicus uidet me). Hic ostẽdit quae res coegerit ad discendum: & simul uide fm uulgi opinionẽ loqui parasitũ. Miserum & famelicum, hoiem honestis moribus pditũ. Ille ubi miser famelicus uidet me. Vide ut sententiose demõstret malos ex bonis contagione fieri, exẽplis in prauũ praeualentibus. Videt mihi hoc pdesse, & discere optat quod negabat se posse. In tanto ho.) Quia cõcurrũt, salutant. Famelicus a fame & edẽdo dictus est, q̃si famelicus. Tã facile uictum quęrere.) Quia ad coenam uocãt. Ibi.) Pro tunc. Homo.) Mire addidit hõ. aut additum supuacue Homo. Vt, Donat habere uiro decus & tu tamẽ in armis. Vt sibi liceret discere.) Quasi disciplinã, aut artẽ. tñ authoritatis criminum felicitas sumpsit. Discere id de me) Magis, de illo, & de me ueteres dicebãt, q̃ ut nos dicimus, a me aut ab illo. Sectari iussi.) Proprie. nã & sectae philosophoꝝ ab eo dictae sunt. Ex ipsis.) Philosophis. s. Ex ipsis uocabulae.) Vt Pythagorica, Platonica. Hoc igit non est consequens ad illud qđ uult dicere: nisi forte disciplinã pro discipulis posuerit. Parasiti ut Gnatonici uocent.) Non hoc intulit qđ coeperat dicere: nisi forte disciplinã p discipulis accipimus. Viden' otium, & cibus qd faciat alienus?) Rursus Parmeno & facetias dicit, & distinguit longiloquium parasiti. Quid faciat. Legit &, qd facit: ut sit figura p modos, pro, qd faciat. Hãc deducere.) Proprie. Nam ducitur qs ad suppliciũ, Deducitur ad laetitiam. Et rogitare ad coenam.) Vide parasitũ magis optare ad coenã Thaidem uocari, q̃ munus capere. Thaidis.) Legitur & Thais Salua res est.) Quia & ante ostiũ, & tristẽ uideo, salua res est. Nec hoc ualet ad laetitiam q Parmeno est, sed q riualis seruus. Salua res est. Prouerbialiter. Nebulonem.) Vel furem, quia nebulas obiiciat, uel mollẽ, ut nebulam: uel inanẽ & uanum, ut nebula est. Hice.) Pro hi, uetuste. Virgi. His certe neq; amor causa est, uix ossibus haererent. q̃a hisce debebat dicere. Hice hoc munere arbitrantur.) Non immerito Gnathonẽ deridet Parmeno, qui penitus nouerit meretricis consilium.

Aduentus. Famelicus. Disco de illo. Sectari. Sectae. Ducere. Deducere. Nebulo.

GVI. CLANII. i. qui pecora laniant: quorum officina dr̃ laniena. Inde lanistae deducti sunt, q laniandis praesunt gladiatoribus. Coqui. i. qui obsoniorũ decoquendorum curam gerunt. Fartores: q farcimina faciũt: quos uulgus pastillarios uocat. tametsi pastillus sit paruus panis & dulciarius. Horatius: Pastillos Rufillus olet. itaq; qđ dr̃ pastillus: deberet potius dici farcimen minus. Piscatores. i. ii, qui recentẽ piscẽ praebent. Aucupes. i. auium captores. ab auibus capiendis dicti: qbus tendunt insidias. qbus cupedinariis pfueram & re. i. substantia, & patrimonio. salua. i. cũ adhuc haberẽ patrimoniũ saluum. & re pdita. i. postquã rẽ meã cõsumpserã, quandoquidẽ manticinabar. i. furabar: uel dolose agebam de alieno. mãticinor aris uel manticulor aris: significat furari: uel dolose agere: q̃si ergo dicat cũ de meo impenderẽt & de alieno mantici nabar illis: semp profuerã & psum. expletiua est hic haec particula. saepe salutant me uocant ad coenã gratulant aduẽtum. i. ob aduentũ meũ: uel accusatiuus pro datiuo ponitur. Aduentus aũt proprie expectatorũ: necessariorũq; dr̃. ubi. i. postquã. ille miser famelicus. i. fame confectus. a fame & edẽdo: quasi famedicus. uidet me esse in tanto honore: & uidet me quaerere uictũ. i. alimoniam. tam facile. i. tã leui uia & ratione. ibi. i. tunc. homo. s. ille miser coepit obsecrare. i. uehementer, & quasi per sacra rogare me: ut sibi liceret discere id. s. artem parasitandi de me. i. a me. antiqui enim magis de illo, & de me dicebant, q̃ ab illo uel a me. iussi. i. praecepi illũ sectari me. i. esse sectatorem me: & proprie: nã & sectae: philosophorũ ab eo dictae sunt. si potis est. i. si potest: & est ei ingenium aptum. ut itidem. i. similiter parasiti uocentur gnatonici a Gnatone parasito. tanquã. i. ueluti. disciplinae. i. sectae philosophorũ. hñt uocabula ex ipsis philosophis s. Par. Parmeno interrũpit & distinguit longiloqum parasiti: neq; tñ ab eo sentitur. uiden. i. uides ne. qd otium. i. securitas: hoc est curarũ uacuitas, & cibus alienus faciat: q̃si ut Persius inqt Venter sit artis magister. Gna. Sed cesso. i. nimis cunctor, & tardo deducere hanc puellam ad Thaidẽ. ducitur qs ad suppliciũ. sed deducit in lętitiam. & cesso inquã. i. nimis cunctor rogare ut ueniat ad coenam: sed uideo Parmenonẽ tristem ante hostiũ Thaidis. seruum appositiue dcm̃. i. qui est seruus riualis. i. aemuli militis. s. Phędrię: q Thrasonis riualis erat. res est salua: prouerbialiter dictũ. i. res bene se habet. nimirũ. i. certe hi hoies frigent: cessant: remissi sunt, & pigri. nam pigrum frigus dicitur. certum est mihi. i. constitui apud me. & decreui eludere. i. decipere uerbis: uel deridere hunc nebulonem. s. Parmenonem. nebulonem, inquit. i. uel furem: q nebulas obiiciat, & tenebras sequatur. uel mollem ut nebulã. uel inanem & uanũ ut nebula est. Par. Isce pro is uetuste: scilicet Gnato arbitratur Thaidem esse suam hoc munere illius puellae.

Aduentus. Persius. Ducere & deducere.

SER. CLANII. i. carnifices: qbus & re salua pfuerã: dũ adhuc haberẽ mea patrimonia: & re pdita. s. postq̃ pria bona abligurii: p bona illoꝝ: qbus adulabar: iterũ pfui illis q adicebã: ab ille tales uendit pisces emere oportet. iussi sectari me. i. imitari & uidere quõ me haberẽ: si potis erat adiscere: & talia facere: sed eo pacto ut ipse: & non solum ipse, immo omnes alii istam sectam assumentes uocentur gnatonici. Itidem. i. similiter tanquã disciplinae: idest discipuli philosophorum habeant uocabula ex ipsis philosophis: ut Socratici: Platonici: sic gnatonici. frigere dicitur res quę est neglecta: unde nullus etiam sermonem facit. Isce ac munere. Isce noiatiuus est pluralis interpositus pro isce: sicut est.

CSummum

DONA. ℂSVMMVM suū.) χαιρετισμός [Greek uncertain] ℙ Sūmū suū impartit Gnatho. Hæc tota locutio, parasiticæ elegātiæ, & simul εἰρωνείας plena est. Nā & plurimā dicit ei salutē, quā ne exiguā quidē uelit cōtingere: & summū dicit eū, qui nec leuis amicus sit sibi: & Parmenonē Gnatho, nō ego te. ℙ Sūmū suū. Quam uenuste, ꝙ summū amicum nō resalutet Parmeno.

Quid agitur

ℙ Quid agit?) Pro blādimēto nō p interrogatiōe nūc ponit. ut, O nr̄ qd fit?

Statur

ℙ Quid agit? stat.) Pro, qd agis, sto. Et facete: nā stat, cui ingredi nō licet. ℙ At nunqd aliud?) Cum iurgio hic de illo respōdit: & iō repetit dictū Gnato. ℙ Qui dū?) Interrogat iterrogantē, ne ipse rīdeat. ℙ Nihil eqdē.) Dicens Nihil, mutauit uultū Parmeno in lætitiā. Iō illi facete Gnato agēti hoc ipsum, Ne sis dixit: ut pbaret tristē fuisse. ℙ Nihil eqdē. Pro nō. & infra, Nihil dixit ut sequeret se.

Sūmū suum impertit Gnato. qd agitur? P. statur. G. uideo.
Nunqd nā hic, qd nolis, uides? P. te. G credo. at nunqd aliud?
P. Qui dū? G. qa tristis es. P. nihil eqdē. G. ne sis. sed qd uidet̃
Hoc tibi mācipium? P. nō malum hercle. G. uro hoīem. P. ut
falsus animi est.
G. Quā hoc munus gratū Thaidi arbitrare esse? P. hoc nūc dices,
Eiectos hīc nos. OMNIVM RERVM HEVS uicissitudo ē.
G. Sex ego te totos Parmeno hos mēses quietum reddam.
Ne sursum deorsum cursites, neue usq; ad lucem uigiles.
Ecquid beo te? P. men'? papæ. G sic soleo amicos. P. laudo.
G. Detineo te fortasse tu profecturus alio fueras.
P. Nusquā. G. tum tu igit̃ paulū da mihi operæ, fac ut admittar
Ad illam. P. age modo, nūc tibi patēt fores hæ, qa istā ducis.
G. Num quē euocari hinc uis foras? P. sine biduū hoc prætereat.
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.
G. Etiam nunc hīc stas Parmeno? eho num nā hic relictus custos
Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet?

quasi ipse sibi Thaidē totā uēdicauerit: qđ miles facit.

GVL. ℂG. GNATO impertit plurima salute Parmenonē suū summū amicū: sup. qd agit. i. qd fit a te. s. Par. Statur a me. scilicet. i. ego sto, neq; ambulo: sed erectus ante hostiū maneo. Gna. uideo a te. s. stari. nunqd nā. i. quid uides hic qđ nolis uidere. s. Par. Video inquā te quē nolim uidere. Gna. At. i. sed. nūqd aliud uides. s. qđ nolis p̄ter me. Par. qd tum idest qd tunc esset: si aliud uidere: qđ nolim: uel quid deinde uis dicere. Gna. qd: idest cur es tristis? Par. quidem nihil. i. p̄pter nullā rē sum tristis· uel cape nihil p non. Gn. Ne sis. i. noli esse tristis. sed quid. i. quæ res. hoc mācipium a. hæc serua puella uidet̃ tibi: idest qd dicis de hoc mancipio. Par. Hercle non est malū mācipium. i non est inuenustū, neq; deforme. Gna. Vro: idest incendo hoīem. scilicet Parmenonē. uel

Mācipiū

ℙ Hoc tibi mā.) ἀνδράποδον [Greek uncertain]. mācipiū dicit puellā, aut uirginē. ℙ Nō ma. Her.) Inimica laudatio. ℙ Vro ho. Sibi hoc gestu & uultu parasitico dicit. & pro eo qđ est, dolere cogo. ℙ Vt fal. ani. ē.) Sic & Parmeno secū gestu seruili. & aī, p aio, ἀντίπτωσις ueterū: q ingēs es uirū, & diues es opum, amabant dicere. ℙ Vt fal. aī est. Ex hoc falsus aī est, ꝙ putat hmōi munere capi posse Thaidē. ℙ Quā hoc mu. gr. Th.) Mire insultat Gnato. Quāto n. magis munus gratū fuerit, tāto erit riualis exclusior. ℙ Oium reꝝ heus uicis. ē.) Vide locū in quo erūpere dolor Parmenonis potuit, nisi cōmissa seruaret, & celaret Thaidis cōsiliū. ℙ Sex ego te to. &c. Quid ē totos? an diebus & noctibus? utpote amatoris seruis: ac p hoc sine ulla cessatiōe, & intermissiōe. ℙ Hos mē.) Hos, q nūc aguntˀ. i. hoc tpe ℙ Quietū red.) Facete, q̄si hoc ipse fecerit & hoc ē qd ait, Plurima salute Parmenonē summū suū impartit Gnato: tanq̄ amico cōsultat. ℙ Ne sur. decur.) Qđ est laboris. ℙ Ne ue usq; ad lu. ui.) Qđ est exitii.

Detineo

Dare operam

ℙ Sic soleo Amicos. Hoc εἰρωνικῶς. ℙ Detineo te.) Valde teneo. ℙ Fortasse tu pfe. alio fu.) Vult exprimere cōfessionē ꝙ ad Thaidē uenerit, sed intrare nō possit. ℙ Paululum da mi. ope.) Hoc q̄si supplicātis uultu ad irrisionē dr̄. ℙ Paululū da mihi opæ. Proprie sic dr̄, adiuua me. Sic in Adelphis, Hęc opa ut data sit. ℙ Nūc ubi pa fo. Ex eo q̄cū licere oportuit ostēdit, * quā misere nihil illi liceat Parmenoni. ℙ Quia istā ducis.) Hoc q̄si ad Gnatonē: sed lente, ac sub lingua murmurat. ℙ Nū quē q̄ euo. hinc uis fo.) Quia ipse itrare nō pōt. ℙ Sine bi. hoc pter eat.) Et hoc lētius. nā si aliter pnūtiaueris, secreta pdunt̃ ℙ Qui mi.) Mihi τῷ ἀττικισμῷ dictū est. ℙ Fortunatus.) Vt ipse uideris tibi. ℙ Næ tu.) Ne, ualde. ℙ Insultabis fo.) Sallu. Multos tñ ab adolescētia bonos insultauit. ℙ Næ tu istas faxo cal. Mira eloq̄ntia, in qua utraq; ὑπερβολὴ exp̄ssissima ē. Nā neq; uno digitulo minus aliqd dici pōt: neq; calcibus sæpe insultabis, aut amplius, aut igentius. ℙ Nū nā.) Hic nā abūdat, ut qdnā. ℙ Relictus cu.) Bene relictus: q̄si ab excluso. ℙ Ne qs for. inter. Proprie, internūtius. ℙ Ne qs forte internūtius. Ex his uerbis dat̃ itelligi parasitū e domo meretricia egredi. ℙ Ne qs forte internūtius, clā a milite, ad istā cursitet. Et hoc facete

uro. i. dolore nro hoīem. Par. ut. i. q̄tū ē falsus aī. p aīo. antiptosis. i. q̄tū errat & deceptus ē. Gna. Quā. i. q̄tū. arbitraris. i. putas hoc munus eē gratū Thaidi. Par. dices nūc nos me & herū eiectos. hinc. i. ex domo Thaidis hoc munere. s. heus uicissitudo. i. pmutatio: uel alterna mutatio oīum reꝝ ē. Gn. O Parmeno ego reddā. i. efficiā te qetū hosce sex mēses totos. i. integros. sine ulla itermissione: aut cessatiōe. ne cursites. i. frequēter curras sursum deorsum. i. huc & illuc. neue. i. uel nō. ut uigiles: imo ut dormias usq; ad lucē: neq; noctē isomnē ducas ecqd. i. nūqd beo te. i. te beatū facio. Par. Men. i. me ne beas. papæ: admirantis. Gna Soleo sic beare sup amicos. Par. Laudo illud. s. Gna. Detineo te. i. impedio te: & remoror. fortasse eras pfecturus alio. i. in aliū locum aduerbiū. Par. nusq̄. i. in nullū locū erā pfecturus. Gna. Igitˀ tū. i. deinde. da mihi paululū opæ. i. paꝝ adiuua me ut admittar. i. introducar ad illā Thaidē. Par. age: hortātis pticula. mō. i. tātūmodo. uel nūc fores patēt. i. apertæ sunt nunc tibi: qa ducis istā puellā. Gna. Nū. i. nūqd uis queq̄. i. aliquē euocari hic. i. ex domo foras ad te. s. Par. Sine. i. pmitte: aut expecta qđ sup. hoc biduū. i. duoꝝ dieꝝ spatiū. p̄tereat. i. traducat̃ effluat. faxo. i. faciā, qđ sup tu q fortunatus. i. cui pspere oia cedūt: aperis mihi nūc fores uno digitulo. i. facillime. næ. i. ualde, uel certe. isultabis. i. pulsabis sæpe istas fores calcibus. i. pedibus: seu talis pedū, & qdē frustra. i. neq̄ quā: incassum dicimus insulto tibi & te: insulto foribus & fores. Gna. Etiā o Parmeno tu stas hic. q. d. non admitteris intro. eho iteriectio attētionē mouēs. nūnā. i. nūqd. nā ē syllabica adiectio: ut qdnā es sup. relictus a Phæ. sup custos. i. speculator, & phibitor. ne forte qs. i. aliquis internūtius. i. amānum minister: qui nūtia mutua defert. cursitet clā. i. secreto a milite ad istam Thaidem.

Antiptosis

Insulto tibi & insulto te

SER. ℂQVI dū. i. q̄ō dū ē. adiectio syllabica: ac si dicat q̄ō pertis nescis q. d. nec ego nolo ut sis tristis uro hoī. h secū dic: ut. i. q̄r ē. falsus aio. i. dolosus. qa qcqd dicit ad meū obprobriū dicit. q̄. i. q̄tū. arbitrare. i. arbitreris & c. hoc munere nō dices & c. laudo illđ. s. ne. i. certe. faxo. i. faciā. isultabis. i. īpulsabis calcibꝰ istas fores. & tūc frustra. ēt nūc. i. adhuc nūqd era t. nūqd nā a milite: qa dixerat cū fieret: idignatˀ ita Par. dcm̄ ē.

DONA. ¶FACETE dictum. εἰρωνικῶς. quia in facete. ¶ Mira uero, militi quae placeant.) Mira, pro mirū. Virg. Nota tibi. & est εἰρωνεία. Quid mirū est, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat? Potest tamē & pluraliter intelligi. ¶ Sed uideo herilem filium.) Non potest Teren. πρόσφυμα pprie dicere: & iō herilem filiū dicit. ¶ Miror qd ex Peiraeo abie.) Hic cā ostendit, cur pōt ignotus esse uicinis, & p Eunucho fingi. ¶ Miror. Pro nescio. ¶ Miror qd ex Peiraeo abierit. Vt ex Peiraeo discederet, symbola amicorū: ut huc pueniret omisso negocio, aspectus uirginis fecit. ¶ Nā ibi custos pub.) Aduersus p̄donum incursus illic excubabat iuuentus Attica. Peiraeū, ut Sunium, est maritima & accessu littoris pars clemētior. ¶ Publice est nunc.) Nūc ambigua distinctione positū est. ¶ Et properās uenit.) Mire locuturū ante formauit, ut gestus uerba praecedant, uerba habitum cōsequantur. ¶ Nō temere est.) Vt Virg. Haud temere est uisum.

P. Facete dictum. mira uero, militi quae placeant.
Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.
Miror quid ex Peiraeo abierit nam ibi custos publice est nunc.
Non temere est, & pprans uenit nescio quid circūspectat.

GVI. ¶PAR. Facete dictum est. sup. ironice. s. quasi infacete i. inepte illud dictum esse intelligat. uero. i. sed. mira. i. mirū: hoc est qd mirum est sup. ea facete esse dicta: quae placeant militi: quasi uero delicatas aures habeat in dignoscēdis facete dictis ab infacete dictis. hoc aūt totum p ironiā intelligendū est. uel ea sunt sup mira q̄ placeant. m. Sed u. fi. he. i. filium heri mei. s. Chae. fratrem Phae. minorem natu. s. iuniorē Phae. aduenire huc. miror. i. nescio. qd. i. cur abierit a. discesserit. ex Pyręo, idest ex oppido in attica: quod oppidum portus erat Atheniēsium. pars enim illa maritima accessu littoris erat clemētior: quare miror. nam est ibi. i. Pyraei. publice. i. ex publico constitutus custos aduersus praedonum incursus. illic enim iuuentus attica excubābat. nunc nō temere est. i. inconsiderate hic sup. q. d. nō sine cā & consideratione: nunc est uisum ei huc uenire uel esse & i. etiam. uenit h. p. i. festinus. circū spectat. i. circūlustrādo oculis oīa mollit nescio qd & parat.

SER. ¶FACETE. s. qa facetus ē iste seruus militis & nō ē mirū: si tā bonus seruus ē militi: qa mirās semp ē. i. mirabilia ea, q̄ placēt militi hoc totū iro, Pyraeū est uilla suburbana iuxta Athenas: ubi erat paedagogus, & custos puerorum.

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

CHAEREA, PARMENO SERVVS.

Greticus

OCCIDI.
Neq; uirgo est usquam neq; ego, qui illam e conspectu amisi meo. *Octonarii Iambici*
Vbi quaeram? ubi inuestigem? quem percontēr? quā insistam uiam?
Incertus sum. una haec spes est, ubi ubi est, diu caelari non pōt.
O faciem pulchram deleo omnes dehinc ex aīo mulieres.
Taedet harū quotidianarū formarū. P. ecce aūt alter, *Trochaici tetram.*
Nescio qd de amore loqtur. o infortunatū senem.

DONA. Occidi.) In hac scena nouus amor adhuc ephebi & cōsilium demonstrādae uirginis demonstrat tanta uirtute poetae comici, ut hoc cōmentū nō quaesitum esse, sed occurrisse sua sponte uideatur. ¶ Occidi: neq; uirgo ē usq̄. Non habuit quid dicere debeat aliud, properans & circūspiciens, nisi occidi. ¶ Occidi. Produc mediam syllabam uerbi huius, & cōtrarium significat. ¶ Neq; ego, qui illā e cōspectu amisi meo.) Amatorie, dum illam nō inuenit, & se perdidit. ¶ Vbi quaeram?) Hoc circūspectantis est. ¶ Vbi inuestigem?) Plus intulit. ¶ Quem percontēr?) Hoc tertium plus intulit, nam ubi nec uestigia reperiunt, superest interrogatio. ¶ Quam insistā uiam?) Si nec qui interroget apparet. ¶ Quā insistā uiā? Et qua uia, legitur. ¶ Vbi ubi est, diu cęlari non pōt.) Ob nimiam scilicet formae gratiā. ¶ O faciem pulchram.) Faciem modo, non partem corporis dicit, sed totam spēm, quae apparet & cernitur. Virg. Quibus aspera quondā Visa maris facies. ¶ Deleo omnes dehinc ex animo mulieres. πρὸς τὸ πιθανὸν argumētatus est, ut ostēderet hunc grādem iam ephebum etiam amoris expertem non fuisse. Sic & alibi, Cū me ipsum noris q̄ elegans formarū spectator siem, In hac cōmotus sum. ¶ Quotidianarum.) Hoc est leuium, & usitatarū: est quippe huic contrariū, Noua figura oris Papae. ¶ Ecce autem alterū.) Sic dicimus, cum propter alterum, de altero uenit in mentem. ¶ Nescio quid de amore loquit.) Vt iam dudum Phaedria loquebat. ¶ O infortunatum senem. Hoc dictō praestruxit ad exitum fabulae ac Catastrophen. Nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex per fallaciā Pythiae, & indicium Parmenonis: atq; ita firmabunt nuptiae uirginis, quā ducet Chaerea.

Quaerere. Inuestigare. Percōtari. Facies. Quotidiana forma. Ecce autē alteṛ.

GVI. Occidi &c. In hac scena nouus amor Chę. ephebi ostendit: & consilium potiendę uirginis demonstratur. Chę. Chęrea inducit tanq̄ pperās & circumspiciens uideret ne puellam cuius in amor exarserat. Occidi: media breui ab ob & cado: pro morior. i. mortuus sum: siue perii: ac perditus sum: neq; uir. i. puella ducta ad tba. est usq̄. a. i aliquo loco: quem asp eiam: neq; e. s. iquā usquā q. d. eam perdendo me quoq; pdidi: & hoc amatorie: nam dum illam non inuenit se ipsum perditū censet: neq; e in. s. u. q. s. ego amisi il. e. cō. m. a. n. s. i. dubius ubi inue. i. per uestigia eam sequar. quem hominem per. i. nescio quē interrogē si uestigia desint: incertus etiam sum qua uia insistā. i. quod iter teneam. sequendo eam: haec est s. me. i. ppua expectatio & fiducia. ubi ubi. i. ubicūq; est: non potest caelari diu ppter nimiam formae gloriam. o: admirantis est faciem. i. formam totam ac facturā: & spēm totam: quę apparet & cernit. pulchrā. i. uenustam. ibi particula o: accusatiuo iungit & admirantis est: ut Virg. O For. n. b. si. s. n. a. interdum etiam iungit noīatiuo & uocatiuo: in quibus structuris pūt subaudiri uerba pro legentium arbitrio. dehic. i. a modo. de. ex. a. m. i. aufero ex aīo & oblitero oēs mulieres alias ab hac puella. me. t. i. tędio afficior harum formarum. i. facierum. quotidianarū. i. leuium & usitatarū. Par. aūt. i. sed. ecce in conspectu adest tanq̄ repentinum malum: alter filius loquit nescio qd: per indignationē dici saepe solet nescio qd: & per cōtēptum de amore exclamantis & dolentis est. senē. s. patrem horū iuuenum Phaedriae & Chaereae. infortunatum. i. infelicem.

SER. Occidi. Incitata uolūtate Par. per delusionē parasiti ad pulchriorē Eunuchum ducendum: adest facultas uoluntatis. i. chaereae: qui diligit unam puellam: & optat se duci pro Eunucho iste Chęrea uiderat uirginem quam ducebat Gnato: dum de scholis ueniret: in qua statim incensus: obuiatione cuius senis eam amiserat: unde conquerendo uenit dicens haec uerba scenę: Occidi neq; uirgo est usquā. quātum ad me. ecce aūt alter: fratrem: senem uocat patrem Phę. & Chę. huic Chęrea est qui fiet &c. illum alterum. i. Phaedriam.

¶Hic uero

DONA. ¶ HIC uero est.) Vtrũ senex, an Chęrea? sed senex potius. ¶ Hic uero est.senex. ¶ Qui.s.Chaerea. ¶ Praeut huius ra. quae da.) Prae, ex comparatione significat. Ergo pprie & ẽ integra locutio: & ordo est, praeut illa sunt, quae huius rabies dabit. Et bene Dabit, quasi de re uiolenta. Vt, Dabit ille ruinam Arboribus. ¶ Praeut huius rabies quae dabit? Hic ex parte characteris iscius qdẽ est personae Chaereae, quẽ moribus cõiicit seruus ardẽtiorẽ in amorem ferri posse simul ac coeperit. ¶ Praeut huius rabies quae dabit. Et hic ostenditur iampridem motũ in res uenereas Chaeream & magna poetae cura est, ne incredibile uideaĩ, adolescentulum qui p eunucho deduci potuerit, tã expedite uirginẽ uitiasse. quocirca artifex summus, qď ętati nõ põt, naturę attribuit Chaereae: ut calidior ingenio, & ante annos amator, non libidinẽ i sese, sed quandam rabiem designauerit in uenereos appetitus.

Prae

Dare

CH. Hic uero ẽ.q si amare occeperit, ludũ iocũq; *Iãb.tetram.catalecti.*
Dices fuisse illũ alterũ, p̃ut huius rabies q̃ dabit. *Iãb.acatalecticus*
Vt illum dii, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est: *Iamb.tetram.catalecticus.*
Meq; adeo, q̃ restiterĩ tũ aũt, q̃ illũ nõ flocci fecerĩ. *Tetra.acata.*
Sed eccũ Parmẽonẽ. salue. P. qd tu es tristis, qdue es alacris?
Vnde is? CH. ego nescio Hercule, neq; uñ eã, neq; quorsũ eã:
Ita prorsum oblitus sum mei. *Dimeter Iãbicus*
P. Qui quaeso? CH. amo. P. hem. CH. nũc te Parmeno ostendes qui uir fies.
Scis te mihi saepe pollicitum esse, Chaerea aliquid inueni
Modo qď ames: in ea re utilitatẽ ego faciã ut cognoscas meã.

Vt

¶ Vt illum.) Pro utinã. ¶ Dii deaeq; senium perdant. Plus dixit senium q̃ senem. Nec mireris, post Senium, Qui additum: ideo quia declinationẽ ad intellectũ retulit: ut alibi, In Eunuchum suã. Et senex, ad aetatem referĩ: Senium, ad cõuitium. sic Lucilius ait, At qdem te senium, atq; insulse sophista. ¶ Remoratus est.) A remora pisciculo, q & ἐχενηΐς uocaĩ, Remoratio & remoratus dĩ. ¶ Tum aũt, q illum.) Tum autem, pro &. Duas uult enim causas esse, cur seipsum dii perdant: unam q restiterit: alteram, q senem peruersitus diu remanserit a persequẽda uirgine. Et nota Floccifecerim, & contemnere, & non cõtemnere significare: ut nunc, Qui illum floccifecerim. deest Vel: ut sit, uel floccifecerim. ¶ Quid tu es tristis? quidue es alacris?) Prouerbiale est in hoiem perturbatum & incerti uultus. Aut lętus es nam alacris, l litera pro d posita, non tristis, idest ἀδακρυς intelligitur. ¶ Quidue es alacris? Et alacer & alacris dicit: ut habes apud Virgilium, Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna. ¶ Quidue es alacris? Alacritas, est mutatio quaedam uultus gestientis in spem aliquã. ¶ Vnde is?) Modo ad quid uenis significat. sed Eo, de loco ad locũ ueteres dicebant: quod mox in subiectis pbabitur. ¶ Quorsum eam? Bene: quia proxime dixerat, Vbi quaeram? ubi inuestigem? quem percontęr? quam insistam uiam? incertus sum. ¶ Quorsum eam? Hinc ut diximus manifestum ẽ, Ire & aduentum significare. ¶ Ita prorsum oblitus sum mei. Huic contrarium, Dũ memor ipse mei. Ergo oblitus mei, insanus. ¶ Ita prorsus sum oblitus mei. Prorsus. recta, idest omnino nã prorsum. est porro uersum, idest ante uersum, hinc & prosa oratio, quam non inflexit cantilena. ¶ Hem. Si cum H, Parmeno. si leniter, Chaerea. ¶ Ostendens q uir fies.) Non, si uir fies: sed qui uir fies: quod est ἐμφατικώτερον. si quaesisset quidem. qui uir fies. An debeat praestare qui uirum se sic monstraturus est? Et uir modo, non ad sexum, sed ad aetatem dicitur, sed ad laudẽ. ¶ Qui uir fies. In ueteribus inuenit. ¶ Saepe pollicitum esse.) Pollicitum, quod promittẽtem ultro significat, dixit. & saepe pollicitũ se: an necesse sit praestare eũ qui pmiserit? ¶ Chaerea aliqd inueni. Induxit μίμησιν pragmatice, more suo, nõ contẽtus dicere quid pollicitus sit tantum, sed quo modo etiam, & quibus uerbis. ¶ Modo, quod ames. Tantummodo. quasi haec mora sit pmissis complẽdis. ¶ In ea re utilitatem ego faciã ut cognoscas meã.) An possit qui posse se affirmauit?

Alacris

Alacritas

Prorsus

Prosa oratio

Pollicitus

Modo

plus est pbasse quod pmiserit, q̃ ostendere q possit.

GVI. ¶ VERO.i.sed. hic: idest talis Chaerea sup. est. Donatus tamen uult per hic intelligatur potius senex: malo tamen ut Chaerea ppter sequens relatiuum. qui non referendum ad senem: sed ad Chaeream. qui.s. Chęrea si occeperit. i. inceperit amare. dices. i. diceret aliquis illum alterum. s. Phaedriam fuisse ludũ & iocum. Ludus est in facto: iocus in uerbo. praeut illa erunt sup. quę rabies: idest insania amoris huius Chaereae. dabit: idest mouebit. dicit enim sic elagãter solet. Hoc non est nisi ludus & iocus: prae ut illa sunt: quae fecit alter. praeut illa sunt: hoc est in comparatione eo℞ quae alter fecit. Prae enim saepe significat in comparatione: ut Cicero ad Sulpitium: At contra nobis non tu quidem uacuus molestiis: sed pro nobis beatus uideris: scilicet prae nobis dixit in comparatione & respectu nostrum. Itaq; pręut particula non quidem praepositio: sed aduerbium: retinet significationem illius prępositionis prae: sed casui non seruit: & ea est ita utendũ: ut dictum est. Chae. ut: idest utinam. Dii & Deae perdant. i. destruant. illum senium: idest illum senem: in quo dicto nõ respexit genus: sed intellectum tantũ. dixisset enim illud: at quia senem intelligebat: dixit illũ: & senium apposuit ad cõuitium senis illius cognati patris. qui eum detinuerat: qui retulit ad intellectum nõ ad uocabulum. qui scilicet senex. remoratus est: idest detinuit me hodie. Remoror remoraris sgñat detineo detines: diciturq; a remora remorae: qď significat pisciculum echeneidem nomine naues remorantẽ. & adeo: idest ualde, uel certe. Dii & Deae perdant me, qui restiterim: idest cessauerim sequi uirginem propter eum: autem: idest sed. tum: idest deinde. uel cape illas particulas pro, & rpetendo Dii & Deae etiã perdant me: qui non floccifecerim: idest contempserim illum senem. sed eccum: idest ecce prope uideo Parmenonem. deinde ut accessit ad eum subiuxit: salue Parmeno: idest saluus sis Parme. quid: idest cur es tristis: idest uultu moesto. quid ne: idest cur non es alacris: idest laetus. unde is: idest uenis. auctores enim & eo p uenio: & rursus uenio pro eo, indifferenter utuntur. Chae. Hercle ego nescio, neq; unde eam: idest ueniam. ita prorsus idest adeo omnino sum oblitus mei: idest adeo totus sum amoris insania correptus. neq; scio supple quorsum: idest uersus quam partem eam. Par. quęso qui. i. quomodo: uel cur ita es tui oblitus. Chę. amo: idest amore sum correptus Par. Hem: interiectio indignantis. Chae. o Parmeno nunc ostendes quis: idest qualis uir sis: idest quantam potestatem & uirtutem habeas. uel quantum fidelis sis pmissis stãdo. tu scis te pollicitum esse: idest sponte tua mihi promisisse. & quidem in haec uerba siue in hanc formam. & est mimesis: qm̃ nõ est contentus dicere quid sit pollicitus: nisi etiã dicat quomodo: & quibus uerbis. uerba haec sunt: O Chaerea inueni. i. excogita: elige. modo: idest tantummodo aliqd quod ames. i. quod sit tibi cordi. ergo Parmeno faciam ut tu cognoscas meam utilitatem. i. quãtũ ero tibi utilis in ea re: quã amabis. & scis in quã te esse id pollicitum.

Praeut

Remorari

Floccifacere

Eo pro uenio & e contra

Qui pro quaeso

Polliceri

Mimesis

SER. ¶ PRAEVT huius rabies. i. comparatione horũ, quae dabit rabies huius Chaereae pręut: ut est ibi syllabica adiectio. Vt: idest utinam illum senem floccifecerim: idest paruipenderim qd ita alacris huc & illuc respiciendo. unde is: idest uenis. qui. i. quomodo quęso.

Cum in cellulā ad te patris penū oē congerebā clanculum.
P. Age iepte. CH. hoc hercle factū ē. fac sis nūc ꝓmissa appareāt,
Siue adeo digna res est, ubi tu neruos intendas tuos.
Haud similis uirgo est uirginū nostrarum quas matres studēt
Demissis humeris esse, uincto pectore, ut graciles fient.
Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.
Itaq; ergo amāt. P. qd tua istæc? CH. noua figura oris. P. papæ.

DONA. Penus

¶ CVM in cellulam.) Sic dicit anus * quę & ac ceperit beneficium. ¶ Patris plenum oē.) Ipsum penū: non ex eo aliquid. ὑπερβολικῶς Et hoc penu, & hic penus, & hæc penus, ueteres dixerunt. Ergo & omnem & oē legit. ¶ Congerebam clanculum.) λάθρα κρύφα. ¶ Age inepte. Qui dubitas de promissis, an qui exprobres te multa esse largitū? ¶ Hoc Hercle factū est.) Inueni quod amē. hoc qd dicebas, inquit, mōstrare esse, iam factū est amo. ¶ Promissa appareāt.) Vtilitatem ut cognoscam tuā. ¶ Siue adeo digna res est.) Si persona Parmenonis est, Siue abūdat: & pro expletiua coniunctione modo est. In quibusdā omnino non legitur. Adeo autem abūdat, aut nimis significat, uel satis. Si Chærea dicit: hic ordo, & sensus est: Fac si uis nunc, siue adeo digna res est, ubi tu neruos intēdas tuos, ut ꝓmissa appareant. ut sit Sis si uis: & addat Vt quod deest. Fac ut promissa appareant. ¶ Vbi tu neruos intendas tuos.) Vtrum obscene hoc, ut seruus: an μεταφορικῶς, ubi laborare ac periclitari debeas? Sed melius legunt qui hoc totū ad psonam applicant Chęreæ: & melius q̄ qui Parmenonē hoc putant loqui, Siue adeo digna res ē ubi neruos intēdas tuos.

Noster

¶ Haud similis uirgo est uirginū nostrarum.) Ciuium scilicet, id est terræ ac patriæ nostræ, ut Virgi. Non eadē arboribus pendet uindemia nris. Et Sallu. Nostri fœda fuga, &c.

Demissi humeri

¶ Quas matres student.) Hoc uerbo ostendit cultum industriæ, non pulchritudinē naturalē. ¶ Demissis hume. eē.) Antiqui eni Græci et uirginibus suis præbebāt palæstram, ad componenda corpora. Vel, demissis humeris esse, liquide & molliter deductis, neq; extātibus alæ in modū. ¶ Vincto pectore.) Castigato ac tenui, & uelut uincto. Deest ergo uelut. ¶ Vt graciles fient.) A singulari gracilis uenit hęc declinatio. ¶ Demissis humeris esse, uincto pectore. Nō accipiendum est quasi hoc dicat. Ad hoc illas student matres demissis humeris esse, & uincto pectore, ut graciles fient: quasi hæc duo ꝓpter unum illud fiant, sed uarie tria dixit, ne diceret. * aut student illas demissis humeris, & uinctum pectus, ut graciles fient.

Habitior. Habitudo. Habilis

¶ Siqua est habitior.) Vnde & habitudo dicitur ut, Quę habitudo est corporis? nam habilior, aptior intelligitur. Vt, Nāq; humeris de more habilem suspenderat arcum. Ergo habitior, legendū est. ¶ Pugilem esse aiunt.) Laus in uirginē. ¶ Deducunt cibū.) Mire uituperauit formā, quam accurauerit fames. Et proprie, deducūt. ¶ Tametsi bona est natura.) Bona, idest plena, magna, & pinguis. ¶ Reddūt.) Exhibent, ꝑficiūt. ¶ Curatura.) Cura, mentis est: Curatio, medicinæ: Curatura, diligentiæ. ¶ Iunceas.) Tenues & pallidas. ¶ Itaq; ergo amātur.) Itaq; inqt, nemo illas amat. εἰρωνεία est. aut uere amantur: ut eo magis hæc amanda sit, quæ naturæ beneficio, nō factis cōptibus, aut industria est pulchra. ¶ Itaq; ergo amātur. Atq; ita fit ut amētur: nō naturæ merito, sed industria. ¶ Quid tua istæc? Recte: sic enim ipse dicet, At nihil ad nostram hanc. ¶ Noua figura oris.) Laudis genus est, noua: quia dixerat, Tedet quotidianarum harum formarum.

Cura. Curatio. Curatura. Iunceus

Nouus. Pāpę

¶ Quid tua istæc? Deest, qualis est, dic. ¶ Papæ.) Interiectio, mira subito accipientis.

GVI. Congerere. Cęlla. Cęllariū. Cælula

¶ CVM. i. qn̄. congerebam. i. uel coadunabam, uel cōportabam ad te clāculū. i. secreto: occulte. & qn̄ congerebā ad te in cællulam. i. in aliquā camerulam uel in alium locū domus aptū reponendis, claudēdisq; rebus. Cælla enim ab eo dicta est qꝛ eam clausam esse conueniat ob ea quæ in ea cælantur: & cælla & cællarium dicitur: reponendis, claudendisq; rebus esculentis: & poculentis: itaq; cælla uel cællula a cælando rite dici debet: qꝛ in ea cælentur reposita. cū ergo congerebā clanculū ad te in cællulā oēm penū patris. i. quicqd esculentum, & poculentū pater habebat domi repositum longę uisionis causa: non ad quotidianū usus: & hyperbolicos est. Veteres autem dixerunt & hoc penus & hic penus & hęc penus. Item & hoc penu īdeclinabile. Par. o inepte qui. i. dubitas de ꝓmissis. uel iactas te multa largitum. age: uel hortātis est: ut inuenīat aliqd quod amet: aut sit uerbū. i. effice ergo: ut aliqd īuenias. Chæ. hercle hoc est factum. i. inueni quod amē. fac i. effice. nunc sis: idest si uis sicut cape sis. i. cape si uis. Persius Vide sis: ꝑ si uis. itellige ergo sic, fac sis i. si uis: ut sup. ipsa ꝓmissa tua appareāt nūc. si adeo. i. certe, uel ualde, aut satis digna res. ubi. i. in qua tu intendas neruos tuos: idest labores. ac periclit eris. i. de tuis uiribus capias periculū. Alii applicāt illud dictū: siue adeo digna res est. Vbi tu neruos intendas tuos ad psonam Parmenonis, sed melius, ut sentit Donatus, totum applicatur personæ Chęreæ. uirgo illa haud. i. non est similis nostrarū uirginū. i. uirginum nostrę terrę & patrię. dicimus enim similis huic & similis huius q̄s. i. uirgines. nr̄as matres studēt. i. laborant: dant operam esse humeris demissis: idest habere demissos: & non extantes humeros: & quas student esse pectore uincto: idest castigato, tenui, represso, cohibito, nō permisso distendi: neq; diffluere. aliqui habent iuncto (sed Donatus legit uincto, quem puto sequēdum) ut sint graciles. Siqua est uirgo paulo habitior. i. uegetior: aptior. Inde habitudo corporis dicitur: quasi status eius & factura seu aptitudo. uel cape hoc dictū sic: si qua est habitior. i. si est aliquanto corpulentior, q̄ deceat puellam: & est quod barbare dicitur: si aliqua est in satis bono puncto: ubi diceret recte: si qua est habitior paulo. aut, ut Gellius hēt, si qua ē corpore bene habito, ac uegeto. aiunt i. dicunt, matres uel hoīes eam esse pugilem. i. pugnæ aptā quod uiroꝝ potius est cū mulieres sint imbecilles. etiam audire est colonos appellantes mulierē corpulētam, ac robustā militem. matres inquā deducunt. i. diminuunt illis puellis cibū, & dietā illis imponūt. tametsi i. quāuis natura earū puellaꝝ est bona. i. plena: magna & pinguis. reddunt. i. exhibent: ꝑficiunt eas iunceas. i. tenues & pallidas. tali curatura. i. tali diligentia. Nam curatio est medicinæ: curatura est diligētiæ. ergo ita: idest eo pacto amātur. per ironiā. q. d. nemo illas pallidas amat: quas curatura tales fecit: sed eas potius, quæ natura. uel intellige sine ironia. q. i. & ergo amant ita: idest tali industria: & curatura efficiuntur: ut amentur non naturę beneficio. Par. qui interrogandi modus est distinguendo a sequētibus, deinde dic supplecut ait Donatus qualis est istęc: idest ista puella tua, quam scilicet amas. Chę. noua. i. inaudita: inusitata. forma. i. figura. uenustas oris. i. faciei est supple illi. uel si uis sint ablatiui casus: & tunc sic ordina: quia petierat Parmeno qualis eēt subdit est sop. noua forma oris: idest habet nouā faciei figurā. Par. papæ. interiectio admirantis uenustatem uirginis.

Hyperbolicos

Sis p si uis Persius

Similis huic & huius

Gellius

Iunceus

Papę admirātis SER.

¶ AGE. i. eia: inepte qui imperas mihi beneficia ludendo dicit. hercle factum est. i. facta est promissio tua. & ideo fac ut cō. &c. uincto corpore cum fasciis habitior. i. pinguior, & tametsi natura est bona. i. pinguis: tn̄ reddunt iunceas. illud bona tractum a terra: quæ quando est pinguis dicit bona & fertilis. hæc talia uerba Chęreæ exprimunt desiderium amantis astęc tua quid est quod est pulchra.

CH. Color uerus. corpus solidum, & succi plenũ. PH. anni? CH. anni sexdecim.

P. Flos ipse. CH. hãc tu mihi uel ui, uel clã, uel pcario *Senarius catalecticus uterque*

Fac tradas: mea nihil refert, dũ potiat modo.

P. Quid uirgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. unde ẽ? CH. tantundem. P. ubi habitat? *Iambici tetrametri catalectici*

CH. Ne id quidem. P. ubi uidisti? CH. in uia. P. qua rõne amisisti? CH id equidem.

Adueniens mecum stomachabar modo: neq; *Iambici trimetri*

Quẽquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonæ

Felicitates omnes aduersæ sient.

P. Quid hoc est sceleris? CH. perii. P. qd factũ est? CH. rogas?

Patris cognatum, atq; æqualem, Archidemidem

Nostin'? P. quid ni? CH. is, dũ sequor hãc, fit mihi obuiam.

P. Incomode hercle. CH. immo †enimuero infeliciter. *Elide u*

DONA. [Color uerus] [Succus] [Solidũ corpus] ¶COLOR uerus.) Quia nõ. de cura est, ac de fuco, idest naturalis, non fucatus. ¶ Corpus solidum.) Quia nõ uitiatum. ¶ Succi plenũ.) Quia nemo deduxit cibũ. nã succus, ẽ humor in corpe, quo abũdant bene ualentes. Virgi. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Succus, ꝓprie quasi sugus: quẽ sibi ex alimentis membra sugunt, ut se repleant. ¶ Corpus solidum, Plenũ, & forte, idest nõ flaccidũ. ¶ Succi plenũ. Succus est iterior pinguedo mẽbroꝝ. ¶ Anni sexdecim.) Vide quemadmodũ ętatem uirginis maturę Poeta ex occasione demõstrauerit. ¶ Hãc tu mihi uel ui, uel clã, uel precario.) Hæc tria sunt qbus non rite res agiẽ, Vel ui, uel clã, uel pcario, Sine pretii mentione, uel qa uirgo, non meretrix: uel quia nulla ephebo spes est fallendi senis. [Vi, clam pcario] ¶ Hanc tu mihi uel ui, uel clam, uel precario fac tradas. Secundum ius locutus est nam his tribus mala fide aliqd possideẽ ui, clam, pcario Vi, qa uirgo. clam, qa custoditur. precario, qa pretiũ non hẽt Chaerea. ¶ Mea nihil refert dum potiar mõ.) Non hoc personæ attribuẽdũ est, sed affectui. non enim qa Chaerea est, sed qa amator, * de se cupit facere quẽadmodũ potiatur ¶ Quid uirgo, cuia est?) Vtrum serua, an filia? ¶ Ne id quidem.) Pulchra uarietas, Nescio, Tantũdem, Ne id qdem. ¶ Qua ratione amisisti?) Figura συγκοπή pro amisisti. ¶ Qua ratione amisisti? Si non remansisset Chærea, sed consecutus uirginem uidisset quo deducta esset prius q̃ Parmenonẽ conueniret: non ita procederet fabula, ut nũc procedit. itruisset enim in cognitionem meretricis importune Chærea, nec pro Eunucho adduceretur ulterius. ¶ Id equidem.) Deest ob, aut ꝓpter: ut sit, ob id, aut ꝓpter id. ¶ Mecũ stomachabar.) Bene mecum: quia acriorem dolorem sustinet. qui ipse sibi irasci cogitur. Mecum ergo, pro apud me, uel mihi. ¶ Hominẽ esse arbitror.) Deest, q̃ me. ¶ Felicitates.) Felicitas aduersa est, [Felicitas aduersa] cum ex prosperitate, quod lędat, nascitur. ¶ Cui magis bonæ felicitates.) [Bonę felicitates] Bonæ, magnæ, nouæ. Dixit autem magnas felicitates sibi aduersari, eo ꝙ uirginem tantæ pulchritudinis ex oculis amiserit: nã uidisse eam, felicitatis iudicat: sed amisisse, aduersæ felicitatis. & ꝙ Bonæ dixit: uel magnæ, uel nimiæ intelliguntur: uel ἐπίθετον est proprium & perpetuum felicitatem. ¶ Bonæ felicitates. ἔμφασις est, eo qđ felicitates pluraliter posuit. ἐπίθετα autem tribus de causis nominibus adduntur: discretionis, ꝓprietatis, ornatus. [Epitheta trib⁹ de causis] Discretionis, ut, Phrygiæ molimur montibus Idę. Proprietatis, ut, Terribili impexũ seta & dentibus atris. Ornatus. ut, Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam. ¶ Quid hoc est sceleris? Propter hoc quod patior inquit. nunc enim scelus dicit a sene cõmissum. ¶ Archidemiden nostin?) Hoc sic pronunciãdum est, ut appareat ex ipso nomine statim odiosum nescio quem occurrisse, ac permolestum ¶ Quid ni?) [Quidni] Correptio est, ab se manifesta inquirentis. est enim sensus, Quid, nisi? aut cur nõ nouerim? est enĩ quid ni, aut quid nisi, aut cur non: quia ueteres ni pro ne ponebant. & ne pro non Vt Plautus, Ni stulta sis pro ne. & ne uult, pro nõ uult. ¶ Immo enimuero infeliciter.) Bene hoc interponit, ꝙ incredibile est tardiorem futurum amatorem incessu uirginis.

GVI. ¶CH. Color eius est sup. uerus. i. naturalis: non ex cura: non fuco. corpus est illi solidum. i. firmum, plenum, forte nõ flaccidũ, non corruptũ curamentis ut nostrarũ uirginũ: & corpus nũq eius est plenũ succi. i. humoris non corrupti: quo aialis corpus alit ac sustẽtat. nã humor in corpe aialis, qui corruptus est, dr pus. Vir. Et succus pecori, & lac subducit agnis. Succus (ut ait Dona.) ẽ humor in corpe: quo abũdant bñ ualẽtes & dr ꝓprie quasi sugus: qm illũ humorem mẽbra sibi sugunt ex alimẽtis: ut se repleant. Deinde subdit: Succus ẽ pinguitudo mẽbrorũ. hæc Donatus. dixit ergo Terẽ. succi plenũ: qa nemo deduxit cibũ illi. Parme. quot sunt anni illi. Chæ. sedecim. Par. flos ipse iuuẽtutis in ea est sup. cũ sit sedecim ãnos nata. Chę. tu fac. i. labora ut tradas mihi hãc puellam: tractũ a iure ẽ. [Tradas] nã res uẽdita tradi debet uel alio mõ cõtracta. & recte tradas: qa subdit uel ui. i. uiolẽtia: qa uirgo est uel clam: qa custoditur. uel precario. i. per preces. qa Chęreæ pretiũ deest. Hæc tria uerba ui: clã: precario ex iure deducta sunt: qbus nõ rite res agiẽ & mala fide aliquid possideẽ qa sine pretii mentione nihil. i. non refert mea. q. d. non curo q̃ uia tradatur mihi dũmodo potiar. i. uoto meo ca utar. Par. Quid? modus interrogandi. uirgo illa cuia est. i. cuius conditionis serua mea an filia: & bñ dixit cuia. nam tam serua, q̃ filia i potestate sunt Aliena. Chæ. Hercle nescio cuia sit. Par. Vnde ẽ idest ex quo loco est oriunda. Chæ. tancumdem scio supple q̃tum scio de eius conditione. Par. ubi habitat. i. moratur. Chæ. ne quidem. i. nec etiã scio inquam id. s. ubi habitet: & est uenusta uariatio responsionis: nunc nescio: nunc tantundem: denique ne id quidem. Par. ubi uidisti eam. Chę. In uia. Par. q̃ ratione. i. quo pacto. quomodo amisti. i. amisisti eã. [Amisti pro amisisti] Chæ equidem ego adueniens. i. accedẽs huc. stomachabar [Stomachati] . i. indignabar. modo id. i. ꝓp id. s. quia sic mea culpa amiserã mecũ. i. apud me. neq; arbitror quenq̃. i. aliquẽ hoiem esse, q̃ me sup. cui oẽs bonæ felicitates. i. boni successus (& bonę dixit Do. pom pro magnæ: nimiæ: uel nouæ) sint magis aduersæ: cũ ex eis aliquid quod lædat nascatur. nam quod occurrerit ei felicitatis loco putat: sed qđ amiserat infelicitatis, & aduersitatis. Et (ut ait Do.) Epitheta tribus de causis nominibus adduñ. s. cã discretionis. ut Phrygiæ molimur montibus Idæ. aut ꝓprietatis: ut Terribili impexum seta dentibus atris. aut ornatus: ut Alma Venus [Epitheta trib⁹ de cãis inuenta] Pa. qd hic sceleris ẽ. i. qđ est hoc scelus: qđ cõmissũ est a te, uel ab alio: ut ita sis infelix. Ch. pii. i. pditus sum. Pa. qd est factũ. Ch. rogas. i. q̃ris. nostin. i. cognoscis ne Alchimenidẽ cognatũ pñis: atq; æq̃lem. Pa. qd ni. i. cur nõ nouerim sup. nã qd ni signãt qd nisi: aut cur nõ. ueteres. n. ni. ꝓ ne ponebãt: & ne ꝓ non. [Ni ꝓ ne & ꝓ nõ Plau.] Plau. ni stulta sis. i. non & ne uult pro non uult. Ch. dum. i. q̃diu sequor hanc puellam. fit. i. efficiẽ. offertur obuiam. i. in occursum mihi. Par. hercle factus est sup. tibi obuiam incõmode. i. intempestiue, & importune. s. Ch. immo enimuero [Enimuero] . i. sed certe infeliciter factus est obuiam mihi.

SER. ¶COR pus solidũ. i. integrũ: non claudum, & plenũ succi non macrum. i. ut arripiamus corã oibus: ut clã sicut postea habuit: nihil refert in mare quocunq; mõ habeã: uel ui uel precario: dummodo. i. modo quid hisce qđ tibi euenit.

Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.
Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex* uel septẽ, prsum nõ uidisse pximis.
Nisi nunc cum minime uellem, minimeq; opus fuit.
Eho nonne hoc monstrũ simile est? quid ais? P. maxume.
CH. Continuo accurrit ad me q̃ longe quidem,
Incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens.
Heus, heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti.
Scin' quid ego te uolebam? dic. cras est mihi
Iudicium. quid tum? ut diligenter nunties
Patri, aduocatus mane mihi esse ut meminerit.
Dum hæc* dicit, abiit hora. rogo nunqd uelit.
Recte inquit, abeo. cum huc respicio ad uirginem,
Illa sese interea commodum huc aduorterat

DONA. ¶ NAM incõmoda alia sunt dicẽda.) Quæ minora sunt. s. aut similia. ¶ Illũ liquet mihi deierare.) Liqdũ est, cõstans, & manifestũ, & certũ. Et sic Liquet, p liqdũ est. ut claudit, p claudũ est: Vt apud Sallustiũ, Nihil socordia claudebat. Et est Liquet uerbũ iuris, quo utebant iudices, cũ ãplius pnũtiabant, obscuritate cõmoti cãæ magis q̃ negocii simplicitate. Deierare, ualde iurare: ut demiror, & deamo te Syre, si De producta legeris. si correpta, deos iurare intelligit. ¶ Prorsum non uidisse pximis.) Quia nõ uidisse dixit. Proximis præteritis intelligimus. Proxima. n. nobis aut pterita, aut futura sũt. Nã psentia ea sunt, in qbus nunc sumus. ¶ Nisi nũc cũ minime uel.) Quia semp nolui, ideo nunc minime, utpote adolescẽs senẽ. Quã lõge qdem.) Bñ longe dixit: qa a lõge nõ potuit dicere an subauditur erat, ut sit, q̃ longe erat? ¶ Minimeq; opus fuit.) Sæpe. n. nolumus tantũ: nõ ẽt opus nõ est. ¶ Incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens.) Vt oĩa ostendat in contrariũ sibi uersa esse, ẽt cursum attribuit seni. Labra, sunt supiora: Labia, inferiora. Labræ asinorũ pprie dicunt. Gemens autẽ, ob cõtinuam tussim. Sic Lucilius, Ante fores astit, & triclinii limina qdã Perditus Tyresia tussi grandæuus gemebat. Incuruus, ualde curuus. Sic Virg. Turnus ut īfractos aduerso marte Latinos Defecisse uidet. Infractos. n. ualde fractos significat. nã In pposito nunc auget, nũc minuit dictionẽ. Recte ẽt deformitatẽ describit senis, q pręter ætatẽ post pulchram uirginẽ fœdior uidebat. Et q̃ importune oĩa: pro puella, senex occurrit: pro uirgine, incuruus, tremulus: pro pulchra, labiis demissis, gemens & cũ amator sit, inaniter adolescenti ipse iudiciũ loqtur: dũ festinãdũ sit, remoratur. ¶ Labiis demissis Maiora labra, uñ labeones. Alii labia interiora, & labra superiora. ¶ Heus heus tibi dico Chæ.) Tibi dico Chærea, nõ adderet, nisi uideret Chæream dissimulantẽ, præterire. ¶ Inqt.) Aliter Inqt pronuntiandũ est, hoc est cõcitate tiam senis uerba aliter pferenda sunt. ¶ Scin qd ego uolebã?) Hic ostendit odiosa tarditas senis apud festinantẽ Chęream nã nõ dicit, sed promittit se dicturũ. Vt diligẽter nunties.) Diligẽter, nihil tam abundãter, nihil tam iæ moraliter dici potuit. ¶ Cras est mihi iudi.) Huic moræ etiã illud additum, q cũ debeat dicere qd uelit prius dicit qđ nõ est necessariũ, quare uelit. ¶ Esse ut meminerit.) Nõ, ut sit: sed, ut esse meminerit. O plixitas. ¶ Dũ hæc dicit.) Dat tẽpus uerbis: quæ nõ potuit, qrãtus imitaret, exprimere. ¶ Rogo nunqd uelit. ¶ Hoc ẽ, significo me abire. nã abituri, ne id dure facerẽt, Nunqd uis, dicebãt his qbuscũ cõstitissent. Qu d ẽ ergo, Rogo nunqd uelit? hoc ẽ, dico qđ abeuntes solẽt. Recte inqt.) Pro eo qđ est nihil: & moraliter τοῦ τὸ ἀττικισμῶ. ¶ Cũ huc respi.) In hanc partẽ. s. qua meretrix habitabat. ¶ Cõmodũ.) Tantũ quod, uel ipso eodẽq; tẽpore. ¶ Cõmodũ. Vna. Et hoc significat: ut si dicas, eodẽ tẽpore quo hoc agebatur. Nã Interea, nunc cõiunctio accipiẽda est: nõ ut alias, pro aduerbio ponitur.

GVI. ¶ NAM o Parmeno alia infortunia. s. (quæ minora sunt) sunt dicẽda incõmoda: nõ ast istud: sed maxima q̃dam ac noua infelicitas: & si qd grauius est dici debet. liquet mihi. i. liqdũ est, uel cõstans, uel manifestũ, aut certũ est mihi: &, qđ dici solet, paratus sum. nã si qs cõstituerit aliqd facere: illud efficere ẽ paratus. liquet mihi. i. paratus sum deierare. i. ualde iurare: si de pducta legat: uel si correpta legat deierare i tellige. i. Deos iurare paratus sum: iurare me sup nõ uidisse illũ senẽ prorsus. i. oĩno. His sex uel septẽ mensibus pximis. i. supioribus aut pteritis (nã præterita & futura nobis sunt pxima: psentia aũt ea sunt: ĩ qbus sumus nunc.) qđ aũt dici inepte solet illũ nõ uidi de post sex uel septẽmẽses: diceret recte & elegãter se quẽdo Terẽtiũ: illũ nõ uidi his sex uł septẽ mẽsibus supiorib⁹ pximis uel pręteritis lapsis uel actis. nisi nũc cũ. i. quo tpe. minime. i. nõ uellẽ uidisse eũ. & cũ minime. i. nõ fuit opus. i. necesse neq; utile. Eho īterīectio indignationẽ, & animi passionẽ ostẽdẽs: nõne hoc est simile mõstri. q. d. nonne hoc est deforme admodũ, & uelut portentũ & fœdum mõstrum. i. ita pdidisse eam aduentu senis illius. qd ais. i. q̃ est ĩ hac re opinio. Par. maxie. i. ad modũ est simile mõstri. Chæ. cõtinuo. i. ilico. accurrit. i. accessit ad me curriculo. q̃ lõge. i. quãtũ lõge. qđ dici solet quãtũ de lõge. uel si uis subaudi q̃ lõge erat. Accurrit ergo qdẽ. i. certe. incuru⁹. i. ualde curu⁹. In. n. nũc auget nũc minuit dictionẽ. tremulus. i. trinbãs p senio. labiis demissis. i. depssis: aut pẽdẽtibus. Labra sũt supiora: labia uero iferiora: labræ asit sunt pprie asinorũ. A magnitudie labrorũ dicunt labeones: sicut chilões iprobius labrati dñr. nã chila græce labra sunt iprobiora modũ excedẽtia. & ppterea qdã pis es iprobius labrati: chilones dñt. accurrit inq̃ gemẽs. i. gemebundus pp cõtinuã tussim. inqt, i. dixit o Chærea heus: uocãtis aduerbiũ est heus & Chærea: pcedẽte iterũ dixit senex: heus dico tibi. uel intellige eũ uno tenore dixisse. restiti. i. cõstiti fixi gradũ: retinui pedem. scin. i. scis ne qd ego uolebã te: põt itelligi facere: ut si qd uolebã te facere: sed melius supprimit q̃ addat. Gelius: Hoc te uolebam nescius ne esses. & elegãter dr qd me uis: qđ dici uulgo solet: qd uis mihi dic. uerbũ est Chęreę admonẽtis eũ ut dicat celeriter. Iudiciũ ẽ mihi cras. i. in ius uocatus sum i crastinũ. aut est mihi negotiũ cras agẽdũ: seu agẽda ẽ cõtrouersia. Deinde subdit Chętea. qd ẽ tũ. i. qd inde uis dicere si sit tibi iudiciũ. Dixit senex: ut nũcies dil gẽter patri tuo: ut meminerit eẽ aduocatus mihi cras mane. dũ. i. quãdiu dicit hæc. hora una abiit. i. discessit. trãsiit: traducta ẽ. rogo. i. interrogo. nunqd. i. utrũ aliqd aliud uelit. q. d. significo me ab eẽ dicẽdo: qđ abeũtes solẽt. nã abituri ne id dure facerẽt nũ qd uis dicebãt iis: qbus cõstiterãt. inqt senex recte p eo qđ ẽ nihil alid uolo: & qdẽ moraliter dictũ ẽ & gratiose ut ita loquaĩ. ẽ. n. ĩ his dictis cariẽtismos. abeo. i. discedo cũ respicio ad uirginẽ huc. i. ĩ hãc partẽ ĩ q̃ meretrix Thais habitabat. Interea. i. dũ id agebaĩ illa puella aduerterat. i. diuerterat. sese cõmodũ. i. opportũe: tẽpestiue. uel ut ei uisum sit cõmodũ. i. opportunũ & tẽpest uũ: & eo dicẽdi gñe uti p pulchrũ ẽ. Nã iterdũ dici solet: cũ uidit bonũ suũ collectis sarcinulis, discessit. elegãter sic diceret: Nactus opportunitatẽ discessit. uł sic: Ipse aũt collectis cõmodũ sarcinulis abscessit. Aduertat ergo sese huc. s. i hãc nrãm plateã: qa uicia erat illis Thais ad q̃ deducebaĩ. q. d. ĩ hãc nrãm uicinitatẽ diuerterat: qa i eadẽ platea. i. ĩ eadẽ planitie & ãplo loco urbis: mł ti & frequẽtes cõmoranĩ: illicq; frequens uicinia esse solet.

SER. ¶ ILLVM liquet certe delirare: & liquet me non uidisse illum sex mensibus proximis: uel septem: dic, inquit Chærea, quid tum dicit Chærea.

¶ In hanc

DONA.

CIN Hanc nostram plateā.) Recte, qa uicina ē illis Thais, ad quā deducitur. Nulla erat.) Etenim īgressa iam fuerat. Comites secuti. s. uirginē?) Interrogatiue qdē: sed sic, ut scire uideatur id quod quęrit: sed ad hoc quęrere, ut quod scit, confirmet. Verū parasitus.) Verū, modo inceptiua est, non relatiua particula: ut in Andria, Verum uidi Cāntharam suffarcinatam. Iam cōclamatū ē.) Transactum ac finitum. ut conclamata corpora nihil reliq iam habent ad uitæ officia. Conclamatū est. Manifestum significat, ipsam idem * esse, uel pulchram esse, quia & ipse dixerat, Hæc superat ipsam Thaidem. ut in cōclamatis funeribus nulla dilatio est doloris & luctus unde Lucanus ait, Corpora nōdum Cōclamata iacent. Aut conclamatum, satis deploratū satisq; uociferatū est: qa dixerat, O infortunatum senem: si & hic amare cœperit. Tanquā dicat, Iam occisum patrem tandē scimus, iamq; deflemus Alias res agis.) Recte, quia dixit ille, iam conclamatū est. Alias res agis. Aut, nō attendis ad id quod dico, significat, ut nulla sit i eo attētio. Aut nugatorias res agis, hoc est iocaris, nā hinc natum est Agite Amabo, q.d. uanas res agis. Scio quo abdu. sit. Plus dixit q̄ interrogabatur: credo tædio interrogantis nā ꝓperat, ut dicturus est, ad deducendum Eunuchū ad Thaidē cū ancilla ex Aethiopia. Scio quo abducta sit. Secunda ἀποσιώπησις. Eho Parmeno mi nostin'? & scis ubi siet?) Amatorie satis repetunt q̄ semel dicta suffecerant. Huc deducta est ad meretricē.) Et hoc cōfundit semel, cū aceruatim dicit, uelut odio interrogantis sæpius, & festinatiōe ad mandata Phædriæ peragenda. Phædriæ riualis.) Cū pronuntiatione addendū, quo magis doleat, Phædriæ riualis. Duras fratris partes prædicas.) Scilicet cōtra æmulum & diuitem, & largissimū. Et partes duras μεταφορικῶς ab actoribus scenicis. Cōparet.) Hic iam ostēditur miles illustrior p riualis dona, q̄ per sua. Et ē qualitas cōparatiua. Cōparet pro emat, aut cōparandum putet. Tum magis id dicas.) Duras partes fratris esse Quid nam quæso hercle?) Curiositatē addidit, παρελκόντων Quæso & Hercle. Et uide q̄ molliter, & sine intellectu spectatoris ad argumēti spectatu ordinē Poeta perueniat: ut de eunucho facta mentione cōsilium nascatur supponendi Chæreę. Eunuchū.) Mire Terentius primo simpliciter Eunucho nomē posuit, huic quoq; detracturus. Inhonestū.) Fœdum ut contra Facie honesta, ut apud Virg. Et lætos oculis afflarat honores. Hominē.) Opportune hoiem dixit, tanquā incerti sexus. Senem, mulierem?) Nō cōmunem genere dixit senem: quippe q alibi separauerit dicendo, senex atq; anus sed sub distinguendum est, ut sit duplex uituperatio una ab ætate: q ait senex altera a mēbrorum mollitie, q ait mulierem. Quatietur certe cū dono fo.) Mire cū dono tanquā illi repulsę causa donū futurū sit. Tū deinde nō reiicietur, sed quatietur Vide q̄ cōtumeliosius dictū sit, q̄ si cēt foras uel uerberibus īpelletur foras, nō expulsione, sed detrusiōe. uel sic dixit, foras quatietur ut desit Versum, ut sit, foras uersū uerberabitur, ut uerberetur, & fugetur foras. nā & puulgatæ cōsuetudinis dictū est, feri canē foras: hoc est, feriendo canem foras eiice.

Verum

Conclamatum

Inhonestum

Quatietur foras

Feri canem foras

In * hāc nostrā plateā. P. mirū ni hāc dicit, mō *hāc redūdat in metro.*
Huic quæ data est dono. CH. hac cum aduenio, nulla erat.
P. Comites secuti scilicet sunt uirginem?
CH. Verum parasitus cum ancilla. P. ipsa est scilicet.
Define iam conclamatum est. CH. alias res agis.
P. Istuc ego quidem. CH. nostin' quæ sit? dic mihi aut
Vidistin'? P. uidi noui scio quo abducta sit.
CH. * O Parmeno mi, nostin'? P. noui. CH. & scis ubi siet? *Ehō Trochaici*
P. Huc deducta ē ad Thaidē meretricē ei dono data ē. *tetrametri*
CH. Quis is ē tā potēs cū tāto munerē hoc? P. miles Thraso *catalectici*
Phædriæ riualis. CH. duras fratris partes prædicas.
P. Immo enim si scias quod donum huic dono contra cōparet:
Tum magis dicas. CH quod nā quæso Hercle? P. eunuchū.
CH. illum ne obsecro.
Inhonestum hominem, quē mercatus est heri, senem, mulierē?
P. Istunc ipsum. CH. homo quatietur certe cum dono foras.

GVI.

CPAR. Mirū ē ni: dicit hāc q̄ data ē dono huic Thaidi. mō .i. pauloante. hic aūt dicēdi modus pmirū ꝓpulcher est: ut si sic dicat latine: qd' in ore populi eē solet: Edētes ituēs, si nō edat, mirū ni sibi mortē cōsciscat. Chę. cū aduenio huc nulla erat .i. nō erat hic puella. Par. .s. comites secuti sunt uirginē. .s. li ponit p eo qd' barbare dici solet libēter: ut in tali dicēdi gnē. Libēter comites secuti sūt eā. Ch. Verū hęc pticula ueatum est hic iceptiua & nō relatiua: ut sæpe sit. pasitus. s. Gnato cū ancilla .i. parasitus & ancilla secuti sunt eā. Par. scilicet .i. certe ipsa est quā q̄ris. define .i. cessa. iā cōclama ū est .i. finitum est uel trāsactū ut cōclamata corpa nihil reliq iā hn̄t ad uitæ officia. Vel conclamatū est .i. manifestū ē: ut i cōclamatis funeribus nulla dilatio est doloris: & luctus. Vñ Luca. ait: Corpa nōdū Cōclamata iacēt. Aut cōclamatū est .i. satis deploratū est: satisq; uociferatū ē. qa dixerat: O ifortunatū senē: tāq̄ dicat iā occisum pṙem pp filii utriusq; amorem. Ch. agis alias res .i. uel nō itēdis ad id: qd' dico occupatus i aliis reb9 cogitādis, aut nugatorias & uanas res agis .i. iocaris. Par. eqdē .i. certe ago istuc: hoc ē itēdo ad id qd' dicis. Chæ. dic mihi nostin .i. cognoscis ne q̄ sit illa puella: aut audistin .i. accepisti ne ab aliquo q̄ sit. Par. uidi eā & noui .i. cognosco eā scio. quo .i. in quē locū sit abducta .i. deducta. Chæ. Eho mi. Par. nostin. Par. Noui. Chę. & scis ubi sit. Par. deducta ē huc ad meretricē Tha. & data ē ei dono. Chę. Quis ē is hō tā potēs cū hoc tāto .i. tā egregio munere. Par. Thraso miles amator Tha. riualis Phędriæ .i. æmulus. Riuales n. dñr æmuli de eadē muliere: q̄si in unū amorē deriuātes. scā trāslatione a feris bestiis q̄ sitiētes cū ex eodē riuulo haustū petūt in pliū inuicē ueniūt. Inde in iure riuales uel corriuales dñr q̄ in eodē riuo ius hn̄t: & p eo sæpe cōtēdūt. Chæ. Prædicas .i. dicis. duras .i. asperas: acerbas ptes .i. onera seu ꝓuinciā asperā fratris. q.d. fratri est tes cū potēti uiro: ppterea illi duræ ptes sunt. p eo .n. qd' dr̄ magnā mihi imponis ꝓuinciā: diceret recte magnas seu difficiles mihi ptes imponis. Par. imo enim .i. sed certe si scias qd' donū frater tuus cōparet .i. emat: aut cōparādū putet cōtra sup. hoc donū uel cōtra .i. uicissim uel ex opposito ut sit aduerbiū tūā tūc magis dicas id .s. duras Phædriæ eē ptes: ut cū tā diuite & largo cōtēdat donis: seu muneribus certet. Ch. hercle .i. p Herculē q̄so. quod nā .i. qd' donū cōparat huic. Par. Cōparat Eunuchū. Ch. obsecro ne .i. nūqd cōparat illū hoiem inhonestū .i. fœdū senē .i. annosum muliebrē .i. effœminatū & q mollitiem hēt mēbrorū ut mulier. Iō uituperat ab ætate: q ait senem. & membrorū mollicie cum ait muliebrē. quem .s. hominem mercatus est .i. emit heri. Par. Istum ipsum cōparat inq̄ Chæ. certe homo ille .s. frater. Quatietur: idest trudetur impelletur: uel fugabitur: & qdem uerberibus foras. Dici ēt solet feri canē foras .i. feriendo foras canem eiice.

Scilicet p libenter

Riualis

Quatietor

SER.

CCONCL. Amatum est .i. diffinitum est. satis enim intelligo quæ sit illa: tractū est a causis. modo prædicas partes fratris duras .i. asperas: quia hoc munere expelletis foras. immo enim .i. certe eunuchū senem mul .i. reuulsum: sicut aliqua mulier uetula. mulieri ideo cōparatur: quia imberbis erat. uel senem .n. uocat Aethiopissam.

Sed istam Thaidẽ nõ sciui nobis uicinã. P. haud diu est.
CH. Perii, nunquãne ẽt me illã uidisse? ehodum dic mihi'
Estne, ut fert, forma? P. sane. CH. at nihil ad nostram hanc
P. alia res est.
CH. Obsecro Hercle Parmeno, fac ut potiar. P. faciã sedulo ac
Dabo operam adiuuabo, unnquid me aliud uis? CH quo nũc
is? P. Domum.
Vt mancipia hæc, ita ut iussit frater, deducã ad Thaidem.
CH. O fortunatum istũ Eunuchum, qui quidẽ in hanc det domũ.
P. Quid ita? CH. rogitas? summa forma semp cõseruam domi *Iamb. tetram.*
Videbit colloquet adertt una in unis ædibus.
Cibum nonnunq̃ capiet cum ea, interdum ppter dormiet.
P. Quid si nunc tute fortunatus fias? CH. quare Parmeno?
Respõde. P. capias tu illius uestem. CH. uestẽ? qd tũ postea?
P. Pro illo te ducã. CH. audio. P te esse illũ dicã. CH. intellego.
P. Tu illis fruare cõmodis, quibus tu illum dicebas modo'
Cibum una capias adsis tangas ludas propter dormias'

DONA. ¶ SED istam Thaidem non sciui nobis uicinã.) Quomodo.n. pro Eunucho ueniet, si aut nouit, aut notus est? Et si mulierẽ adolescens ne nouit quidẽ ipse multo maxime nescietur. ¶ Sed istã Thaidẽ non sciui nobis uicinã. ἀνοικονομία contra illud, quod meretrix uicina erat. ¶ Haud diu est.) Vicina. f Et est causa, An uerisimile sit nescire potuisse uicinam. Et nota apud Teren. uicinas poni sæpius adolescẽtibus meretrices, ut hæc sit prima amoris illecebra. ¶ Nunq̃ne etiã me uidisse illã?) Artificiose inculcat Poeta τὸ πιθανόν. ¶ Estne ut fertur forma?) Hoc pp illud qd supra diximus: Sed nimio lepore Terẽtiano, iam illud agit. Nã hic ostẽdit uerisimile esse pro eunucho creditũ apud uicinã meretricẽ Chæreã, qui adeo ignotus sit mulieri, ut nec ipse eam nouerit qd erat facilius & propius. Et addit color, qp & illa nõ diu uicina est, & qp adolescens plurimũ in Pyræo cõmoratus est. ¶ Nihil ad nostrã hãc.) Moraliter nostrã dixit, p meã. ¶ Alia res est.) Non potuit melius suã utriq; grãm reseruare nã & illa, & hæc amant. ¶ Faciam sedulo.) Mire in pmissis posterioribus difficultas rei ostẽdit: cum primo faciam dixerit. ¶ Nunqd me aliud uis?) Hoc dicere abeuntes solẽt. Et bene, Nunqd me aliud uis? qa festinat & simul qa hinc nascit dolus fallendæ meretricis. ¶ Vt mãcipia hęc, ita ut iussit frater, deducã ad Thaidẽ.) Vide Terentiũ, ut non q̃sita esse hæc fallacia, sed ipsa se obtulisse uideat. ¶ O for. istũ Eu.) Istũ, sæpe annotauim⁹ aut ad cõtẽptũ, aut ad odiũ referri ut Virg. Aut qd petis istis? & Ista qdem qa nota mihi tua magna uolũtas Iuppiter. ¶ Qui qdẽ in hanc det domũ.) Quid facilius q̃ imitari uelle qd laudes? nec quisquã, nisi qui cupit, eligit p eunucho, qui eunuchum putat esse beatũ. Vide q̃ molli descensu ad hoc cõsiliũ peruenitur. Res enim hoc suggerit potius, q̃ Parmeno: nõ qa seruũ hoc suadere Chæreæ nimis temerariũ fuit. ¶ Quid ita?) Potuit intelligere statim seruus: sed hoc iterrogat, ut doceat spectator. ¶ Videbit colloquetur aderit una, &c.) Amatorie nimis quoq; lineas amoris executus est: adeoq; diligẽter, ut ẽt ordinẽ custodierit. ¶ Videbit colloquet adertt una in unis ædibus. Mire amator nõ simul effudit hoc bonũ, sed particulatim digessit: ut maior uoluptas futura esse noscatur. ¶ Videbit collo quetur aderit, &c. Istæ enim sunt amoris lineæ: & si eas non oẽs est persecutus. ¶ Quid si nunc tute fortunatus fias?) Sic uidetur Parmeno dicere, potius ut iocet, q̃ ut fieri credat posse. ¶ Capias tu illius uestẽ.) Non semel ostendit qd futurũ sit: qa particulatim põt, ẽt quod turpe est, tñ mitti ad psuasionẽ. Simul in gestum respicit. Ergo non dixit, ibis p Eunucho: sed primo, capias illius uestẽ. tũ deinde hoc ipsum nõ aspernante domino, pergit seruus ad cætera quæ audaciora sunt. ¶ Vestem?) Quã libenter audiat, repetitio dictorũ per iterrogationẽ ostẽdit. ¶ Audio.) Id est, libẽter hoc admitto, & consentio. Vt in Phormione, Audio, & fateor. & cõtra, nõ audio. ¶ Intelligo.) Audio, & intelligo uno modo nõ usitatã exprimũt. f. cõsentiẽtis immodicũ affectũ. ¶ Cibũ una capies) Bene seruus interturbauit supra dictas amãdi lineas, & ordinẽ uoluptatũ: qppe qui amare nõ nouerit. ¶ Cibũ una capias. Adsis. tangas ludas propter dormias. Et si satis erat superior uersus: tamẽ incentiua sunt amoris etiam sigillatim hæc enumerata, q̃ una sententia superior uersus ostenderat.

GVL. ¶ SED nõ sciui istã Thaidẽ esse uicinã nobis. Par. haud. i. non. diu est: ex quo sup. est uicina nobis. Vbi diu est nomẽ: cũ supponat huic uerbo est. Chæ. Perii. i. pditus sum. ne. i. utrũ ẽ uerũ sup me. nunquã uidisse illã. s. Thaidẽ. Ehodũ ĩteriectio mouens attẽtionẽ. dic mihi. i. rñde mihi. ne. i. utrum est forma. i. habet pulchritudinẽ talem sup. ut fert. i. ut ẽ rumor. Nã Aristoteli est scietię copia: debet resolui per habeo: ut Priscia. sentit: p eo qd est: Aristoteles hẽt copiam scientiæ. Par. sane. i. certe. ẽ forma in quã ut fert. affirmat enĩ ibi sane. Chę. At. s. sed, nihil ad nostram hãc puellam. i. nihil ẽ in cõparatione huius puellæ. Par. alia res est de hac & de illa. q. d. lata est differentia. Chę. o Parmeno obsecro fac. i. elabora ut potiar ea. i. uoto meo utar. Par. Faciã sedulo. i. diligẽter: ĩstãter quasi sine dolo. ac dabo operã. i. elaborabo. adiuuabo. i. fauebo. nunquid uis aliud: hoc dicere abeũtes solẽt quasi alio pperãtes & uerbis finẽ optãtes. Chæ. quo nũc is. i. uadis. Par. Eo inq̃ domũ: ut deducã ad Thaidẽ hæc mãcipia. i. hos seruos: q̃si manu capta: uidelicet Eunuchũ, & Aethiopissam, ita ut. i. sicut. frater tuus: scilicet Phæ. iussit. i. pcepit Chæ. O istũ Eunuchũ (istũ p cõtẽptũ dixit: & in odiũ) fortunatũ. i. felicem. q d. reputo, seu existimo istũ Eunuchũ felicẽ. q qdẽ. i. certe det. i. mittat dono in hanc domũ Thaidis. Par. qd. i. cur ita dicis eũ fortunatũ. Chæ. rogitas. i. ĩterrogas? uidebit semp domi cõseruã. s. puellã quæ erit cõserua illi: cũ ipse sit seruus. Videbit ergo cõseruã summa forma. i. habẽtẽ formã. i. pulchritudinẽ excellẽtẽ. colloquet. i. simul loquet. aderit. i. præsens erit. uel ppe una. i. simul. in unis ædibus. i. in una, eadẽq; domo, nõnunq̃ i. interdum capiet cibum cũ ea. i. cũ ea comedet. interdũ dormiet ppe. i. iuxta eã. Par. Quid diceres sup si tute. i. tumet. nũc fias. i. efficiaris fortunatus. i. felix ut ille Eunuchus. Ch. Quare Parmeno fierẽ fortunat⁹ rñde. Par. Capias uestẽ illius. Ch. Vestẽ capiam. s. qd tum. i. tũc fiet sup. postea. i. post captã uestẽ. Par. Ducã te ad Thaidem p illo. i. illius loco. Ch. audio. i. libẽter hoc admitto, & consentio. Par. Dicã te esse illũ Eunuchũ. Ch. intelligo. i. capio quo spectes. Par. tum. i. tunc. fruere. i. cũ delectatione uteris illis cõmodis. i. illis uoluptatibus & opportunitatibus: quibus cõmodis tu dicebas modo. i. pauloante illum fruiturũ. s. capias cibũ una. i. simul cũ ea adsis. i. pręsens uel prope sis: tanges: attrectes: ludas: idest colludas cum ea dormias prope: idest iuxta eam.

SER. ¶ SED istam ipse excluderet. sed ego uellem recipi: quare conqueror: quia non noui Thaidem: ut illa opportunitate possem ad eam introire: & nesciui eam esse uicinã, qd esset alia opportunitas & hoc est: sed istam &c. Perii: qa nõ noui eam: & hoc dicit subinterrogãdo nunq̃ putas: nam dico cognouisse. sed ne etiam uidisse: alia res est: quia aliquantulum est uetula Thais: cõseruam. i. eodem mõ seruam pp . i. iuxtum dormientem: quia hoc dicis Parmeno.

¶ Quandoquidem

DONA: ¶ QVANDO qdē il.) Pro, ex illis. ¶ Quisq̄.) Quia quæq̄ dicere, absurdū ē. ¶ Illaꝝ qsq̄.) Quisq̄, multis exēplis pbat ēt foeminino gñe ueteres ptulisse: ita ut in numeris & generibus hæc pnoia infinita sint. ¶ Neq; scit q sies.) Hoc est qđ supra callide Poeta pstruxit. ¶ Forma atq; ætas ipsa ē.) Deest, in te. ¶ Facile ut p Eu. p.) Formā. s. & ætatē. formā, qa pulcher es: ætatē, qa ephebus. ¶ Facile ut p Eunu. pb. Probes fingas, atq; psuadeas: ut in cōsuetudine dicimus, Hō sacrilegus p inocēte se pbauit. Et Cic. Hoc tu his pbabis? Itaq; deest Te, qđ subaudiamus: ut sit, Pro eunucho te pbes. Probes, ut Migrātes cernas. Aut pbes, persuadeas. Et simul honeste nō dixit qđ erat rectū, ut eunuchū pbes: sed, pro eunucho: ne esset cōtumeliosum in Chæreā. ¶ Nūc iā orna me.) Hortatiue Orna dixit: nō, despolia, aut exue me. ¶ Abduc.) Abducimur unde nolumus: Ducimur quo uolumus. ¶ Quātū po.) Deest, cito. ¶ Quid agis?) Callide seruus nō uult se authorē uideri tanti facinoris. ¶ Quo tru.) Comici semp ea oñdūt fieri ab altero uerbis alterius psonæ, q̄ ostēdi p se ipsa nō poterāt. ut nūc manu agete Chæreā Parmenone ipso dicēte cognoscimus. ¶ Quo trudis? Præbet se ui cogēdū dño quē cōpulit dictis. ¶ Perculeris iā tu me.) Peruerteris. uñ puerbiū, Bñ plaustrū peulit. ¶ Tibi eq. di. ma.) Sigillatim ista pnūciāda sunt: ex qbus intelligatř, nō cessare Chęreā qn adhuc impellat. & trudat ¶ Pergin'? Quasi uero ioco dixerit, nō serio. ¶ Ne ni. ca.) Periculosum. sed melius callidū legitř. Nimiū, puerbiale: qa nimiū ppria uox est.

Percellere

Flagitiū ¶ Flagitiū fa.) Flagitiū more militari dř res flagitatiōe hoc est increpatiōe digna. Nā flagitatio, a strepitu dř: uñ flāma. & flagella, & flagitare, id est psonare intelligimus dici. Nā hæc oia sine sonitu, crepituq; nō sunt. ¶ An id flagitiū est?) An liceat? an deceat? Et prius, qa licet. ¶ At enim istæc i me cudetř faba.) Id est: in me hoc malū recidet, in me hæc uindicabitř culpa: ut laborat solū, in quo cuditř, id est batuitř faba, cū siliqs exuitř tunsa fustibus: ut in areis more rusticoꝝ fit. Vel q̄ qdā male coctā fabā, & q̄ nō maduerit, sed dura permāserit, supra caput coqui, uelut ipsi fabæ irati, saxo cōminuunt. tū uniuersum malū, & oīs dolor ad coquū puenit. Simile & alibi a pulmēto puerbiū est, tute hoc intristi, tibi hoc est exedēdū, accingere. ¶ An id flag. est? Terē. laudat argumētū huius fabulę: in quo exēplū pmitř, qđ psit parētib⁹ obsit meretricibus: & simul deliberatiōib⁹ tractās id faciēdū. ¶ Si in domū me. de.) Hoc tale est, ut nulla lex phibeat, & defendatř ut licitū ¶ Et il. cru.) Hoc iā ad illud ptinet, ut oñdatř decere. & prio a psona eius, cui fit. ¶ Hñt despi.) Cōtēptam, atq; despectā. & ita est [illegible]. Vel certe alterius uerbi declinatio, ab eo qđ ē despicor, ut cōspicor. Salu. Cū interea Metellus monte digrediēs cū exercitu cōspicatř, prio dubius qd nā īsolita facies ostenderet.

Despicatus **Cōspicari**

GVI. ¶ QVANDO qdē. i. qa certe. neq; qsq̄. i. aliq̄. Et qsquā: quis masculini tñ gñis esse uideatř: multis tñ exēplis pbatř a ueteribus in foeminino gñe esse positū. Nā queq̄ absurdū esset, quisquā ergo illaꝝ. i. ex illis mulierculis nō nouit te. i. non cognoscit te. neq; quisquā scit. i. cognoscit. q sies. i. qui sis. pterea. i. insup. forma. i. pulchritudo: qa pulcher es. & ętas: qa es ephebus. est ipsa. i. talis. ut facile pbes. i. psuadeas: fingas: cōprobes te p eunucho. i. psuadeas te esse quasi eunuchū. Ch. Dixti. i. dixisti. pulchre. i. festiue, seu festiuiter. nūq̄

Quādoquidē **Quisq̄ i foeminino gñe**

Quādoquidem illaꝝ neq; quisquam te nouit, neq; scit qui sies.
Præterea forma, ætas ipsa est, facile ut p eunucho probes.
CH. Dixti pulchre: nunq̄ uidi melius cōsiliū dari. *Trochaicus tetram.*
Age eamus intro iam nūc orna me abduc, duc, q̄tū potes.
P. Quid agis? iocabar egdē. CH. garris. P. perii, qd ego egi miser?
Quo trudis? perculeris iam tu me? tibi eqdem dico, mane.
CH. Eamus. P. pergin'? CH. certū est. P. uide ne nimiū calidum hoc sit modo.
CH. Non est pfecto sine. P. at enim istæc in me cudetur faba; ah,
Flagitiū facimus. CH. an id flagitiū est, si in domū meretriciā
Deducar & illis crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam
Hñt * despicatā, & q̄ nos semp oibus cruciāt modis, *Si legas de (spectā cōstas uersus*

uidi melius. i. excellētius cōsiliū dari. Age: hortātis ē: eamus intro nūc iā oro. orna me. i. idue me ueste eunuchi. abduc. i. deduc q̄tū potes cito sup. Par. Quid ais. egdē iocabar. i. ioco dicebā supradicta. Ch. Garris. i. nugaris: uerba mihi dare uis: uel futilibus uerbis me illuderē tētas. Par. Perii. q ego miser. i. infelix. egi. i. dixi uel feci. quo. i. in quē locū. trudis. i. ipellis me. tu iā. i. statim pculeris: a pcello is pculi. i. peruerteris me: siue ad terrā me deieceris. q. d. si pgas me sic trudeř: statim me puerteris. i. ad terrā deieceris tāq̄ plaustrū aliqđ euersum: ut uerbis iuris utar: uñ puerbiū natū est: Bene plaustrū peulit: forte p eo qđ dici solet: Posuit manū suā in bono loco: uel cecidit seu deuēit & appulit i bonū locū. Egdem dico tibi mane: nec psequere qđ incipis. Chę. Eamus. Par. pergin. i. perseueras ne in incepto. Ch. Certū est. i. cōstitutū est apud me pgere. Par. uide ne hoc sit mō nimis callidū. i. nimis callide excogitatū. q. d. periculosum. Chæ. profecto. i. certe nō est nimis callidū cōsiliū. s. sine: deest q. d. ipse uideo: & qđ iepte dici solet: Dimitte mihi facere. Par. At. i. sed. istęc faba cudetř in me: puerbiū est. i. hoc malū recidet in me: uel hæc culpa uindicabitř in me sicut terra in q̄ cuditř. i. batuitur faba cū siliqs exuitř. laborat eteni cū fabæ fustibus. i. flagellis tunduntř in area more rusticorū. ipsa ēt area tunditur. Vel hoc puerbiū inde natū est: qđ qdā male coctam fabā: & q̄ nō maduerit: sed dura pmanserit. supra Caput coqui saxo cōminuunt: tūq; uniuersum malū & oīs dolor ad coquū puenit. Simile ēt alibi a pulmento puerbiū est Tute hoc intristi tibi. i. hoc malū tibi ppetisti. Ah: interiectio dolētis. facimus hoc sup factū est subaudi flagitiū. i. flagitiōe hoc est increpatione dignū. Flagitiū. n. more militaris dicitř res flagitione i increpatiōe digna. Nā flagitio ad strepitū dicitur unde flāma flagella: flagitare. i. psonare intelligimus dici Nā hæc oīa sine sonitu, crepituq; nō sunt. Quidā codices hñt flagitiū facinus. Verum Do. mihi uelle uidetur facinus dici Chæ. An. i. flagitiū. i. uituperatiōe dignum. si deducar in domū meretriciā. s. Thaidis. & si referam gratiā: in malam partē hic capitur referā grām. i. reddā siue rependā uices illis crucibus. i. tormētis: uexationibus: q̄ s. cruces habent nos despicatos. i. cōtēptos. & hñt inq̄ nostrā adolescētiam. i. iuuentutē despicatā. i. contemptam: despectam. Nā sicut cōspicor signat cōspicio sic despicor signat despicio. sed nunc despicatam capitur passiue: tanq̄ a cōi. & quæ cruces cruciant. i. torquent nos oibus modis. i. oibus uiis. Ad flagitium inq̄ est: ut referam illis crucibus gratiam.

Gartire

Istæc in me cudetur faba

Flagitiū

Flāma **Flagellū**

Conspicor **despicor** **Despectus**

SER. ¶ QVIS quā illarū. i. quęq̄. Antiq. n. hic & hęc qs dicebāt forma imberbis & ętas. i. pueritia. ut pubes. i. puberis cōfusa terminatio est. uel ut pbes. s. i. adhuc me ad Thaidē quāto. i. quāto uelocius pōt. qd agis. licet ex uolūtate Parmēo dedisset supradictū cōsiliū: tñ ne a Phędria icurreretř supplicū uult uideri q̄si coact⁹ facere Chęrea urgebat eū qđ pœnitebat pmissi: q̄re dicit Parmēo. quo trudis: q̄re me pcutis. pculeris. i. pcuttes me iā āplius. q. d. si pcusseris āplius iā ego repcutiā te: & hoc ē tibi eqdē &c. pgin. i. an uis pgere. nimis callidū. i. stultū. sine īpetrare a te nū. i. certe istæc faba. i. supplicū tecidet sup me. Faba uocatur quoddā genus tormēti quo uerberabanř serui. s. scutica: q̄ i summitate corrigiarū hēt nodos ad modū fabæ. & pterea maximū flagitiū facimus. i. uolumus facere. s. traditionē & nimiam fallaciam.

DONA. ℭNVNC referā gratiā.) Nō eas, inquit, lacessam: sed qđ iustum est, mœem reddam: quasi ipse in aliis læsus sit. ⁋ Vt ab illis fallimur.) Non dixit, alii falluntur. ⁋ An potius hæc pati æquū est fieri?) Illic uicissitudo extat, i. pati dolos. ⁋ Vt a me ludatur.) σὺν ἀλλήψει, subauditur pati. ⁋ Quod qui rescierint.) Ex consequentibus argumentum. nam illud factum uituperatio sequitur, hoc approbatio. ⁋ Illud merito factū omnes putent.) Bene, non iudicent: qa & hoc ipsum nō satis probū est, uel meretricē fallere. ⁋ Quid istuc?) Aduerbiū est ægre cōcedētis. ⁋ Facias.) Pro facito. ⁋ Verum.) Deest, uide ⁋ Verum ne post conferas.) Si Ne prohibentis est, nihil deest: si percontantis, ut sit, ne forte: deest, timeo. ⁋ Verum, ne post conferas culpam in me. In hoc negocio non author uult interesse, sed seruus. ⁋ Cogo atq; impero.) Euidenter ostendit plus esse imperare q̄ iubere. ⁋ Nunquam.) Pro nō: ut, Nunquam omnes hodie moriemur inulti. ⁋ Nunquam defugiam authoritatem tuam.) Non inquit recusabo facere, dum tu tamen author sis facti.

Nūc referā gratiā, atq; eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?
An potius hæc pati? æquū est fieri, ut a me ludātur dolis.
Quod qui rescierint, culpent? illud merito factum oēs putent.
P. Quid istuc? si certum est facere, facias. Verū ne post cōferas
Culpā in me. CH. non faciam. P. iubesne? CH. iubeo, cogo,
atq; impero.
P. Nunq̄ defugiam authoritatē sequere. CH. Di uortant bene.

Impero Iubeo Authoritatem defugere

GVI. ℭAT q; fallā. i. decipiā. itidē. i. uicissim uel eodē mō: easdē cruces. i. meretrices: q̄ nos cruciant. ut. i. quēadmodū. nos adolescentes fallimur. i. captamur: atq; decipimur ab illis. an potius flagitiū est inq̄ pati hęc: quę fiunt a meretricibus. ac æquū est. i. iustum est fieri: ut meretrices laudantur a me dolis. i. decipiantur a me fraudulēter: hoc est qualicūq; postero fraude: qđ. f. hæc pati hi q rescierint. i. ad quorū notitiam peruenerit, nulli culpent. i. criminentur omnes putent illud. f. delusas esse meretrices: esse factum merito. i. qa bene meruerunt. Par. Quid istic dicis sup. q. d. cur tam longū sermonem producis. & est dictum ægre concedentis. si certum est tibi. i. si constituisti facere illud. facias pro facito. uerum: idest sed. uide sup. ne post: idest postea. conferas: idest conücias: reücias culpam in me. ubi si ne sit prohibentis aduerbium nihil deest. Chę. non faciam. i. non conferam in te culpam. Par. ne. i. utrum iubes me operare te: & deducere. Chæ. petis sup. an iubeo. immo: idest sed cogo atq; impero. Vbi satis liquet plus esse imperare, q̄ iubere. Par. nūquam fugiam tuam authoritatem. i. tuam iussionem. Vel nō recusabo facere: dum tu tū author sis facti. Sequere me. Chæ. Dii bene uertant qđ agimus. f. i. efficiantur: ut ex hoc nobis bū contingat: & quasi in nostrū bonū uertant: uel ut bono omine id efficiamus. Tractū aūt hoc est ab Hectore & Aiace. nā Hector dedit Aiaci gladiū: quo se Aiax postea interemit. Hector uero baltheū accepit ab Aiace: quo circa muros patriæ tractus est. postea inde & illud comicū natum est. Dii bene uertant quod agas. Pleraq; enim bona in peius: mala mutantur in melius.

SER. ℭET referam gratiam illis crucibus. i. meretricibus: quæ nos excruciant &c. An potius decet nos hæc: que nobis fiunt perpeti non. uel possumus dicere an potius. i. melius est nobis pati non & ideo ęquū est fieri ut a me ludat̄ dolis qui. i. dolū illū: qui. f. culpent ne non illud merito &c. imo impero more imperatoris quia dixeram impero: quod est magnæ psonæ: dicit non effugiam tuam authoritatem.

ACTVS TERTII SCENA PRIMA
THRASO MILES. GNATO. PARMENO.

T. MAGNAS uero agere gr̄as Thais mihi? *Senarii Iābici*
G. Ingentes. T. ain' tu, læta est? G. non tam ipso qdē
Dono, q̄ abs te datum esse: id uero serio
Triumphat. P. huc prouiso, ut ubi tempus fiet.

DONA. MAgnas uero agere grati.) Hic sermo sic prodit ut post scenā ichoatus esse uideat̄. Continet aūt assentationem parasiticam, & stultitiam gloriosi militis. ⁋ Agere. Plus sonat īfinitus modus finito. ⁋ Ingentis.) Vide quantum adiiciat Parasitus: ille, magnas dixit: hic respondit ingentis. Ille, Læta est. Hic, triumphat. ⁋ Id uero serio.) Id, ob id: ut, Id amabo adiuta me. Alias παρέλκει, idest productionis locus est. ⁋ Quā abs te datum est.) Maioris est gratiæ tantum potuisse amorem militis, ut meretrix minus lætaretur ob lucrū. ⁋ Triūphat.) Vt militaribus dictis tangit militē parasitus? ⁋ Huc prouiso.) Tertia persona uenit in scenam: sed separatim loquitur, & secum.

GVI. MAgnas &c. Hæc scena continet assentationem parasiticam & stultitiā gloriosi militis. Thraso uero hæc particula hic est inceptiua: ut Cicero incipit epistolam: Ego uero Serui uellem &c. Thais agere: idest agebat (sed plus sonat infinitus modus q̄ finitus) magnas gratias mihi. Gnato. Ingentes: idest immensas: maximas agebat inquam gratias. Thra. Ain. i. dicis ne tu ꝙ Thais est læta ob donum meum: scilicet Gnato. Quidem: idest certe: non tam est læta inquam ipso dono: idest propter donum. q̄ ꝙ: idest quia datum est abs te: cuius amore lætatur. Vero: idest sed. triumphat: idest more triumphantis ducis floret & lętatur. id: idest ob id quod scilicet abs te datum est serio: idest bono animo: non ficte: neq; iocularitet: quod si fit esse intelligitur sentit uel aliud uerbū id genus: quasi dicat quā ꝙ: idest quia sentit: uel scit abs te datum esse. Dixit autem triumphat propter militem: ꝙ ex uictoria militiæ parta triumphetur. Par. Hic tertia persona uenit in scenam: sed seperatim loquitur & secum. prouiso: idest procedo. Significat etiam prouideo uel prospecto. ut ubi: idest quando tempus sit adducam hunc Eunuchum cum Aethiopissa.

Prouiso

SER. MAgnas uero. Postq̄ introductio Chæreæ his superadictis parata est: uult etiam Parmeno ducere: ut disposuerat si cōuenienter ita: scilicet ut leccatori, qui eum dehonestauerat una cum domino suo uicem retribuat. ad hoc enim parmeno deberet laborare obtemperans pręceptis domini sui: munera sua ornet & cōmendet: & æmulum omnino a domo Thaidis remoueat. Voluit ergo munera illa in conspectu Parasiti: & ad maiorem indignationem etiam in conspectu domini sui Thrasonis offerre ne propter uirginem putarent se meliorem locum apud Thaidem obtinere: & in hoc unne idonea est illa representatio militis, & parasiti: quia ingerit Parmenoni maiorem festinantiam & uoluntatem ducendi. Sed quia iam personam leccatoris descripserat: & modo noua persona introductionis fuerat: premittit nouæ personæ descriptionē ōndens militem illū gloriosum. id uero serio triūphat i. triumphando gloriatur. f. esse datum a te. huc inducitur Parmeno ut eos uideat: & ita inde ducendi opportunitatē sibi arripiat. non est mirum si gratum sit ei ex hoc quia dedi: qm̄ hoc datum est mihi a Diis. g. &c.

ℭSed

Deducam · sed éccum militem. T. est istuc datum
Profecto, ut grata mihi sint quæ facio omnia.
G. Aduorti hercle animum. T. uel rex semper maximas
Mihi agebat, quidquid feceram · aliis non item.
G. Labore alieno magnam partam gloriam,
Verbis sæpe in se transmouet: qui habet salem,
*Quod in te ē. T. hēs. G. rex te ergo ī oculis. T. scilicet. *Dona. les*
G. Gestire. T. uerꝫ credere oēm exercitū, *(git, Quod, sed eliditur d*
Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negoci si quando odium ceperat,
Requiescere ubi uolebat, quasi nostin'? G. scio·
Quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. T. tenes.

DONA. ¶ SED eccum militem.) Iniuriose militem. honorifice p proprio nomine dicit ut in subiectis, Audire uocem uisa sum modo militis. ⁋ Est istuc datū.) Fato decretoq; concessum: ut, Non dabitur regnis esto, prohibere latinis. ⁋ Vt grata mihi sint quæ facio oīa.) Gratę nobis sunt aut res, aut personæ: sed nunc res dicit. ⁋ Aduorti hercle animū.) Approbat dictum & hoc. Ait aio. ⁋ Vel rex semper maximas mihi agebat.) Quam intēpestiue miles ad regem trāsitū facit, cū de meretrice agatur. ⁋ Quæ fa. oia.) ἔκλειψις, uel σύλληψις. ⁋ Vel rex. Vt in Hecyra, Vel hic Pāphilus iurabat quoties Bacchidi, q̄ sancte. ⁋ Vel rex semp maximas. Subaudit gratias ab eo quod supra dixit, Magnas uero agere gratias Thais mihi. ⁋ Partam gloriam.) Idest quæ paritur: ut, Vectus equo spumante Sages. ⁋ Qui habet salem.) Sal neutraliter, condimentum est: masculine, sapientia. ⁋ Verbis in se sæpe transfert, qui habet salem.) Mire adulator hoc attribuit militi, quod minime habet, uel uerba, uel salem. ⁋ Quod in te est.) Quod tu habes. ⁋ Habes.) Intelligis. quod enim tenemus corpore, habemus animo· quodq; item animo habemus, intelligimus. ⁋ Habes. Pro intelligis. Sic dicitur accipe hoc est habe. Habes etiam, idest dicis. ut Sallustius, Tartessum Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadirum habent. ⁋ Rex te ergo in oculis Scilicet Gestire. Verum.) Vide inconditam properationem laudari se cupientis, adeo ut non sinat uerba impleri, quin præfestinet Scilicet & Verum dicere ⁋ Credere omnem exercitum.) Magis uidebis, si consideres militem motum esse. * qui. ⁋ Credere omnem exercitum, consilia. Sub obtentu militis ea stultitia, descripsit breuiter comitem regium acceptumq; imperatori. Nam qui nūc credit exercitum, credit & cōsilia. Virgilius, Nulla meis sine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum Verborumq; fides. ⁋ Consilia.) αὔξησις. plus enim est consilia, q̄ totus exercitus. ⁋ Mirum.) Melius per εἰρωνείαν pronuntiamus mirum. quasi dicat. quis nō crederet, tali uiro? Sed potest etiam simpliciter pro admirātis gestu accipi. ⁋ Vbi satietas hominum, aut negoci si quando odium ceperat.) Republice princeps duas res patitur, homines & negocia, id est personas & res hominum. ⁋ Satietas hominum, aut negocii si quando odium ceperat. Proprie reddidit & decenter, hominum satietas, negocii odium. Non enim patiebatur Rei pub. principem hominum odio laborare. ⁋ Quiescere ubi uolebat.) Bono uerbo usus est. Nam Cessat desidiosus: Requiescit defessus. ⁋ Quasi nostin'?) Grate expressit stulti infantiam militis, qui ante uult intelligi quod sentit, q̄ ipse dicat. Et pprie hoc morale est stolidi, siue rudi ter loquentis. ⁋ Quasi. nostin'?) ἀποσιώπησις. pro habes hoc? hoc est qood supra, intelligis? ⁋ Quasi ubi illam expueret miseriam.) Vbi, pro quando, & in his, & supra. ⁋ Expueret. Expuere est cum fastidio aliquid reiicere & expellere. Nam expuere est extra pus mittere, id est foras. Nam pus est omnis humor corpori onerosus.

Datum

Sal

Habeo

Cessare Quiescere

Expuere

Pus

GVI. ¶ SED ecce. i. ecce hic militē per contēptum dixit. Thra. istud est datū mihi. a fato, de cæteroq; cōcessum: ut omnia sint grata quæ facio. Gna. hercle aduerti animū. i. animaduerti: & percepi bene id tibi datū esse: & annotaui: seu obseruaui. Thra. uel. i. ēt. rex. s. imperator: & dux meus semper agebat mihi maximas gr̄as. q̄cq̄d. i. quācunq; rē effeceram. non itidem. i. nō similiter aliis gr̄as agebat. Gna. is qui habet salem. i. urbanitatem: facetiā: facundiā: sapientiam. q̄d idest habere salem est in te. sæpe transfert. i. traducit in se. uerbis. i. eloquentia sua gloriā magnā partam. i. quæ paritur seu acquiritur labore alieno. i. labore aliorū: qui nō ea sunt facundia, quā tu es. Sal neutraliter condimentum est: masculini sapientia: sed sępius reperit in bonis authorib⁹, tā ī masculino, q̄ ī neutro: & quidem pro condimento. nō uelim tamē negare quin uetustissimi aliq̄ neutro sint usi. Thra. Habes. i. intelligis. Cice. ad Lētulū. Habes de Vatinio: cognosce de Crasso. quod enim tenemus corpore hēmus animo. Item quod animo habemus, illud intelligimus. Gna. Ergo rex te habebat supple in oculis. i. in cōspectu suo. Thra. scilicet. i. certe me habebat ante cōspectum suum. Gna. gestire: idest gestiebat hoc est gestibus lætitiam suam ostendebat de præsentia tua. Thra. Verum: idest sed. credere: idest cōmittebat mihi omnē exercitum: omnē aciem: & consilia. i. arcana & secreta Gna. mirū. Vel non est mirandū. uel mirum non est. sup. mihi. i. non miror. & quidem per ironiā q. d. quis non crederet tali uiro. Vel est admirantis dictum. q. d. mirę est quomodo sic utaris eo familiariter. Thra. tum. i. deinde. sicubi. i. si alicubi facietas hominū cęperat eum. i. tædio hominum erat affectus. aut si quando. i. si aliquando: uel si forte odiū negocii. i. molestiæ: curę uel laboris. ubi uolebat. i. quādo cupiebat requiescere & recte. nam cessat desidiosus: requiescit defessus. q̄si nosti: aposiopesis q. d. Habes iam & tenes animo quod dicere uolo. & ideo non est opus perfecte dicere. Gna. scio. i. intelligo bene quasi. ubi. i. quādo expueret. i. cum fastidiū eiiceret. animo: idest ex mente sua. illam miseriā. i. molestiā animi. Expuere enim est cum fastidio aliquid reiicere, & expellere Nam expuere. i. extra pus mittere. Pus enim est oīs humor corpori onerosus. Th. tenes. i. intelligis.

Cicero

Aposiopesis

Expuere

Pus

¶ ADVERTI. i. a. s. diu est: quod bene percepi hoc esse tibi datum a Diis. uel: idest etiam rex ipse cum quo etiam in militia agebat mihi. g. &c. sed aliis militibus non ita. Non est mirum. quia ille, qui hunc salem: idest sapientia quæ est in te: transmouet in se solis uerbis gloriam partam alieno labore: ut si aliquando in expeditione rex iret: ipse totā uirtutem: quæ in bello parabatur gloriatione sua: & iactantia sibi ascribebat: quia adeo erras sapiens· ergo rex in oculis suis de te. non perficit orationem: quia Thraso interrumpet: ideo apponit gestire: idest gestiebat: idest cupiebat scilicet habere. uerū in ueritate credere: idest credebat. uel uerum pro sed: ut ita dicatur. Non solū habebat me in oculis: sed etiā credebat exercitum. Mirū hoc habes modo: quod tamen non est mirū si tanto uiro exercitū commendabat. Tūc sicubi: idest si alicubi ceperat eum satias pro facietas hominum: scilicet q̄ frequentia hominum ei esset tędiosa. aut odium: idest fastidium alicuius negocii. ubi: idest postq̄. uolebat regestere uelut quasi nostin reges soluere. scilicet q̄ desiderant recreationem post fastidiū alicuius rei. & hoc ponit interrogando: quasi nostin· ac si dicat sicut reges solent facere: & nonne nosti hoc quod ita soleant facere. non dum perfecta est oratio: sed subaudiendū est.

SER.

DONA. ¶ TVM me conuiuam solum abducebat sibi.) Hoc sup erat, ut qui esset minister magnarum rerum, id est cōsiliarius uoluptatū quoque regis particeps esset. Et uide quo significatu dicat me & conuiuam, & solū, & abducebat: nā non, uocabat. Et sibi, quasi nō ꝓpter me, sed ut sibi bene esset. ¶ Tum me conuiuā. Id est, cum satietas hoium esset, enim odisset negocia.

Elegans ¶ Regem elegantē narras.) Qui eligere sciat, aut qui ipse sit eligēdus.

Perpaucorum hominū homo ¶ Perpaucorum hoīum.) Aut q paucis utitur: aut q de paucis ē: aut qui paucis placet, hoc ē bonis & sapiētibus, qui fere pauci sunt. ¶ Immo nullorum ar. si te.ui.) Hoc aduersus, ne miles audiat. Potest tñ & aliter intelligi, maxime cum milite. ¶ Inuidere oēs mihi.) Plus pōt ad significandū, infinitum ips, q̄ finitū. ¶ Ego non floccipēdere.) Quod morderent clanculū, uel q inuiderent. ¶ Cōuiuam solum abducebat. ut, Solam nā perfidus ille Te colere. Significat autem sæpiuscule factū. ¶ Illi inuidere misere.) Miser enim est cui aīæ miseria in est. ¶ Verū unus.) Proprie unus. nā unus ex multis dr. Et mire est facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquētis exprimendam nam postq̄ dixit, Inuidere omnes: mihi repetit, Illi inuidere misere. Quin & impense & misere idē significant: & mox tamen sine ullo actu addidit, Verum unus tamen Impense. Aut plus est misere q̄ impense. ¶ Elephantis quem indicis præfecerat.) Et hoc stulte: cum hoc ad dignitatem sumit, & sic pronunciat ut magna esse præfectura uideatur hæc ipsa, & hoc a stolido milite sic profertur, tanq̄ magnum hominē uelit esse qui sibi inuideret. Et Indicis [illegible] Maurorū, qui & mitiores sunt. ¶ Is ubi molestus magis est.) More suo Magis addidit, ne diceret molestior. ¶ O næso inquā strato.) Strato nomen accōmodatū militiæ.

Eo ne ¶ Eone es ferox.) Causale est, Ideone significans. ¶ Quia habes imperium in beluas.) Mire extulit, imperium in beluas. Sic Virgilius, Illa se iactet in aula Aeolus, & clauso uētorum carcere regnet. ¶ Pulchre me hercle dictum.) Immodica laudatione uertit etiam si qd facete dictum est. sufficeret enim pulchre, quod est sapienter. Quod &, Iugularas hominem: pulchre tangit militem, iugularas dicendo, non, occideras: quasi gladio, non uerbo usus sit. ¶ Mutus illico.) Tam hoc stultū est, q̄ si diceret, statim nihil. Recte asit diceret, Ex illo mutus fuit. Tale est & illud, Tacere festinat. ¶ Quid ni esset?) Hoc est, ut posset esse, iugularas. ¶ Hoiem perditum.) Deest. o: ut sit, o hominem perditum. sed sic melius sonat: maioris enim stuporis est hoc modo pronnnciatum. ¶ Hominem perditum Miserumque, & illum sacrilegum. Vide quātum addiderit, qui nō hominem simpliciter, sed perditum, & miserum: illum nec malum, sed sacrilegum dixerit. ¶ Tetigerim.) Luserim, fatigauerim nam tangere, cum multa, tum ēt hoc significat.

Tāgere ¶ Nunq̄. sed narra obsecro.) Callide parasitus intelligit ad hoc se interrogatū, ut audire postulet. ¶ Plus milies audiui.) [illegible] aut superfutura. * ut æquatur: aut subiacet, ut tantum non milies conuenit stultum eundem & immemorē esse qua & intelligentia est.

Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. hui,
Regem elegantem narras. T. immo sic homo est
Perpaucorum hominum. G. immo nullorum arbitror,
Si tecum uiuit. T. inuidere omnes mihi·
Mordere clanculum· ego non floccipendere·
Illi inuidere misere· uerum unus tamen
Impense, elephantis quem Indicis præfecerat.
Is ubi molestus magis est, quæso inquam Strato
Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas?
G. Pulchre me hercle dictum & sapienter papæ·
Iugularas hominem, quid ille? T. mutus illico.
G. Quid ni esset? P. di uestram fidem · hominem perditum
Miserumque, & illum sacrilegum. T. quid, illud Gnatho
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio?
Nunquid tibi dixi? G. nunquam · sed narra obsecro.
Plus milies iam audiui. T. una in conuiuio
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus·

GVI. ¶ TVM. i. tunc abducebat sibi me suum cōuiuā. i. inuitatum ab eo ad epulas secū. Gna. Hui: interiectio gestientis: & quasi admirantis narras regē elegantem: uel qui eligere sciat: uel qui ipse sit eligēdus. Thr. immo sic est homo per paucorum hoīum. i. qui paucis utit: uel paucis placet. s. bonis sapientibus: qui pauci sunt. uel est homo de paucis: uel pauci sunt: aut rati inuenti: qui sint eius similes: & quod dici solet Est singularis hō & nouus, q hēt qd paucis conuenit. Gna. Aduersus parasitus hoc dicit, ne miles audiat. Immo arbitror nullorum hoīum ipsum regem esse si tecū uiuit q. d. nullis esse eū similem puto si tecum uiuit: qm̄ nemo sit præter eum, qui te secum ut cōuiuā admittere dignaret ꝓpter tuam suauitatem: cū sis ita gloriosus: loquax & nihili. Thr. Miles nō aduertit ad dictū parasiti suæ iactantiæ adeo insudans. omnes cōmilitones inuidere. i. inuidebāt mihi. mordere id est mordebāt & detrahebant mihi. clanculū. i. secreto. ego floccipendere. i. cōtēnebam: q inuiderent & morderent. Illi inuidere. i. inuidebant. misere. i. cū miseria & molestia sua, & infeliciter. Nam se nō alios inuidus igne coquit. Verum. i. sed. tamen unus ex inuidis impense. i. ualde: uel uehemēter uel misere inuidebat inquam: quem rex præfecerat elephantis (nam hic elephantus elephanti dicit) indicis. i. de India profectis. ubi. i. cum. is est magis molesta. i. nimis me afficiens tædio. Inquā i dico ei o Strato. nomē accōmodatū militię. ne. i. utrum. est ferox. i. terribilis & toruus. eo. i. ideo: q habes imperiū in belluas. i. supra elephātos. Gna. dictum fuit sup. pulchre: & festiue: lepide, & sapiēter. Papæ: interiectio admirantis tale dictū iugularas hoiem. i. attonitū, ac mutū reddideras eum: ac si iugulasses. i. occidisses eum. Quid ille rñdit sup. Thr. illico. i. statim mutus fuit: neque qcq̄ addidit. Gna. quid ni. i. cur non esset mutus. s. Par. o Dii uestrā fidē in. sup. hoc est uestrū auxiliū imploro & opem. hoiem pditum: ubi deest o: sed sic melius sonat. maioris est. n. stuporis sic ꝓnunciatū. i. hoiem pditum. i. in oē scelus datū & miserum infelicem. & i. ēt. o illum sacrilegum i. nefarium. illum dixit eleganter ad maiorē expressionē. uel retulit illud ad Gnatonem ita: q unam partem illius dicti referas ad Thrasonem: & alterā ad parasitū: quasi utrūque uituperet. Thra. o Gnato qd: modus interrogādi nunqd dixi tibi illud. s. quo pacto. i. qūo tetigerim. i. pupugerim · luserim: fatigauerim in cōuiuio Rhodiū quēdā adolescentulū de Rhodo. Gna. nunq̄ dixisti mihi: sed obsecro narra. audiui plus millies. h. d. auersus. Thra. hic adolescentulus Rhodius, quem dico. erat una: id est simul in conuiuio.

Iugula

SER. ¶ TVM abducebat me secū cōuiuam. hāc partē orationis sup. ipse postea beneficio quasi diceret abducebat. ubi ex puerent. i. exerceret miseriā illā. i. illud fastidium ex aīo: ac si diceret ubi se recrearet eiciēdo illā miseriā. Tenes. i. bene intelligis: immo dicis eleganter: immo homo perpaucorū est sic: sicut rex ille est. s. talis. uerum. i. sed. unus impēse. i. intente reprehēdebat me. & is ubi. i. postq̄. est magis mihi molestus, q̄ cæteri inquā ei hoiem pditū: de Thrasone dicit. sacrilegum uocat Gnatonē: qd iterum dicis illud esse.

¶ Forte

DONA.

Scortũ

CFORTE habui scortũ.) Vide quẽadmodũ miles, dũ mulier ad dictũ suũ puenire fateat, interim ꝗ cõtemptus sit atq; derisus. Abdomen in corpore fœminæ patiẽs iniuriæ coitus, scortũ dr: adeo qa scorta sunt dura coria. A parte ergo sui meretrices scorta dicunt: uel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Græce palpitare intelligit: qđ illæ faciunt saltãdo assidue: uel potius crissan-do, ut Lucretius ait ob eã cãm ut cõcinniorem uenerẽ exhibeant uiris: aut sibi abigant cõceptum, quod in uuluã fœminæ in ipso coitu non se mouẽtis incidit.

Lepus

Lepus tute es & pulpamẽtũ quæris.) Lepus ꝓ isamia multa ponit: uel ꝙ magia a posteriori parte, hoc est armis pulpamẽtum de se præbeat, cum in cõuiuio carpit apposi tus: ut Hora. ait, Fœcũdi leporis sapiẽs sectabit armos. Vel ꝙ uenant illũ, & psectant canes: quos ꝓ amatorib⁹ ἀλληγορικῶς intelligimus, ut ipse Terẽ. ait, Ceruã uidere fugere, sectari canes. Vel ꝙ illũ sic fugiãt oẽs, cõstituat ut hũc libido effœminata. Vel ꝙ a physicis dicat incerti sexus, ac esse mõ mas, mõ fœmina. Lepus tute es, & pul. q̃ris Q đ ĩ te hẽs, hoc q̃ris ĩ altero & ẽπ γόμενος ἀλληγορία. Ha ha hę.) Parasitus hic ĩterie&ctionẽ risus addidit quo magis nũc primũ hoc audisse credat. Quid est?) Hæc ĩterrogatio gestũ uultusq; ꝯtinet cuiusdã alacris, & certi ꝙ laudãdus sit.

Facetus

Lepidus

Lautus

Dicta

Adagia

Adagiones

Facete.) Facet⁹ ẽ q facit uerbis qđ uult. Lepide.) Lepidus, q politus ẽ, ut λεπὶς .i. lamina. Laute.) Lautus, q mũdus & splẽdidus ẽ. Tuũ ne ob.hoc di etat?) Et dicta, & puerbia & adagiones, ꝙ rẽ agãt, facetis hoibus ascribũt: & hoc laudis genus est, ad potiores referre, quod alter ꝓbat dixisse. Vetus credidi.) Quia oĩa uetera magna sunt. Sæpe.) Nõ ex ipso nã esset cõtrariũ supiori. Meum est.) Nõ sensu tantũmodo, sed uerbis quoq; ipsis agreste est, qđ nũc dicit, Meum est. Dolet dictũ imprudenti adolescenti & libero.) Deest mihi ut sit, dolet mihi Et Dictum, participiũ est, idest ꝙ dixisti. addidit .n. parasitus, quo grauius sit dictũ, cõmiserationem eius in quẽ dictum est, utpote imprudentẽ adolescẽtẽ, & liberũ. Scit .n. hoies stultos, malos uideri uelle. Et uide parasitũ in isdẽ uersari, cũ ait supra Iugularas, hic dolet dictum Imprudenti.) Scilicet qui minime crederet tali se percuti posse cõuicio: aut cũ tali uiro sibi rẽ futurã: & sic laudat militẽ, ut miseratiõe iã dignus sit adolescẽs. Tã festiue * ut ẽt misereri inimicoꝝ uacet. At te Dii pdãt.) Noue, inqt, Parme. nõ cũ ipsi. sed de ipso loqtur, nõ audiẽte eo. εἰρωνικῶς. * Parme. hic malefacit. at te Dii pdãt, inqt. Risu oẽs q ade. emo.) Disciplina ẽ comicis ut stultas snias, ita ẽt uitiosa uerba ascribere ridẽtis ĩpetitisq; psonis ut Plau. Latronib⁹ ego denumerẽ stipẽdiũ, inqt ex psona militis. Itaq; hic emoriri dixit. At uero atticus adolescẽs in hęc, At emori cupio. Vide igit Poetã ꝓ loco ac tpe scire qđ dicat. Metuebãt oẽs iã me.) Ne cui dicerẽ, Lepus tute es, & pulpamẽtũ q̃ris. Aut, Eho ne es ferox, qa hẽs impium in beluas? Non iniuria.) Hoc sic ꝓnuncia, quẽadmodũ illud supra, Quid ni esset? Purgon' ago me de istac Thaide' ὑπονοία ad litem futuram inter militem & Thaidem. Quod me eam amare suspicatur?) Quia apparet illam militi quoq; κατὰ τὸ σιωπώμενον ostendisse, ꝙ dixit Phædriæ. Immo auge magis suspitionem. hæc erit causa reiiciendi militis.

Forte habui scortum· coepit ad id alludere,
Et me irridere· Quid ais inquam, homo impudens!
LEPVS TVTE ES, & pulpamentũ quaeris. G. ha ha hæ.
T. Quid est! G. facete, lepide, laute nihil supra.
Tuum obsecro * ne hoc dictum erat? uetus credidi. ἀ's.te
T. Audieras! G. sæpe, & fertur in primis. T. meum est.
G. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.
P. At te dii perdant. G. quid ille quæso! T. perditus.
Risu omnes qui aderant emoriri deniq;
Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.
T. Sed heus tu purgon' ego me de istac Thaidi,
Quod eã me amare suspicatur! G. nihil minus· ἀ's suspicata ẽ
Immo magis auge suspitionem. T. cur! G. rogas!

GVI.

CFORTE .i. casu habui scortũ .i. meretricẽ. coepit .i. incepit ludere ad id scortum .s. quod habebã. & coepit inquã irridere me. inquã .i. dixi o homo imprudẽs .i. effrons, & inuerecũde: & qui defricuisti frontẽ qđ ais? tute .i. tu met es lepus .i. pulpamẽtũ: & q̃ris pulpamentũ in alio: hoc est qđ in te habes: hoc ĩ altero q̃ris: quasi dicere uelit: Pręstas te aliis abutendum. & ut ait Cice. Et aduersus & auersus impudicus es.

Cice.

Pulpa pæ

Pulpamẽtum

Pulpa pæ. & pulpamentum ti, ut uult Donatus, dicit caro quæ manducat: eo ꝙ pulset & concidat. & ideo lepus hois pulpamentũ est: qm eius carne uescat homo. sed hic sub eo dicto ĩfamia fœda: multaq; intelligit: quæ potius est reiciẽda, ꝗ nimis patefaciẽda. Gna. Ha ha hæ: interiectio in risum effusi. Thr. qđ est? Dictum fuit sup. facete .i. festiue: urbanæ. Nam facetus dicitur: qui facit uerbis qđ uult. Lepide .i. polite. Nam lepidus dicit qui politus est: ut Lepersi græce .i. lamia. laute .i. splendide: nitide. Lautus enim est, qui mũdus & splẽdidus est. nihil supra .i. nihil ultra dici poterat: uel nihil supra ꝗ dici debebat est dictum uel nihil melius dici poterat. obsecro ne .i. utrũ hoc dictum erat tuum .i. a te inuentum. credidi: idest iudicaui illud esse uetus: ꝓpterea quod redolet antiquitatem: quæ festiua erat & faceta: & oĩa uetera magna sunt: dicta & ꝓuerbia & adagiones: siue adagia facetis hoibus ascribunt. Thra. audieras illud .s. dici aliqñ. Gna. sæpe audieram .i. & fert .i. dicit. in primis .i. inter prima & præcipua dicta, quæ facetiã habẽt. Thra. illud dictũ est meũ .i. ex ingenio meo: & eloquẽtia ꝓfectũ. Dolet mihi sup .i. doleo illud .s. tute lepus es &c. dictũ esse ut sit participiũ. adolescenti .s. illi Rhodio iuueni imprudẽti .i. inesuto: non solũ adolescẽti, sed ẽt libero: qui non est seruilis cõditionis cuiq; id dictũ dicendũ non erat: uel sic intellige: ut dictum sit nomen dictũ .i. dicterium meũ & ridiculũ. mordax .s. lepus tute es. dolet .i. dolori est: uel dolorẽ affert adolescenti & libero imprudenti .i. qui minime crederet tali se posse percuti conuitio: aut cũ tali uiro sibi rem futurã. Videtur uelle Donatus hæc dicta supius .s. dictũ dolet: esse Gnatonis: sed melior est supior interptatio. Par. At Dii pdant .i. destruant. tẽ Thrasonẽ: qđ dictũ secum ꝓfert Parmeno nescius uel ignoratus illic esse. Gna. q̃so qd ille adolescens rñdit sup. Thra. perditus fuit sup .i. periit. & totus stupefactus & attonitus euasit. oẽs q aderãt .i. astabant. emoriri .i. moriebant. risu .s. præ nimio risu: aut præ nimia ridendi cupiditate. deniq; ad summã iã oẽs metuebant me: ne talia illis dicerẽ. Gna. non iniuria .i. non sine cã. Thra. sed heus tu: aduerbiũ uocantis. q.d. tu adhuc hoc audi. purgẽ .s. purgare ne debebo me .i. me excusare. Thaidi .i. apud Thaidẽ de ista puella .s. ꝙ .i. qa suspicata est .i. opinata est me militem amare eam puellam. Gna. nihil minus facias .s. ꝗ te purges. immo .i. sed. magis auge suspitionem .i. fac ut magis suspicetur. Thra. cur .i. quare id faciam. Gna. rogas .i. interrogas.

SER.

CSED ipse coepit ludere ad id .i. ad meũ scortũ. tu es lepus .s. to es similis lepori: q facis & pateris. & q̃ris pulpamẽtum .i. delectationẽ luxuriæ. Pulpa græce caro: inde pulpamentũ .i. delectatio carnis. uetus credidi cũ inter alia puerbia sæpe recitare audiuissem. dolet .i. penituit me quod dixissem talia im. p. d. d. præsertim libero .i. nobili: qđ ille dixit rogas ac si nescires: qui melius intelligis ꝗ ego.

DONA. Siquando

ℭ SCIN.) Monentis est dicere scin, uel scito. ¶ Siquando illa mentionem.) Siquando & prima syllaba acui potest & media, tamen uariat sententiam. ¶ Id ut ne fiat.) Modo Ne non significat. ¶ Hæc res sola est remedio.) Si te suspicetur amare Pamphilam. ¶ Vbi nominabit.) Et locum & tempus significat Vbi. ¶ Tu Pamphilam continuo.) Hic magna οἰκονομία ē, qua Terentius præparat quemadmodum iurgium inter Thaidem militemque & Gnatoné per duas partes serpat fabulæ. Et bene Continuo: ut itelligat meretrix nō tam Pamphilam amari, q̄ sibi uicem dari. ¶ Pamphilam cantatum ꝓuocemus.) Eleganter, quia ille foris ē, hæc intus: illum intromittamus, illam prouocemus. Hæc est in uerbis, Poetæ germana proprietas. ¶ Tu huius cōtra) Hic contra, uicē significat. ¶ Qđ eam mordeat.) Quod par. Aut absolute Quod, quæ res. ¶ Si quidem me amaret, tum istud prodesset Gnatho.) His uersiculis personam militis & Gnathonis continentibus πρὸ οἰκονομίᾳ inducitur, ꝙ uerisimile sit facile militem ferre posse anteponi sibi Phædriam, qui se semper intellexerit non amari: nam si hoc tollas: aut excludendus est Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula fit exitus tragicus. Et hoc miles, ut sapiens, locutus est. Ergo meminisse conuenit ridiculas persona non omnino stultas & excordes induci a Poetis comicis: nam nulla delectatio est, ubi omnino, qui deluditur, nihil sapit. Stultitia autem est in his quatuor modis: aut non uenire in mentem quod oportet: aut si uenerit, non tenere: aut bonum consilium amittere: aut malum admittere. Vide ergo, ut hoc quod commode miles uiderat, non tenuerit, totumq; amiserit. Hoc autem idcirco interposuit Poeta, ut ostenderet quid ueneni haberet assentatio: per quam non modo errantes decipiuntur, ac præcipites euntur, uerum etiam sapientes interdum, saniq; euertuntur. ¶ Quando illud quod tu das, expectat.) Hac sententia tollitur militi, quod recte senserat: nec persuadetur tamen, ꝙ ametur ab amica. ¶ Iamdudum te amat.) Vel nimium, & ualde, uel iampridem. ¶ Quod doleat.) Hoc ad illud refertur quod supra dixit, Par pari referto, quod eam mordeat. ¶ Nequando iratus tu alio conferas.) Et hic locum pro persona posuit: ut ne diceret, ad aliam. ¶ At mihi istuc non in mentem uenerat.) Sic pronunciandum est, quasi militi monstri simile uideatur, sapiens dictum alii prius uenisse in mentem, q̄ sibi. ¶ Ridiculum.) Vel hominem, uel dictum significamus. ¶ Cæterum hoc tute melius Quanto inuenisses Thraso? Scilicet, si cogitasses.

Contra

Scin' si quando illa mentionem Phædriæ
Facit: aut si laudat, te ut male urat? T. sentio.
G. Id ut ne fiat, hæc res sola est remedio:
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo. si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comessatum: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra. denique,
Par pari referto, quod eam mordeat. *Deest syllaba. si legas, par sic pari, aut par mox pari, constat metrum.*
T. Si qdē me amaret, tū istuc ꝓdesset Gnatho.
G. Quādo illud qđ tu das, expectat atq; amat:
DONA. NVnquis hic est? nemo ẽ. In hac scena, uerba gestum uultumque indicant exeuntis: cui obuia persona obiicit, sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur. ¶ Nunquis hic est? nemo ẽ. Nunquis hinc me sequitur? Duo metuit, ne quis obuius comprehensor occurrat: & ne quis sui persecutor existat. ¶ Iamne erũpere hoc licet mihi gaudium?) Erumpere quasi actiuum uerbũ posuit pro neutrali: ut sit, licetne mihi erumpere hoc gaudiũ? Aut erumpere, quasi exire: Mihi, pro a me. ¶ Nemo homo est.) Quamuis per nemo, homo intelligatur: tamẽ addidit homo, ut ueteres solent, τοῦ τὸ χρηματισμοῦ. ¶ Erumpere. Vtrum me erumpere, pro emittere posuit? An erumpere ꝑ exclamare? ut erumpere uocem dicitur, qui exclamat. nam pro Iuppiter, dicturus est. ¶ Nunc est profecto tempus.) Ordo & sensus hic est. Nunc est profecto tempus cum perpeti me possum interfici. Hoc autem cur ĩpedixerit, statim subiicit causam. ¶ Cum perpeti me possum.) Animaduertendum est ꝙ si Cum, coniuncte legeris, quãdo significat: si separatim, dum significat. ¶ Nunc est profecto. Figurate, ac coniuncte lege sine disiunctione. ¶ Contaminet uita ægritudine aliqua.) Mire uitæ crimen ostendit: uelut ipsa sit campus, possessioque fortunæ instabilis uariorum. ¶ Sed neminem curiosum, & cæ.) Apparatus ad intentionem futuræ narrationis dicitur. ¶ Qui me sequatur.) Id cupit gaudens, quod tristibus molestum est. nam contra Menedemus grauatur narrare quæ dolet. ¶ Obtundat.) Odiose instet, ac repetat: molestus, & odiosus fit. ¶ Enecet.) ἐυθανατέιν, ꝙ enicet.

Erũpo · *Obtundere*

GVI. NVnquis & cætera. In hac scena uerba gestum, uultumq; indicant exeuntis: cui obuia persona obiicitur: sub cuius occasiõe spectatoribus gesta narrabuntur. Chæ. Nunquis: idest nunquid aliquis est hic apud me: scilicet qui mihi comprehensor occurrat. Deinde nemine uiso subdit: nemo est. Nunquis sequitur me hic: qui me scilicet persequatur: postea nemine uiso subiungit: nemo homo ẽ. i. nullus homo est. nemo enim iunctum cum homo idẽ est, ꝙ nullus, ut neminem uidi hominẽ: idest nullum. Deinde ostendit se cupere summopere suum gaudium alicui communicare: sed neminem interuenire uidet, cui narret. Ne: idest utrũ licet mihi iam: idest nunc. erumpere: idest exprimere: emittere: manifestare: prodere meum gaudium: quod cœpi in illa suppositione: cum scilicet ꝓ eunucho fui suppositus. Vel si uis capere, ut Donatus ait, erumpere neutraliter pro exire: & tũc sic astrue. Licet ne iam hoc: idest meum gaudium. erumpere: idest exire: prodire: elabi: euadere. mihi: idest a me manifestãdo: scilicet alteri. Dicimus enim erupit in hanc uocem: & hæc uox ex eius pectore erupit: quasi exiuit. Proh Iuppiter: ut ait Seruius in tertio Aene. Irascentis exclamatio est. Profecto: idest proculdubio nunc tempus est. cum: idest quando: uel in quo tempore: & tunc aduerbium ponitur pro nomine: ut sæpe fit. possum perpeti: idest ferre me interfici. ne: idest ut non hoc gaudium quod cœpi. contaminet: idest inquinet: fœdet uitam meam. aliqua ægritudine: idest aliquo crimine & passione. Nam crimen est animi ægritudo: quemadmodum & omnis animi passio. Sed neminem uideo nũc interuenire: idest interea uenire. mihi: idest ad me. curiosum: idest minutissima quæque exquirentem. a nimia enim cura curiosus dicitur: quoties plus diligentiæ, q̃ oporteat impendimus rebus uel nostris: uel alienis. qui scilicet curiosus homo sequatur me. & iam obtundat: idest instet: repetat: molestus, & tædiosus sit rogitando. & qui inquam enecet: idest suis quæstionibus, quasi me mori faciat: ut uulgo dici solet: cum aliquis est nimis tædiosus: mori me cogis tædio, & quasi enecas: qui ergo enecet q̃rẽs subaudi.

Proh Iuppiter irascentis · *Crimen & passio* · *Curiosus*

SER. NVnquis. Introductio conuenienti auditori: idest Chæreæ: qui libenter uult referre gaudẽs summa lætitia de desiderio perpetrato dicens. Nunquis: idest nunquid est aliqs hic, qui me uideat exire. qui me sequatur: idest instet quærendo.

Quid gestiã· aut qd lætus sim· quo pergam· unde emergã· ubi siem
Vestitum hunc nactus· qd mihi quæram: sanus sim an ne insaniã.
A. Adibo· atq; ab eo gratiã hãc, quam uideo uelle, inibo. *Catalecticus*
Chærea, qd est quod sic gestis? quidue sibi hic uestitus quærit?
Quid est quod lætus sis? quid tibi uis? satine sanus? quid me
Aspectas? quid taces? C. o festus dies hominis, amice
Salue· nemo est quem ego magis nunc cuperem uidere, q̃ te.
A. Narra istuc quæso quid siet. C. immo ego te obsecro hercle ut
audias. *Acatalecticus*
Nostin' hanc, quam amat frater? A. noui, nempe opinor
Thaidem· *Troch. tetram. catalect.*
C. Istã ipsã. A. sic cõmeminerã. C. q̃dã hodie ẽ ei dono data. *Iamb. acata.*

DONA. *Gestire*

¶ QVID gestiam.) Deest quærens: ut sit, cogitando obtundat, & enecet quærens quid gestiam. Gestire, est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem a pecudibus ad homines esse translatum. ¶ Quid gestiã. Gestire ꝓprie est sensum corporis gestu indicare: qđ magis brutorũ est animalium. Virg. Et studio in cassum uideas gestire lauãdi. ¶ Aut qd lætus.) Propter quid. ¶ Vnde emergam.) Proprie dixit emergam, ut ex lustris atq; inhonestis locis, ut pote meretricis domo. Cicero, At ne tum quidem emersisti lutulente Cæso ex naturæ tuæ sordibus? ¶ Vestitum hunc nactus.) Bene nactus dixit: ut qui non sumeret, nisi suasisset hæc occasio. ¶ Adibo: atq; ab eo gratiã &c.) Sensus & ordo hic est, adibo, atq; ab eo gratiã hanc inibo. Gratiã inire, est dare beneficiũ: ac per hoc alicuius inire gratiam, id est amicitiam. sed hæc est elocutio, gratiam ab eo inibo, pro eius gratiam merebor. Nam ab eo amat Terentius pro Eius ponere, ut in Andria, Hæc primum animaduertenda ab eo iniuria est. id est eius iniuria. Inire autem gratiam, est mereri gratiam. Plautus, Iniet tamen solidam & grandem gratiam. ¶ Quid est quod sic gestis?) Facete repetit uerba eius interrogationis: ut sciat se iampridem esse præsentem. ¶ Quid sibi hic uestitus quærit?) Facete & figurate dictum est. sic & alibi, ut pernoscatis quid sibi Eunuchus uelit. ¶ Quid est quod lætus sis?) Vide aliud esse gestire, aliud lætum esse. ¶ Quid tibi uis?) πρὸς τὸ Quid mihi uelim. ¶ Satin' sanus?) πρὸς τὸ, Sanus sim, an insaniam. ¶ Quid me aspectas? quid taces?) His duabus interrogatiunculis descripsit uultum dicturi. ¶ O festus dies hominis. amice salue.) Decet a salutatione incipere luculente dicturum. Illud autem uerisimile est & percussum re noua, & audiendi cupidum immemorem extitisse salutandi. ¶ O festus dies. Vtrum quia causa est festi ac læti diei? An quia ipse tantus sit quantus est festus dies? ¶ O festus dies hominis. Pro, homo festi diei. Sic dicitur etiam scelus homo. Ennius. O pietas animi. ¶ Quem ego nunc magis.) Bene additum magis ut his amicis se antepositum intelligat: quos cum optet uidere Chærea, tamen eũ magis adeo ut aliis amicis antepositum neminem cupit. ¶ Immo ego te obsecro hercle ut audias.) Bonum cõpendium ne multa diceret ad commendandum, ut solet, narrationem futuram. ¶ Immo te obsecro hercle ut audias. Bene contulit uerba: ut ex his appareat quid agere uelit. Ille dixit quæso: hic obsecro. ¶ Nostin, hanc quam amat frater?) Quæritur an uerisimile sit Antiphoni notã esse Thaidem, quam frater ipse nesciuerit. Sed intelligere debemus modo notitiam non uultus, sed famæ positam esse: quam famam potuit ex Phædria & Antipho scire. At uero aliam notitiam negauerat Chærea sibi fuisse cum Thaide, hoc est uisus, uultus, oris, & corporis. ¶ Noui, nempe opinor Thaidem.) Verisimile est hæc scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chæ. Et est ordo hic, Noui, nempe opinor Thaidem. ¶ Opinor Thaidem. Optime & ab illo tacitum & ab hoc nomen oblatum est: ut appareat q̃ nouerit, & q̃ possit assequi quæ dicentur.

Emergere · *Inire gratiam* · *Festus dies*

GVL. ¶ QVID gestiam: idest qd motu corporis ostendam. Nã gestire proprie est sensum: idest sententiam & cupiditatem corporis gestu indicare: quod magis brutorum est animalium. Virgilius. Et studio incassum uideas gestire lauandi. Aut quærens inquam quid: idest cur sim lætus. & quo: idest in quem locum. & pergam: idest iter prosequar, & dirigam. unde: idest a quo loco. emergam: idest exeam erumpã & bene ueluti ex lustris & inhonestis locis. Cicero. An ne tum quidem emersisti lutulente. quæso ex naturæ tuæ sordibus. quærens inquã ubi nactus sim: idest inuenerim. hũc uestitũ: idest talem cultũ eunuchi. quærens inquam quid q̃ram mihi: idest quid mihi uelim. quid postulem. quærens inquam an sim sanus: idest mentis compos. an ne: idest uel utrũ insaniam: idest desipiam. sim insanus & mente captus. An. adibo eum: scilicet atq; inibo hanc gratiam ab eo: idest dabo illi hoc beneficium: quam: scilicet gratiam: hoc est quod beneficiũ uideo eum sup. uelle quasi dicat offeram me illi: & interrogabo eum: ut possit suum gaudium erumpere: quod habiturus est beneficii loco. Gratia enim interdum capitur pro beneficio. unde referre gratiam: idest beneficium compensare alio beneficio. Interdum gratia dicitur amicitia: unde inire gratiam alicuius est mereri amicitiam eius præstatione beneficiorum: & ita gratia acquiritur per gratiam: idest amicitiam per beneficium inibo ergo gratiam ab eo, pro eius: hoc est merebor amicitiam eius hoc beneficium illi præstando. Ter. autem sæpe amat ponere ab eo pro eius: ut satis prius dictum est. O Chærea, repetit Antipho uerba interrogationis: ut Chærea sciat eum iam pridem esse præsentem· quid est quod sic gestis: idest quod gestum corporis ostendis: aut quid hic uestitus quærit sibi: idest quid sibi uult tale indumentum: siue quid significat. quid est quod: idest propter quod sis lætus. quid tibi uis: idest quod inepte dici solet: quid oportet tibi satis ne: idest utrum es satis sanus: idest satis bonæ mentis. quid: idest cur aspectas me. quid: idest cur taces. Ch. o festus dies hominis: idest secundum Do. homo festi diei: idest qui est causa festi & læti diei: uel qui sit tantus quantus est festus dies. Posset etiam rite dici a Chærea de se ipso. o festus dies hominis: uidelicet mihi quasi dicat o dies mihi lætus istius hominis aduentu: mihi amici. & admiratiue dictum est hoc uel exclamatiue. amice Antipho salue: idest sis saluus. nemo omnium: idest nullus ex omnibus est: quem ego nunc magis cuperem uidere, quam te Antiphonem. An. quæso: idest rogo. narra. idest recita quid istud sit: quod: scilicet gestis: & quod lætus es &c. Chære. immo: idest sed. potius ego te obse. idest per sacra rogo: quod plus est, quam quæso. hercle. idest per Herculem. iurantis aduerbium: ut audias: idest auscultes dicta mea. nostin: idest cognoscis ne hanc meretricem: quam frater Phædria amat. An. nempe: idest certe. noui, ut opinor, amat inquam Thaidem. Chæ. istam ipsam: idest istammet amat: scilicet An. sic: idest eo modo: commeminerã: idest recordabar & memoria tenebam. Chæ. hodie quædam uirgo est data ei dono.

Emergere · *Gratia* · *Quæso & obsecro* · *Commemini*

SER. ¶ QVAERENS quid gestiam: idest faciam hos gestus corporis. Festus ex nimio gaudio non potuit eum salutare: sed præmisit: o Antipho hodie est festiuitas Chæreæ. postea reuertitur ad salutationem.

¶ Faciem

DONA. Prędicare Laudare Spectator elegans

¶ FACIEM prędicē, aut lau.) Prędicamus, ut res sunt: Laudamus extollēdo. Vel p̄dicamus uoce, Laudamus argumētis. ¶ Quā elegans formarū spectator siem.) Elegās spectator est, q̄ sit cunctantis, & fastidiosi iudicii: cui non qd placet facile. ¶ Quid ego eius tibi. Ordo hic esse debet. Quid ego eius tibi nunc faciē p̄dicē, aut laudē Antipho? in hac cōmotus sum, cū me ipsum noris q̄ elegans formarū spectator siē. ut sit sensus, In hac cōmotus sum ille.s. q. ut scis, formas solet eligere ac fastidirē p merito. ¶ Spectator. Probator. ut pecuniæ spectatores dicuntur. ¶ In hac com. sum.) Nō ē cōsequens: eēt asīt, si diceret, in hac cōmotum me scias. Erit ergo ordo, & sensus q supra. ¶ Primā di. scio.) O fiduciā elegantiæ, & de alienis oculis iudicare. ¶ Quid mul. uer. ama. cœ.) Ordie egit. nā prius est cōmoueri: inde amare Et bene nō ante dicit qd aggressus fuerit, nisi amoris mentiōe p̄lata: quo cogēte nihil est infectū cupiētibus. ¶ Submonuit.) Leuiter monuit, & recte, qa Arripui dicturus est. Et totū optime: nā ut nō erat boni adolescentis hāc technā reprehēsīc ab illo repertā, fuit plane ueri amatoris arripe. ¶ Tacitus citius audies.) In oratione solemus corripere extra ordinē pcontantes. Et bñ celeritatē p̄misit qua facile teneť auditor. Et mire, tanq̄ sola īterrogatio moræ sit. ¶ Et p illo iubeā me dedu.) Iubeā amico dixit, tanq̄ inter honesta sit qd utile sit. & turpe factū plerūq; pseuerante impudentia releuať. ¶ Quid ex ea re tādē.) Transit a reprehēsione facti, ad cām ipsius facti. ¶ Nū parua causa aut parua rō est?) Sic illata interrogatio est, quasi ad hanc annuere, & uultu consentire Antiphō sit coactus. ¶ Læta uero ad se abducit domū. cōmendat uirginē.) Oia mire, q læta, q abducit, q domū, q cōmēdat uirginē: Specta singula, & mirare uirtutē Poetæ. hic.n. cōmēdandus est locus et toris inuitū cōtinēs apud Thaidē. * cōuiuiū. ¶ Tibi ne.) Nō interrogat, sed miratť. ¶ Satis tuto tñ.) Quid hic facit Tamē: Verū hoc, etsi meretrix, tñ satis tuto agit? An, etsi Chæreæ: satis tuto tñ, qa nullus accedet alius? ¶ Edicit.) Edicimus, * iubemus: uel iure * dicimus. edicta.n. impatoris sunt. ¶ Et mihi ne absce. ipe.) Certe nullus uir accedit. ¶ Maneā so.) Remaneā, perseuerēq; in loco. ac p hoc sim Miser, utpote dono datus, & seruiens meretrici. & est εἰρωνεία. ¶ Ergo inqt. ad cœnam hinc eo.) μίμησις, ad iprudētiā mulieris exprimēdā. quæ hoc die erat secura de custode eunucho. ¶ Abducit secū ancillas.) ¶ Memoriter: nā dixerat abiens, Vos me sequimini. ¶ Paucæ quæ circa illā essent.) Relictę nōnullę ut lauari possit ea uirgo q̄ sub tutū huius occasione nuptura est. hoc.n. totū sic induxit Poeta: ut nō abhorreat a legitimis nuptiis, in ea p̄sertim quæ uxor futura est. ¶ Manēt.) Pro remanēt, ἀφαίρεσις.

Virgo: qd ego eius tibi nūc faciē p̄dicē, aut laudē Antipho? *Troc. cat.*
Cū ipsum me noris, q̄ elegans formarū spectator siem? *Iamb. acat.*
In hac cōmutus sum. A. ain' tu? C. primam dices scio, si uideris.
Quid multa uerba? amare cœpi: forte furtuna domi
*Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi: *pertinet ad uersum præcedentem*
Neq; is deductus ēt tum ad eā summonuit me Parmeno
Ibi seruus, qd ego arripui. A. qd id est? C. tacitus citius audies.
Vt uestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me illuc ducier.
A. Pro eunuchon'? C. sic ē. A. qd nā ex ea re tādē ut capes cōmodi?
C. Rogas? uiderem, audirē, essem una qua cum cupiebā Antipho.
Num parua caussa, aut parua ratio est? traditus sum mulieri.
Illa ilico ubi me accepit, læta uero ad se abducit dumum.
Cōmēdat uirginem. A. cui? tibi ne? C. mihi. A. satis tuto tamen.
C. Edicit, ne uir quisq̄ ad eam adeat & mihi, ne abscedam, imperat.
In interiore parte ut maneam sulus cum sula adnuo,
Terrā intuēs modeste. A. miser. C. ego inquit ad cœnā hinc eo:
Abducit secum ancillas paucæ, quæ circum illam essent, manent

Submonere

Varro

GVI.

¶ CAN. Quid.i. q̄re. ego nūc p̄dicē.i. narrē. aut laudē.i. commēdē tibi faciē.i. formā & speē eius seu figurā. Prędicamus res, ut sunt dicit Do. laudamus uero cū extollimus: uel p̄dicamus uoce laudamus argumētis. Quid ergo tibi p̄dicē. cū noris.i. noueris: hoc est cognoscas q̄.i. quātū. sim elegans.i. aptus: accōmodatus ad eligēdas formas. spectator.i. pbator. formarū.i. facierū. cōmotus sum.i. allect⁹ p̄mo aspectu: & primo motu inuasit me titillatio formæ eius: seu incitatus sum ī hac.s. uirgine. An. ain.i. ais ne tu te esse cōmotū ī illa: & eā eē ītāta forma. Chæ. scio q dicis eā esse primā.i. p̄stantissimā formā: & uincentē cæteras si uideris eam. qd multa uerba inculco.s. uel qd plura: uel qd uerbis opus est: q̄ uerba poni solēt: ubi qd p̄cipuū ē uenit subiūgendū. cœpi amare post.s. cōmotionem meā ī ea. prius enim cōmouemur deinde amamus. forte fortūa.i. casu quodā: ut dici solet: aduerbiū euētus. qdam eunuchus erat domi fratris: quē eunuchū fr̄ mercatus fuerat.i. emerat. Thaidi.i. pp Thaidē. neq; tum.i. tūc is eunuchus deduct⁹ erat ad Thaidē. ibi.i. tūc. Parmeno seruus submonuit.i. sciēter & latēter monuit me aliqd sup. technæ, seu artis & uersutiæ. qd ego arripui.i. celeriter ipso inuito rapui: & mihi uēdicaui. An. qd id est? Chærea. sic tacitus.i. noli interrūpere sermonē: audies citius. hoc dictū ē corripiēdo Antiphonē: q sermonē iterrupat. Subiungit demū sm suū ordinē. Submonuit inquā me ut mutē uestē cū illo eunucho. & ut iubeā.i. ut p̄cipiā seruo Parmenoni me deducier.i. deduci. p paragogē. illuc.i. ad Thaidē. p illo.i. illius loco. An. p eunucho.i. loco eunuchi. Chæ. sic est. An. qd tandē: ibi tandē hēt urgens qd dā & accelerās. qd ergo cōmodi.i. qd utilitatis caperes ex ea re.i. ex ea deductione. Ch. rogas.i. inquiris. uiderē.i. delectarer eius aspectu: audirē eius blandos sermones. essem.i. uersarer. una.i. simul. q̄ cū.i. cū qua puella cupiebam esse. o Antiphon.i. nunqd. q.d. nō est parua cā: aut parua rō: quare cuperē deducier. traditus sum mulieri.s. Thaidi. uero.i. sed. ilico.i. cōtinuo. ubi.i. cū accepit me illa læta.i. gausa. deducit me domū ad se.i. quod uulgo dr̄. sed non recte penes se. nam ad se hic illud sign̄at. cōmendat.i. tradit. mihi.i. fidei meæ. uirginem.s. puellam. An. cui commendat uirginē sup. ne.i. utrum tibi. Ch. mihi cōmendat inquā. An. tñ satis tuto.i. satis sine periculo tibi cōmittit eam. q.d. periculosissime: & hoc p ironiā dixit: uel satis tuto dicit cū nullus te p̄ter sit accessurus alius: p̄sertim cū illius sit satis futurus solicitus. Chæ. edicit.i. iubet. nā edicimus.i. iubemus & iure dicimus. edicta enim imperatoris sunt, nec q̄squā uir.i. aliquis uir. adeat.i. ingrediatur ad eam puellam: & imperat mihi.s. Thais postq̄ iussit omnibus mihi p̄cipue imperauit. ne abscedam.i. discedam ab ea. imperat inq̄ mihi: ut maneā.i. remaneam: perseuerem in eo loco solus cū sola. Annuo.i. quodā signo ostendo me uelle. intuens.i. aspiciens modeste cum bono modo terram. An. miser eras sup. utpote dono datus & seruiens meretrici. Ch. inqt Thais ego eo hinc.i. ex hoc loco ad cœnā cū milite: abducit secū ancillas. paucæ: puellæ nouitiæ.i. adhuc nouæ, & rudes, & imperitæ: q̄ essent circa illā.s. uirginē seruandam. manent.i. remanent.

Quid plura inculco

Submonere aliquid Techna Arripe

Tādem

Ad se ē penes se

SER.

¶ AIN tu ipsam ita esse pulchram forte: & tali forte: q fortuna fuit.i. bonus euētus. deductus.s. eram: quod si ego arripui.i. arripiendo feci. quid.s. tu fecisti: ut aliquid cōmodi inde caperes. sed ut quid commodi inde caperes: fecisti satis derisorie suspectaus quædam commoditas.

DONA.

Nouitiæ puellæ cōtinuo hæc adornāt, ut lauet· *Trochaicus catalect.*
Adhortor pperēt· dū apparat, uirgo in cōclaui sedet, *Iamb. tetram.*
Suspectās tabulā quādā pictā, *ubi inerat pictura hæc, Iouē *Al's. ibi*
Quo pacto Danae misisse aiūt quōdā in gremiū imbrem aureum·
Egomet quoq; id spectare cœpi· & quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum sese in hominem conuertisse, atq; per alienas tegulas
Venisse * clāculū p impluuiū fucū factū mulieri· *Nisi legas clā me trum non constat.*
At quē deū? qui tēpla cœli summa sonitu cōcutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud uero ita feci, ac lubēs.
Dū hæc mecū reputo, accersitur lauatū interea uirgo· *Catalecticus*
It, lauit, redit deinde illā in lecto illæ collocant. *Trochaicus catalect.*
Sto expectans, si quid mihi imperent· uenit una, Heus tu inquit, Dore,
Ionbicus catalecticus

Adorna re
Cōclaue

NOVI tiæ puellæ.) νέᾳνιδες nouitiæ, & puellæ. Conti nuo hęc ador. ut la.) Hęc pluraliter, p hæ: ut ī Phormone, Hæc illæ erant itiones. Adornant aūt, ex medio significatu p apparant. Dū appa.) Impsonaliter dixit. & dū apparat, p dū apparet. & Sedet p sedebat. Virgo in Cōcla. se.) Cōclaue, est separatior locus in iteriōribus tectis: uel q intra eū loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. Suspectans tabu. quan. pi.) Bñ accedit repente pictura ad hortamēta aggrediēdę uirginis: iō, qa nō ad hoc uenerat Chęrea ut cōtinuo uitiaret puellā, sed ut uideret audiret, essetq; una: cū nihil āplius cogitaret, ausus incitatusq; dū picturam cerneret. Iouem quo pa.) Mira iuentio, q hęc pictura domui tribuit meretricis aduersus oium pudicitiā amorū, cōtra parsimoniā, contra dignitatē, cōtra pudicitiā. Misisse aiunt.) Bñ Aiunt: & qa fabula est, & qa tā turpis Ioui, q apta meretrici. Quo pacto Danae misisse aiunt quoodā ī gremiū imbrē aure.) Quæ aptior pictura domui meretricis ad amatorū illecebras, q hæc? q exēplū cōtinet amoris, & amoris puellæ, & amoris ad Iouē ptinentis: & amoris oō gratuiti, nec paruo ppositi, sed auro ī gremiū fluente uenalis. Tū q; in gremiū Danae et ipse Iuppiter, ut splendidus imber illabitur: nōne uidet meretrix dicere adulescētulis illā corporis partē authore Ioue uelut inauratā fuisse? Imbrē aureū. Non rorē, uel pluuiā, sed imbrē addiderat. o auaritiā Meretricis. Egomet quoq; id spe. cœ.) Moris est ad id oculos uertere qđ uidemus: & eū quē aspicimus, itueri. Iā olim ille lu. Bñ, nō scelus, sed ludū dixit. Impēdio.) Id est magis magis q; luserat. & Luserat ludū, ut Hunc oro sine me furere aū furorē. figura ἀρχαϊσμός. Deū se in homi. cōuer.) Philosophice nūc Terētius demōstrauit quā cladē moribus hoium, & ciuitatibus afferant figmēta Poetaꝝ, cū exēpla scelerꝝ afferāt peccaturis? Atq; p alienas tegu.) Hic apparet Iouē separatim, separati aurū fuisse pictū. Deū sei hoiem cōuertisse. Vtrū qa Iuppiter humana forma aurū īfundens pictus erat in tabulis, nō p Ioue aurū? An In hoiem, id est in hominis audaciam, atq; flagitia? Atq; p alienas tegulas. Satis comico charactere locutus est, & pssō stylo. Venisse clanculū p implu.) Hæc oia nō ut difficilia factu, sed ut humilia & Ioue indigna pferunt, ut merito sequat, Ego homuncio hoc nō facerē, qđ nō solū non Ioui, sed ne homini qdē, nisi furi, aptū erat? Fucū fa.) Id est, ut fucū faceret, hoc est insidias & fraudē. Fucū, astutam fraudem & mulieri: p fœminæ. Qui tēpla cęli summo soni. cōcu.) Ab authoritate psonę, ut fit ī exēplis. Sonitu cōcutit. παρῳδία de Ennio. Tēpla cęli. Snia tragica: sed de industria, nō errore. Ego homuncio hoc nō face.) Oratorie, ut Iouē extulit, ita detraxit sibi: ut puta, ille est deus, & magnus: ego nō hō, sed homūtio. Dū hæc mecū re. acc la.) Seruauit ordinē nuptiarū: & pprio uerbo, qsi de nuptura dixit Accersit ut alibi, Quā mox uirginē accerso?) Nam ipse illā est habiturus uxorē. Dū hæc mecū reputo. Hic ondit oō sibi primū hęc tūc ī mentē uenisse, sed tūc et cogitata cū esset ī domo meretricis. It. lauit. re.) συντομία q solet, utit. Deinde illā in le. illæ collo.) Vide an aliqd de est ita legitimis nuptiis: nā & ipsum uerbū Collocarunt, ppriū est, & ascribitur pnubis. Sto expectans, si qd mi. impe.) λείπει. nō. n. dixit stabā. Expectans, desyderans. Et mire oē tēpus executus est salua ueritate, in qua Virgilius negligens inuenitur, cū post occisum Mezentium, nō facta noctis mentione, statim intulit, Oceanum interea surgens aurora reliquit.

Impen dio
Ludere ludum

Fucum facere

Accerso

GVL.

CON tinuo. i. ilico. hæc pro hæ. ut in Phormione Hæc illæ erant. adornant. i. apparant. ut lauet. i. balnea subeat. adhortor. i. suadeo ut pperet. i. celeriter fiat talis apparatio: uel ut alii codices hñt ut pperet. s. puellæ. dū. i. qdiu. apparat. i. fit apparatus ille ad lauandū: & apparat dictū est ipersonalr. uirgo sedet p sedebat in cōclaui. i. i loco secretiori domus Est. n. cōclaue secretior locus in interioribus tectis: uel q i tra eū locū multa loca & cubicula clausa sint adhærētia triclinio. suspectās. i. susum uel sursum aspiciens qdā tabulā pictā. ubi. i. ī q tabula hęc pictura inerat. quo pacto. i. quo mō aiūt poetæ s. & bñ aiunt: qa fabula est Iouē misisse quōdā. i. iā pridē: oli. imbrē aureū. i. hñtē aureas guttas. in gremiū Danae. i. illi puellæ. Nā Danae potius ē datiuus q genitiuus: nisi latina iflexiōe declinet. & tūc bñ esset genitiuus. Quoq; i. et. egomet cœpi spectare id. s. tabulā pictā: & qa ille Iupiter iā oli. i. iāpridē. luserat ludū cōsimilē: qlē ludere conabar: uidelicet fucū facere mulieri impendio. magis. i. multo magis animus gaudebat mihi Deū. i. Iouē cōuertisse. i. mutasse. sese. i. seipsum ī hominē: atq; uenisse clāculū. i. secreto: latēter: aduerbiū ē. ī alienas tegulas. i. tecta aliena: qđ furi soli aptū erat p īpluuiū. Varro ait ipluuiū eē id qđ relictū erat ī medio tecti: ut ibrē caperet deorsum: quo ipluebat. dictū sic ipluuiū a pluuia. Asconius et dicit ipluuiū eē locū sine tecto ī ædibus: quo īpluere imber ī domū possit. Venisse ergo p ipluuiū factū. i. ut faceret: primū supinū. fucū. i. īsidias: fraudē furū astutā. mulieri p fœmininæ. At. i. sed. quē Deū aius inquā gaudebat se cōuertisse. Interrogat: deide rñdet: illū sup. q cōcutit tēpla cęli. i. loca cōsecrata Deo. &, ut Varro iterptat, tēpla. i. atria cęli: seu alta tecta tonātis. q ergo cōcutit summa tēpla. i. sublimia atria cęli sonitu uidelicet tonitruū. hoc aūt ex Ennio deductū ē de idustria: nō errore aliquo. Ego Chęrea homūtio. i. qsi, q oō sum hō ī cōparatiōe eius. nō facerē. i. nō efficerē hęc q fecit. s. uero. i. sed feci ita: ut ipse. ac libēs. i. cū magna libidie & appetitu. Interea dū reputo. i. cōsidero hęc pdicta mecū. i. apud me. accersit. s. i. aduocat ab ancillis: ea uadit ad eas lauit ī balneo. s. redit. i. reuersa est ubi ego erā. Deinde illæ ancillę collocarunt. i. disposuerunt (qđ uerbū astribit p nubis) eā puellā ī lecto. sto. i. erectus sum: nō sedens: expectans si qd īperent mihi ipsæ uouitiæ puellę. Donatus legit spectās. i. desiderās: uel aspiciens. una ex illis puellis uenit. ī quit. i. dixit. heus: aduerbiū uocātis. Dore: oomē eunuchi. CO VO. i. mō aiūt hoies Iouē quondā misisse se factū aureū ibrē ī gremiū Danaes magis ipēdio. i. impēdiose gaudebat. mihi. i. deū sese ī hoiem. s. q; Deus sese ī hoiem cōuerterat. & p alienas tegulas uenisset p ipluuiū factū. i. facere fucū. i. fallariā. Impluuiū dr foramē camini. fallacia dr tinctura: qa ois fallacia ē fucus. i. tinctura: aliud ondens: aliud obtegēs dū dico. atq; Deū: ac si dicat quēlibet Deū: sed illum q t. &c. & cū h fecisset: ego homūtio &c. ego uero illud feci &c. āticipatio ē q stat eēt te tenere: te dico exūtē tm mō asinū.

Aiunt

Tegula Impluuium

Varro

Homuntio Libens

Collocare

SER.

Cape

DONA. CCAPE hoc flabellum). Praeclare nō sensum, sed uerba ipsa per μίμησιν induxit, per quam puellaris error exprimitur. Ventulū huic sic facito dū lauamur.) Demōstratiuū, & gestu explicādū. Cape hoc flabellū: & uentulū huic sic facito. Quā particulatim, cū qua diligentia, & λεπτολόγως iubet, quasi nouitio & iperito: Vbi nos lauerimus.) Vide usum uerbi tā cito uariatū, dum lauamur: &, ubi nos lauerimus. Accipio tristis.) Id est, tristis simulans: ut, Nāq; ut cōspectu in medio turbatus inermis Constitit. Si uoles la.) Quasi satisfacit: ut est, cum solū illū relinquant cū uirgine. Accipio tristis. Bene tristis, tanq̄ aliud magis uellet, hoc ē lauare, aut ludere: metuit enim ne qd cupit, pdat gaudio. Os tuū impudēs.

Cape hoc flabellum, & uentulū huic sic facito dū lauamur·
Vbi nos lauerimus, si uoles lauato accipio tristis·
A. Tum equidē istuc os tuū impudens uidere nimiū uellem·
Quis esset status, flabellum tenere te asinum tantum·
C. Vix elocuta est hoc, foras simul omnes proruunt se·
Abeunt lauatum perstrepūt, ita ut fit, domini ubi absunt.
Interea somnus uirginem opprimir· ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum, & simul alia circūspecto,
Satin' explorata sint. uideo esse pessulum ostio obdo.
A. Quid tum? C. qd tū fatue? A. fateor. C. an ego occasionē
Mihi ostentatam, tam breuem, tam optatā, tam insperatā,
Amitterem? tum pol ego is essem uere, qui assimulabat.
A. Sanehercle ut dicis sed interim de symbolis qd actum est?
C. Paratū ē. A. frugi es: ubi? domin'? C. imo apud libertū Discū.

dem. i. certe. tum. i. tunc. uellē nimium. i. ualde cuperem uidere. a istud per cōtēptū dixit. os tuū. i. tuā faciem. impudēs. i. inuerecūdum. nimiū inquā uellē uidere. qui. i. q̄lis. esset status tuus. i. tuus habitus: & modus te habēdi te. tm asinū. i. te q es tam magnus asinus. & hoc p contēptū dicit: cū illud officiū & ministeriū sit delicatoℽ & paruoℽ seruoℽ. Vellē ergo uidere te tā magnū asinū tenere flabellū. q. d. operaepreciū fuisset te uider tā magnū asinum facere ministeriū paruoℽ & delicatoℽ seruoℽ. Ita. n. loqui fere solemus: cū uidemus aliquem magnū adhuc puerilia opa exercere. Chae. uix puella sup. est locuta. i. effata haec, quae dixi. oēs proruūt sese foras. i. oēs simul cū impetu se cōferunt foras: ubi uerbo neutrali p actiuo est usus. abeunt. i. discedunt lauatū. perstrepunt. i. magnū strepitū faciunt pedibus, manibus, uocibus cōfusis. ita. i. eo modo. ut. i. quemadmodū fit. ubi. i. qn̄. uel in quo loco domini absunt. i. non sunt pñtes. interea. i. dum perstrepunt. somnus opprimit. i. occupat uirginem: cui uētulum faciebam. Ego aspecto limis. si inflectat hic & haec limis & hoc lime. tunc est sensus. ego limis. i. ego transuersus. unde limen dr quod ingredientibus & exeuntibus trāsuersum est. Si uero inflectat limus lima limum tunc est sensus: Ego aspecto limis oculis sup. i. oblique intuentibus. nam limi obliqui dicuntur generaliter. pprie tamen de oculis illud uocabulū dicit. Cum autē hoies dissimulāt se uidere: quod uidēt: & nō recta facie: sed transuersa intuentur: limes dicunt aspicere. ego inquā aspecto limis oculis. i. oblique intuentibus. sic. i. hoc modo: ut ostendo clanculum. i. secreto: per flabellū. i. per uētilatoriū: ut ita dicā. & simul. i. etiam circūspecto. i. circūlustro oculis alia satin. i. utrū sine satis explorata. i. certa. uideo oīa esse explorata inquā. obdo. i. oppono: quasi contra do. pessulū. i. repagulū. obicē. i. illud. s. ligneū uel ferreū: quo ex interiori domo claudit hostiū. diciturq; a pello is. Obdo inqt pessulum ostio. ut. s. amoueret & arceret auxiliū uirginis. An. qd tū. i. deinde secutū est. Chae. q̄ tū fatue. i. o fatue quęris qd tum sit secutū. An. fateor me esse fatuū qui quęsierim. Ch. an. i. utrum. amitterem. i. amittere debeam uel putas q amitterem occasionem. i. opportunitatē. ostentatam. i. oblatam mihi. tam breuem. i. tam parum duraturam. tam optatam. tam insperatā. i. tam praeter spem mihi allatam. Pol. i. per Pollucem. ego essem uere is qui assimulabar. i. fingebar. i. ego essem uere eunuchus q uidebar esse eum non essem. An. hercle. i. per Herculē. sane. i. certe est sup. ita ut dicis. sed interim. i. interea. quid est actum de symbolis. i. de pecuniis uel annulis collatis ad prandium parandum. Ch. paratum est. i. prandium est apparatum: uel forsitan impersonaliter sumi posset. An. es frugi. i. utilis & necessarius: ut fruges sunt humano generi. Frugi est ergo: in quo est aliquid: quo fruamur. i. utamur. Vbi est paratum inq̄ domiu. i. utrum domi. Chae. immo. i. sed. apud libertum. i. manumissum. Discum. i. sic nominatum paratum est inq̄.

Statura Status Proruunt se Limis Limen

Licet iocanti & amico comitiū iocunde facere. Qui esset status.) Statura, corpori ascribit: Status, ad habitum refertur. Ergo status est σχῆμα: Statura, lōgitudo corpis. Te asinū tantum.) Quia hoc ministerium, delicatoℽ seruoℽ ē. Omnes proruunt se.) Verbo neutrali quasi actiuo usus est. Vbi absunt). Vbi, & tēporis & loci pōt esse. Interea somnus uirginē occupat.) Vtpote cōpressam somno, & oblectatam flabello, atq; ab eunucho nihil metuētē. Ego limis aspe.) Limis, si noīatiuus singularis ē, transuersus significat: si sepdmus pluralis, deest oculis. Nā limis, est trāsuersus: unde limen dicit quoq; q ingredientibus exeuntibusq; transuersum est. Cū igitur dissimulant homines se uidere quod uident, & non recta facie, sed transuersa intuentur: limis dicunt aspicere. Sic per flabellū clāculū. Sic. δεικτικῶν est. & necessario additū. nā & limis, & p flabellū sine demonstratione parum intelligitur. Limis aspecto. Cū limi dicantur obliqui generaliter: hoc tamen pprie de oculis dicitur. Pessulum ostio obdo.) Scilicet ut amoueret, arceretq; auxilium uirginis. Quid tum fatue?) Quid enim praeter uitium superest. ubi amator est adolescēs, & uirgo dormiens & inclusa? Grate explicata narratio est, quā audientis curiositas finit, & cuius in extrema parte maior attentio est. Fateor.) Me fatuum qui hoc quęsierim, subauditur. An ego occasionē mihi ostentatā, tā breuē, tā optatam, tam insperatam.) Vide quanta dixerit: nō uoluntatē, sed occasionem: non, animaduersam, sed ostētatam: nō hāc sed tantam: non angustā, sed breuem: non appetitam, sed exoptatam: non repētinam, sed insperatā. Et bene insperatam: aliud enim sibi pmiserat, ut supra diximus, non quod pictura occasioq; persuasit. Tum pol ego is essem.) Eunuchus scilicet. Sane hercle ut dicis.) Deest, ita est. Sed interim de symbolis?) Bene memor ē personę quā induxit; Poeta, p hāc interrogationē. Sed interim de symbolis?

* Frugi es.) Vtilis, & necessarius: ut fruges humano generi. Frugi ē ergo, in quo ē aliqd quo fruamur, id est utamur. Disc.) Nomen est pprium: Discum.

GVI. Flabrū

CCAPE hoc flabellum. i. hoc instrumentum aptum aut ad uentilandum. i. uentū faciendū: aut ad abigēdas muscas. dr. n. a flo flas. uel est diminutiuū a flabrū bri: quod a flando sic noīatur. Et facito huic. s. puellae uentulum. i. paruum uentum. sic. idest hoc pacto: ut tibi ostendo. dum: idest quādiu lauamus. ubi. i. quando lauerimus nos lauato si uoles. Accipio flabellū tristis. i. uultu seuero, & quasi moesto. An ego

Prorue re

Obdare Pessulū

SER. CLIMIS. i. obliquis oculis quasi strabo. limis est nominatiuus: unde componitur sublimis in usu frequenti. sublimia enim aliquando uultus aspicimus uideo esse. s satis explorata. fateor me fatuus. Is. i. eunuchus. Discum pprium nomen. exulo pp dictas causas: quia nunc me &c.

DONA. ¶ SED tanto ocyus ꝓperemus.) Properemus dixit pro ambulemus. ¶ Muta uestē. Hęc ὁμοιωσία est ad id, q̄ in domum Thaidis rediturus ē Chaerea. Vbi mutē?) Vultu ostēdit qđ subauditur, Nescio. ¶ Nā do. exu.) Deest, prope, aut uelutiut sit, prope iā exulo. Exulo duobus modis dr̄, & de loco in quo eiectus est. ¶ Nūc me tuo fra.) Causas ostēdit, cur domo penitus ueluti exulet. ¶ Pr̄ ne rure redierit.) Præparat iā iter uentus senis: & est ζεῦγμα ad supiora. nā & hic Metuo est subaudiēdū. ¶ Ibi ꝓximū est.) Hoc ē domus mea. ¶ Recte dicis, Eamus.) Ipsa uerba quodā modo festinationē sonāt. ¶ Quo pa. pot.) Porro, postea deinceps.

Exulo

> A. Perlonge est sed tanto ocyus ꝓparemus, muta uestem
> C. Vbi mutem? perii, nam domo exulo nunc metuo fratrem,
> Ne intus sit porro autem, pater ne rure redierit iam.
> A. Eamus ad me ibi ꝓxumum est ubi mutes. C. recte dicis.
> Eamus & de istac simol quo pacto porro possim
> Potiri, consilium uolo capere una tecum. A. fiat.

nam exulo id est prope iam eiectus a domo paterna. Nam exulat quis & de loco a quo deiectus est: & in loco in quo exilium illi assignatum est. nunc metuo .i. uereor. ne frater .s. Phae. sit intus. porro .i. deinde. metuo in q̄ ne pr̄ iam rediērit rure .i. ex agris. An. eamus ad me .i. quod barbare dicit penes me uel apud me. cum nec penes uel apud sequi possint uerba motum significantia .i. apud me proximū est domiciliū sup. ubi .i. in quo. mutes .i. mutare possis. uel ꝓximū in neutro genere sū me .i. res ꝓxima ē .s. domus mea ubi mutes. Ch. dicis r. i. bn̄ dicis. eamus ad te .s. & simul .i. ēt. uolo capere cō .i. uolo deliberare: cōstituere una tecū de istac puella. quo pacto .i. q̄ ua possim potiri ea .s. tanquā re optata. porro .i. postea. deinceps. Ant. fiat .i. efficiatur ut uis.

Pom

GVI. ¶ CAN. Est plonge .i. ualde longe. Chæ. sed ꝓperemus .i. ambulemus ait Dona. uel festinemus canto ocyus .i. uelocius. An. muta uestē .i. depone illā & sume aliā. Ch. ubi mutem .i. ubi possim mutare, ul' nescio sup. ubi mutē. pii .i. pdit° sum.

SER. ¶ PROXIMVM: qui in alio loco ad me: scilicet ad meam domum.

ACTVS IIII. SCENA PRIMA. DORIAS.

> ITA me Dii bene amēt quantū ego illum uid., nō nihil timeo misera, *Iambicus tetrameter catalecticus.*
> Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut uim Thaidi. *Trochaicus catalecticus*
> Nā postq̃ iste aduenit Chremes adolescēs frater uirginis, *Iāb. cata.*
> Militē rogat, ut illū admitti iobeat ille cōtinuo irasci, *Troch. tetra.*
> Neq; negare audere Thais porro instare, ut hoiem inuitet. *(catal.*
> Id faciebat retinēdi illius caussa ga illa q̃ cupiebat *Octona catal.*
> De sorore eius indicare, ad eā rem tēpus nō erat. *Troch. catal.*
> Inuitat tristis mansit ibi cum illo sermonem occipit
> Miles uero sibi putare adductū ante oculos æmulum,
> Voluit facerē cōtra huic ægre heus ingt, puer † Pāphilā, *Nisi legas (puere uō cōstat uersus*

DONA ITa me Dii bn̄ ament.) Ea psona quæsita est, q̄ terribilē credat militē: & eo magis in experiendo uanus ac ridiculus eē possit. ¶ Ita me Dii bene ament. Hoc loco quid post scenā gestū sit, hoc ē i cōuiuio militis, ancilla demonstrat: ut iam quæm prosceiio agant, ex his possimus agnoscere. ¶ Ne quā ille hodie insanus.) Illū, & ille insanus, sic effertur, ut omnibus insuratus miles esse noscatur. ¶ Nā postq̃ iste aduenit.) Instanter admonet, qui .s. sit Chremes. ¶ Militem rogat.) Et hoc quasi de odioso, militem dixit, non Thrasonem. ¶ Continuo irasci.) Vt riuali. ¶ Neq; negare audere.) Vt amicæ poscenti. ¶ Instare, ut hominē inuitet.) Vide impudentiam meretricis. primum petit ut iubeat eum admitti postea ut inuitet, quod est maius. ¶ Id faciebat retinendi illius cau.) Admonet spectatorem, ne existimet alteri riuali iniuriam fieri Phaedriæ. Et simul est hic προοικονομία uirginis agnoscēdæ, Inuitat tristis. ¶ Mansit ibi.) Adolescens .s. & mansit, pro remoratus est, id est accubuit, nec recessit Mansit significat. Simile est, Mansit, passus est. Sic Chremes mansit, immoratus. * conuiuii necessitate discessit accipiendus est. ¶ Tristis.) Inuitus nō libenter: Vt e contrario Virgilius, Vobis lætus ego hunc candentem in littore taurum constituam ante aras, uoti reus, Et accipio tristis, eodē modo Sermonem occipit. Sermonem, colloquium dicit. ¶ Adductum æmulum.) Plus dixit adductum, q̃ admissum, & simul quia uidebat furibundum Chremem, & totum crimē reuocat ad Thaidem. & hæc est causa cur a milite in eius domo nullā rixam patiatur Chremes ¶ Huic ægre.) Huic Thaidi non, adducto. ¶ Heus, inquit, puer.) Hic ostenditur quod supra apparatum est.

Tristis Sermo

ut dictura sum uerū quātū .i. anquantum. uidi .i. cognoui illū militē. nō nihil .i. aliq̃ttenus sine aliquantulum. ego misera .i. dolore afflicta, & timore. timeo ne quā .i. q aliquā turbā .i. turbationē tumultū ille insanus .s. miles, faciat .i. moueat hodie. aut timeo inquā q faciat aliquā uim .i. uiolētiam Thaidi Nam postquam iste Chremes adolescens iuuenis frater uirginis aduenit ad domū militis: Thais rogat militem ut miles iubeat illum .s. Chremetem admitti .i. introduci in domum & recipi continuo .i. ilico. ille miles irasci cœpit sup. uel irasci pro irascebatur. neq; audere .i. audebat. negare .i. renuereq; Chre. introduceret, præsertim poscente amasia. porro .i. deinde, uel postea Tha. instare .i. instabat hoc est urgebat assiduis precibus, ut inuitet .i. alliciat ad discumbendū hominem .s. Chre. Thais faciebat id id est precabatur ut inuitaret miles eum cā retinēdi illius .i. retinendi illū Chre. qa non erat tempus .i. non erat tempestiuum, & opportunū ad eam rem, quam parabat .s. indicare .i. significare: ostēdere de sorore Chre. illa quæ cupiebat indicare inquā miles sup. inuitas. Chr. tristis .i. inuitus, non libēs. Chr mansit ibi: idest remoratus est: remansit: non recessit. illa .s. Thais. ilico .i. statim. occipit .i. incipit. sermonem .i. colloquium cū illo. uero .i. sed. miles putare .i. putabat. æmulū .i. eiusdem rei studiosum: hoc est riuale. adductū .i. adhibitū sibi ante oculos. cōtra .i. in oppositū. miles uoluit facere. ęgre .i. moleste huic Tha. inquit ipse miles. heus uocantis est.

Aemul

GVI. ITa me &c. Quæsita est hic psona, q̃ & terribilē credat militē & simul demonstret quid post scænā gestum sit in cōuiuio militis Do. Dii ita me amēt. iurantis ē dictio. q. d. ita amet a Diis:

SER. ITa me. Enarrato facto Chæreæ per cōuenientes personas necessarium erat: ut aliquo modo comperiretur esse Chærea: ut hac occasione ad eam ducendam pertingeret, hæc est adhuc executio tertii actus: quod notificatio ē de facto Chæreæ: scilicet ut sciatis hoc fecisse: ad hoc inuestigandum conuenientes personæ conueniunt .s. duæ ancillæ Tha. quæ inquirant: & Phæ. rediens de rure: per quem inquirant. Primum accedit Dorias ad inquisitionem rediens.

¶ Accersi

DONA. ¶ ACCERSE Pamphilam.) Non pro uoca: sed, accerse: qa nō est aptum militi. ¶ Vt delectet hic nos.) Quasi dicat, ꝙ hæc non fan(t)i: sed delectare, fidicinæ est: qa supra de illa dixerat, Et fidibꝰ scire. Et bene Hic: quasi insuauiter nūc tractemur. ¶ Illa exclamat.) Non respondit, inquit: sed, exclamat. ¶ Minime gentiū.) Hoc magis mirum, minime gētiū, q̄ nusquā gentium. *(Minime gentiū)*
¶ In conuiuiū illā?) ἐμφατικῶς. Vt, Cantando tu illū? ¶ Illā.) Deest, accersas: & ē figura ἀποσιώπησις. ¶ Miles tēdere.) Proprie dixit tendere, quod significat pertinacem cōtentionem. Virgilius. Vasto certamine tendūt. ¶ Inde ad iurgium,) Subauditur, uentum est. ¶ Interea aurum sibi clam mulier demit.) Ne aurum pro uirgine, ꝙ retinebat, amitteret. uel aurum demit, ut esset ad fugam expeditior, uel ad rixam. Et opportune mulierem dixit, non Thaidem: ut ostenderet malitiā sexus ¶ Hoc est signi, ubi primum poterit.) Ad quam rem signi? Vtrum hoc est signi. Quamobrem metuā ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut uim Thaidi? An hoc est signi. Vnde scio ꝙ ubi primū poterit, se illinc subducet. Erit igitur subaudiendum sic. Vnde & Quod: ut sit, unde scio, ꝙ ubi primum poterit. *(Tēdere)*

* Accerse, ut delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium.
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.
Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducet scio.

* *Iābicus tetrāmeter, sed prīa syllaba Accerse, pertinet ad uersum præcedētē.*

GVI. ¶ ACCERSE. i. fac uenire: uel uade ad uocādū. aut uoca Pā. i. uirginē quā dono dederat. ut delectet hic nos fidibus. s. canēdo: ꝙ hæc Tha. nō facit. Illa Tha. ex. mi. gē. i. nequaq̄ gētiū: terraꝝ: loci locoꝝ tpis sępe ponunt ubi ad significationē nihil faciunt. sed dūtaxat ad uocalitatē. ut nusquā terrarū: nusq̄ gentiū: ubiuis locoꝝ. sed magis miꝝ est minime gētiū, q̄ nusquā gentiū. pōt itaq; esse distinctio hic minime gētiū. i. nequaq̄. accersatur. s. deinde subdat accerses sup. illā puellam in cōuiuium. q. d. es satis fatuus: ut uelis accersere eam in cōuiuium: & hoc interrogādo: uel potest intelligi continue & affirmatiue minime gentium. i. nequaquā accerses sup. illā in cōuiuiū: qa uidelicet ꝓhibebo. miles tendere. i. pertinanter contendebat: ut puer eam accerseret. inde. i. deinde. uentum est sup. ad iurgium. i. ad rixā & obiurgationem. interea mulier Thais demit sibi clam. i. amouet se. & tradit mihi aurū: ne amittat aurum quod tenebat: aut ut esset ad rixam expeditior: uel ad fugā data. tradit mihi. ut auferam. i. asportē. hoc est signi. i. hoc signum & cōiectura: unde sup. scio ꝙ sup. subducet se: idest clam se subtrahat. illinc. i. ex domo militis. ubi primū: idest cum primum poterit se subducere scilicet.

ACTVS IIII. SCENA II.

PHAEDRIA.

DVM rus eo, cœpi egomet mecū inter uias. *Senarii*
Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiæ.
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem. qd opus est uerbis? dū hæc puto,
Præterii imprudens uillam. longe iam abieram.
Cum sensi, redeo rursum. male uero me habens,
Vbi ad ipsum ueni diuerticulum, constiti.
Occepi mecum cogitare, Hem, biduum hic
Manendum est soli sine illa? quid tum postea?

DONA DVm rus eo, cœpi egomet.) Hic nunc cā narrat, cur statim in urbem redeat Phędria, qui discesserat abfuturꝰ biduū ad tollēdū iurgiū militis, & importune redit. ¶ Dum rus eo. Iā tps est reuocādi in scenā Phędriā, postq̄ acta sūt oīa, quę illius absentiā desiderabāt. ¶ Cœpi egomet mecū.) Ordo, Cœpi aliam rē ex alia re cogitare. ¶ Inter uias.) Figurare, & noue inter uias. ¶ Et ea oīa i peiorē ptē.) Vtrū subaudiat, cogitare? an ibant, aut uergebāt, aut qd tale? ¶ Dū hæc puto.) Id est existimo. ut Virg. Multa putās, sortēq; aīo miseratus inīq. Et ē ἀφαίρεσις, pro reputo. Putamus. n. instantia: Reputamus præterita. ¶ Vbi ad ipsum ueni diuer.) Diuerticulū, est ubi iter de uia flectit. & ꝓprie diuerticula dicunt in uia domicilia, ad quæ de itinere diuertēdū sit. ¶ Cōstiti.) Plus est nunc sciētem stetisse, q̄ ꝑterisse nesciētē. ¶ Hem: biduū hic manendum est?) Interiectio laborātis ai. Biduū sic ꝓnūtia, ut lōgū, nimiumq; tps. Tū deinde Hic, tanq̄ in loco solo, atq; tristi. ¶ Soli.) Sine illa, aut sine alio oblectamēto. ¶ Sine illa. Satis amatorie. ¶ Sine illa. Iā cā est cur biduū grauet, loco tristi, cur solatiū cōquirēdū. Sunt aūt qui idē putent soli esse, & sine illa: ut sine illa ἐξήγησις eius sit qđ dixerat, Soli. *(Inter uias; Putare, Reputare; Diuerticulum)*

GVI. DVm rus &c. Hic nūc cā narrat cur statim in urbem redeat Phędria: q discesserat abfuturus biduum ad tollēdū iurgiū militis: sed importune redit, uerū erat tps reuocādi Phædriā in scenā: postq̄ facta sunt oīa: q illius absentiā desiderabāt. Phę. Phędria solus loquit. cū eo rus egomet cœpi. i. incœpi. cogitat mecū. i. mente uolutare. inter uias. i. inter eundē, uel in ipsis uiis. aliam rem ex alia. i. nunc unam rem. nunc aliam. ut etiā Cice. ad Pætum Me quotidie aliud ex alio impetit. i. aliud post aliud. & Vir. Nos alia ex aliis i fata uocamur. ita ut fit. i. quēadmodū fieri solet. ubi. i. cū. qd. i. aliqd molestiæ. i. displicētię: ut ita loquar: est i animo: & cœpi inquam cogitare ea oīa in partē peiorē. i. deteriorē. qd est opus uerbis. i. qd attinet plura dicere: post dictū qd nunc subiungā dū. i. quamdiu. puto. i. existimo siue reputo hæc: & ē aphæresis: puto ꝓ reputo. Putamus autē instantia: reputamus ꝑterita. ego ꝑterii. i. ꝑtergressus sum. imprudēs. i. ꝑ imprudētiā: nō cōsiderās uiam quā ꝑtransibam ꝑtercurro ergo uillam. i. domum agrestē: quo ibā. iam abierā. i. ꝑ transiuetam. lōge. i. ꝓcul illā uillā. cū sensi. i. ꝑcepi. redeo rursum. i reuertor. & ē tautologia. uero. i. sed. male hñs me. i. male sanus: qa i sano uexatus amore ubi. i. posiquā ueni ad ipm diuerticulū. i. ad semitā: qua de uia diuertit ac deflectitur. nā diuerticulū, ut ait Don. ē ubi iter de uia flectit: & ꝓprie diuerticula sunt i uia domicilia ad q̄ de itinere diuertendū sit. Cōstiti. i. restiti illic: & fixi gradū cogitabūdus totus. cœpi cogitare mecum. i. apud me hæc sequētia. hem: interiectio laborātis animi. manēdū ē. i. oportet manere. hic. i. in hac uilla. biduū. i. spatio duorū dierū. Manēdū ē mihi sup. soli: sine illa. s. Thaide hic quasi in loco tristi. & biduū: qđ tps longū putat amāti. Deinde intermiscet consilium sanæ mētis. qd tu postea. i. qd inde sequet si biduū manendū sit. *(Cice.; Virg.; Tautologia; Constiti)*

SER. DVm rus. Ecce adducta ē una ꝑsona: accedit & altera. s. Phædria: ꝑ quē lepus inuestigabit: & i uestigatus repietur. attribunt auctor redeundi cām simil' de rure ita cū rus eo cœpi mecū cogitare inter uias aliā rē ex alia re. i. unā rē post aliā. Ita ut fit ubi. i. postq̄. aliquid est molestiæ in aīo: & ea oīa. s. uertere i peiorē partē: qa nihil adeo ꝓsperū i mētē potest uenire: qđ in malū nō uertā. hem hic est mihi manendū per biduū sine illa? nō ac si diceret manebo: sed ad urbē redibo. Et si rediero quid tum postea: certe nihil facerem.

DONA. CNIHIL est. qd nihil?) Amantium disputationes intermiscent quędā cōsilia sanæ mentis, quæ tñ statim resurgētis amoris sæuitia deuincunt. Eho, ne uidendi qdē erit?) Eho, ridicule additū: tanquā omnino nō secū loquat, sed cū altero. Saltē hoc licebit.) Bñ bis dictū licet licebit: q̄si de re magna loquat tot. ergo amatore. Certe extre. linea.) Et hoc recte: qa qnq̃ lineæ pfectæ sunt ad amorē. Prima uisus, secunda loq. tertia tactus, q̄rta osculari, qnta coitus. An sic dixit extrema linea, quēadmodū dicat lōgis lineis qd fieri? id est de lōginquo. Amare haud nihil ē. Amare mō frui amorē dicit Plau. i Bacchidibus, Prius hic adero q̄ te amare designā. Et, sine te amē. Villā ptęte. sci.) Sciens qdē, sed nō minus amator q̄ pus. Sed qd hoc ē qd timi. sub. egre. Py.) Ex his uerbis psona i scenā ueniens & locutura describit. & Timida, mō ęgra, turbata, cōmota Plau. Manū ex mari timide. Et hic ipse, Vxorē, ingt, Philumenā pauitare nescio qd dixerunt. Timidū aliud naturale, aliud euentu ē. ut, Addit se sociā, timidisq; supuenit Aegle.

Linea extrema

Timid⁹

> Nihil est. quid nihil? si non tangendi copia est,
> Eho, ne uidendi quidem erit? si illud non licet,
> Saltem hoc licebit. certe extrema linea
> Amare, haud nihil est. uillam prætereo sciens.
> Sed qd hoc ē, q timida subito egredit Pythias? *Trochai. catale.*

GVI. CNIHIL est manere. s. biduū. deinde resurgēs amor incitat eum ut dicat qd nihil. i. quō dicis nihil esse biduū abesse. si nō est copia. i. facultas tangēdi. eho: ridicule additū: quasi nō secū loquat. ne qdē. i. nec ēt copia mqnā uidendi erit. si illud nō licet. i. pmittatur: hoc est tāgere: saltē hoc licebit. s. uidere. certe. i. pfecto. extrema linea: appositiue dictū. i. qd. s. uidere. est linea extrema in amore. Quatuor. n. sunt lineę in amore: pria uisus: secunda tactus: tertia osculum: quarta opus. lineæ ergo extremæ sunt uisus & opus: nisi dicatur extrema linea: quemadmodū dicitur longis lineis qd fieri. i. de longinquo. Amare. i. amorē frui. haud nihil est. i. est aliqd. pętereo uillā sciens. i. nō imprudēs. sed nō minus amator, q̄ prius. & ideo amore impellor ad repetendā urbē. Sed qd hoc est: his uerbis psonam scenā ueniens & locutura describitur & timida. sed quid hoc est. i. quid hoc sibi unlt q Pythias egreditur. i. exit subito. timida. i. commota: ægra aio: ac turbata. Aliqd est timidū naturaliter. ut: Cū canibus timidi uenient ad pocula damæ. Aliqd est ēt timidū ex euētu. ut: Addit se sociā, timidisq; supuenit Aegle.

Timid⁹ naturaliter & ex euentu

DONA. ¶ NE q; pes.) Ad incessum. ¶ Neque mens.) Ad facta, ac dicta. ¶ Satis suum officium facit.) Bene nō enim oino nō facit, nā hoc insani est: sed, uō satis facit: qd ē ebrietatis. ¶ Quis est? ehē Pythi.) γνωμικῶς, & satis miro exemplo mutatam credit, postq̄ ipse mutatus est. ¶ Quanto nūc formosior uidere mihi q̄ dudum.) Hoc multum Academicos iuuat, qui aiunt, prout habiti fuerimus, atque affecti, ita nobis aliud atq; aliud uideri: & ideo nihil certi comprehendi posse. ¶ Certe tu quidem pol.) Et certe, & pol, hæc dixit, ut appareret hanc uere loqui quæ sobria est: illum uero ex uino falli. Et honorifice, atq; ut sobria, non dixit temulentior, aut lasciuior, sed alacrior. ¶ Verbum hercle hoc.) Verbum, prouerbium: ut idem in Andria, Verbū illud uerum est, uulgo quod dici solet. ¶ Sine cerere & libero friget uenus.) Hoc si ad sententiam reuoces, non conuenit ebrio. si ad petulantiam quam * sic ante dictum est. Nam & improbior factus est: & cum tropice locutus sit, tamen ordinem naturalem seruauit: nam primum cibus, deinde potus, postremo libido uenerea. Friget autem quia omnis eiusmodi uoluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. Et friget proprie, nō adhæret translatum enim hoc prouerbium a picatione uasorum, quæ frigida picem non tenent: cum alia multa meliora sint ad usum frigida, ut ferrum, argentum, aurum, & cætera huiusmodi nam sic alibi, Vbi friget, huc euasit. Et uide tres μετωνυμίαν Cererem, liberum, Venerem. ¶ Sed Thais multo ante uenit?) Interrogatiue pronunciandum hoc. Et scias de his interrogationibus hāc ipsam esse, in quibus ita quærimus, ut qui interrogantur, responsuri nobis se nescire uideantur. ¶ Iamdudum ætatem.) Quia Iamdudum infinitæ moræ est: addit Aetatem, ut ostendat multum abiisse temporis ut factum est. ¶ Iamdudum ætatem. pro longinquo tempore. Lucilius, Vt multos mensesque diesque, Non tamen ætatem. ¶ Aetatem. Diu longinquoq; tempore ac prolixo, ut est ætas. nam sic dicimus de die, & dieculam aliquantulam moram. ¶ Nihil dixit tum ut sequerere sese? Nihil, pro non. Virgilius. Deponent animos nil magnæ laudis egentes. ¶ Nihil, nisi abiens mihi innuit.) Apparet quasi iratam discessisse Thaidem a milite, & tamen sic iratam, ut illi ira consilium non ademerit. Innuit, inquit, cum abiret. ¶ Eho nonne id sat erat?) Adeo simplex hic inducitur adolescens, ut a Pythia reprehendi possit. nam quid opus fuit dicere, si innuit? ¶ At nesciebam id dicere illam.) Dicere pro uelle, uel significare. Sic alibi, Quasi tu dicas factum id consilio meo. ¶ Nisi quia correxit miles quod intellexi minus.) Hoc uidetur facetius & sapientius, q̄ dici ab ebrio, rustico, & adolescente debuisset. Hoc uitium tunc fit, cum Poetæ ingenium suum in personas conferunt. ¶ Quod intellexi minus. Verisimile hunc tantum extrusum fuisse, non etiam uapulasse: quia miles Thaidi magis, q̄ huic irascitur. ¶ Miror ubi ego huic anteuorterim. Id est hanc præcesserim. Vbi, in qua parte uiæ.

Verbū

Aetas

Diecula

Ante-uertere

GVI. ¶ POSTQVAM surrexi conuiuio. neq; pes quātum ad incessum. neq; mens quantum ad facta & dicta facit satis suum officium: idest id quod efficere debet: uel quod efficere solet: cum homo sobrius est. Py. o Chreme. Chre. qd est. Deinde uisā Py. subdit. hem Pythia. Hem dixit. q. d. nō uidebam te. Vah. quandoq; uah est interiectio gaudentis: ut hic. ostendit enim ibi gaudiū, & effusionē in risum. quādoq; significat derisionem. ut in passione: Vah qui destruis templum Dei. quanto. quasi dicat multo uel longe. quanto enim ibi dicitur excla[m]ando. uidere. i. uideris mihi nunc formosior: idest pulchrior. quā dudum: idest pauloante. Py. certe quidē pol: hæ particulæ fere idem significantes sunt inculcatæ: ut appareret hanc uere loqui: quæ sobria est uideris inquā mihi multo hilarior: idest alacrior, q̄ prius: scilicet Chre. hercle. hoc uerbum. i. hoc dictum: hoc prouerbium: hæc sententia est uera. Venus. i. lasciuia. friget: idest cessat: uel non adhæret. sine Cerere & Baccho: idest sine cibo, & potu. & est metonymia. ponitur enim inuentor uel inuentrix pro re inuenta: ut Bacchus pro uino: Venus pro lasciuia: Ceres pro frumēto. Sed Thais uenit multo ante interrogādo. q. d. utrum Thais uenerit multo ante. Py. an. idest utrum. iam abiit a milite. Chre. iamdudū ætatem. i. lōgo ante tempore. q. d. diu & longinquo tēpore: ut est ætas. Nam sic dicimus de die: nā dieculam aliquātulū morā dicimus. Nec mirum si dicamus ætatem in accusatiuo. nā noīa temporalia: uel tendentia ad tempus: uel distātiam possunt poni cū uerbis omnibus: & in accusatiuo & ablatiuo: sed elegantius in accusatiuo. Iādudum ætatem. i. multo ante tempore. iamdudum enim infinitæ est moræ: & nunc paruam: nunc mediocrem: nunc magnam moram significat. propterea addidit ętatem: ut ostendat multum abesse tpis ex quo factum est. Lites factæ sunt maxime inter eos. iamdudum ætatem. i. longo ante tempore. Py nihil. i. non dixit, tum. i. tunc ut sequereris sese. i. seipsam. Chre. nihil. i. non dixit nisi abiens. i. cum discederet. innuit. i. signū fecit mihi: uel oculis: uel digito: uel alio quouis modo. Py. eho. nōne sat erat. i. sufficiebat. Chre. At. i. sed. nesciebam illam Thaidem dicere: idest uelle: uel significare id. s. ut discederem: nisi miles correxit. i. corrigendo me ostendit. id quod minus. i. non intellexi. Nam extrusit. i. exturbauit: impulit me foras. Sed eccam. i. ecce hic uideo ipsā. miror ubi idest in qua parte uiæ anteuerterim huic. i. hanc præcesserim. Nam anteuertere alicui, uel pręuertere aliquem: significat aliquem anteire: uel antecedere: uel per compendia uiarum eum antecedendo: uel celeriori cursu prætergrediendo. potest enim forsitan anteuerto iungi accusatiuo: ut anteuerti socium uel socio: sequendo hunc locum.

SER. ¶ SED postq̄ surrexi a cōuiuio. Neq; pes: neq; mens &c. Inducitur Pythias: ut Chremeti aliquid alacritatis addat: & occasionem reditus inquirat. Iamdudū ætate. i. per ætatem. Nihil mihi dixit: nisi hoc tm̄ q abiens. i. discedens a milite innuit mihi: ut eam sequerer. At nesciebam q propterea mihi innueret: hic describit iuuenem non multum artibus meretriciis instructum. Ego nesciebam: nisi quia miles postea illud quod ignorabam in me correxit: quod minus per Thaidem intellexeram. Vere correxit in me. s. uere fecit me scire: cur Thais mihi innuisset: & quia extrusit. s. Miror ubi ego anteuerterim huic. i. uerterim me ante hanc.

DONA. Credo eqdē illū iā affu. esse, ut illā eri. mi.) Videt ut ex ipsis appareat uerbis, q̄ cōcita, & recēs a litigio ueniat Thais. Itaq; nec noīat militē, nec uirginē, sed pnoie utrūq; signat, q̄si i medio cōstituta negocio. ¶ Affuturū eē.) Id est aduēturū; ut affuit & Mnestheus. ¶ Sine ut ue.) Quasi dicat, sine * tul lis. & comminātis est: ut, Sine mō. ¶ Atq; si illam di. atti uno.) Moris cōminātiū ē. ad exiguū reuocare cōmissa q̄ se ulturos pdicēt. ¶ Oculi il. ef.) Et fœmineæ minæ sunt, & in libidinosos q̄ maxime, nam hūc suspicat amatorē eē uirginis. Sic & alibi, Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolē ueneficō? In oculos aūt maxime fæuire fœminas, & tragœdię fere oēs & comœdię ptestāt. ¶ Vsqueadeo ego illi. fer. pos. ine. & ma. uer.) Nō dixit usque adeo illū possū amare: sed q̄ insuauis iā diu sit, oñdit, dicendo, ferre possum. Et cito oñdit q̄ sit amicitia militis. Ineptias inqt, & magnifica uerba. ¶ Verba dū sint.) Hoc ē, q̄uim nō admisceāt rerum.

Verba

¶ Verū enim si ad rē cōfe. ua.) Si discesserit a uerbis: & rem experiri cœpit, uapulabit. Et bona locutio: ut si dicas, uerba ad rē cōtulit, hoc ē, agere qd' dicebat aggressus est. ¶ Ad me? qui? q̄si istuc.) Et rusticus, & timidus, & prudēs cōmotus est meretriculæ dicto. ¶ Hæc atq; hmōi sum mul. pas.) Mulier facūda meretrix, hæc imputat adolescēti q̄uidit, & alia qb' nō iterfuit. ¶ Reddere, re.) Proprie reddit cupiētibus, ut dño suus: Restituit cupiēs, ut pr̄æ ciuis. ¶ Reddit, & restituit, cupiens cupiētibus, ut parēti filius. Ergo in hac, utrūq; est & reddi & restitui. ¶ Hem.) Extimuit adolescens cū sororē suā i domo meretricis eē audiuit: cui rei statim occurrit Thais. ¶ Educta.) Subauditē ē. ¶ Vti teq; illaq; di. ē.) Bñ purgauit qd' ex fastu meretricio expectabat. nō ingt, ut me dignū est, apud me ē. ¶ Quid ais?) Recte, qa mirū apud meretricē liberaliter educatā. ¶ Hāc tibi dono do.) Melius dixit, q̄ Dono: ut donū placidius uideat & pstātius. ¶ Neq; repe. p illa q. q̄ abs te pru.) Ex eo q̄ potuit iure facere, bñficiū demōstrauit, oratorie dicēs serio nō eē facturā. ¶ Et habet, & refert Tha.) Qui hēt apud se gratiā, nōdum retulit. Retulit q̄ desiit hēre. Multū ergo hic dixit. & hētur gratia, & refert. Quē sensum trāstulit Sallu. in bellū Iugurthinū, Arma, pecuniā sume, utere: & quoad uixeris, nunq̄ reddita tibi gratiā putatis, semp apud me integra erit.

Sine

Verba
Verba ad rē cō ferre

Reddere
Restituere

Habere gratiam
Referre gratiam

ego possum ferre. i. pati: tolerare. ineptias. i. stultas uiuendi rōnes: & uerba magnifica. i. uerba tumida: supba: elata. uel uerba qb' se iactare solet. dū. i. dūmō. sint uerba. i. dūmodo uerbis nō addant uerbera. Verū eni. i. sed certe. si uerba cōferent. i. cōuertent ad rē. i. ad effectū. q. d. si discesserit a uerbis & rē expiri cœperit. uapulabit. i. cędet. Et elegās ē locutio si dicas uerba ad rē cōtulit: hoc est aggressus est agere qd' dicebat. Ch. o Tha. ego adsum hic. iādudū. i. diu est ex quo sum hic. Tha. o mi Chre. blāditēis ē: expecto teipsū. Scin. i. scis ne hanc turbā. i. turbationē: rixā esse factam pp te: & utrū scis inquā hanc oēm rē. i. totā hāc cōtētionē. adeo. i. ualde: uel intātū: uel certe attinere ad te. i. ad te spectare & tua iteresse. Chre. Chremes cōmotus ē meretricis dicto. dicis sup. eā cōtētionē ad me ptinere indignāter ē pferēdū. q. i. q̄do dicis hoc? uel q̄o pōt ad me attinere: q̄si ego istuc fecerim sup. i. q̄si cōmouerim hoc iurgiū. Tha. qa dū studeo. i. laboro. reddere. i. restituere tibi sororē: passa sum hęc iurgia. atq; hmōi multa. i. talia id genus. Proprie redditur cupiētib': ut dño seru'. restituit cupiēs ut pr̄æ ciuis. reddit & restituit cupiēs cupiētib' ut parētib' filius. ergo i hāc uirginē utrūq; ē & reddi, & restitui. Chr. ubi ea. s. soror ē. Tha. est domi apud me. Chre. hē: timētis ē: & indignatiōe pcussi, qa audiuit sororē ē in domo meretricia. Th. qd ē q̄ idignaris, & times. soror ē educata. i. nutrita apud me sup. ita uti sic dignū ē te & illa sorore eā sup. educari. q. d. ita ē educata sic honestū ē p te & sorore eā educari: & ut, uulgo dici solet, sic ad te: & ad illā ptinet. & ubi q̄s diceret: ego te tractaui lautius, q̄ ad te ptinet. elegātiꝰ diceret: Lautius te accepi, q̄ dignus sis: uel q̄ te sit dignū. Chre. qd ais. q. d. mirū ē apud meretricē uirginē liberalit educari. Tha. dico sup. id qd res est. q. d. dico id qd' est uerū. do tibi hāc sororē dono. neq; repeto. i. nō reposco q̄cq̄ p̄tii abs te p illa: qd' possem facere. Chr. o Tha grā. i. memoria & recordatio bñficii accepti habet a me. & refert. i. reddit, uel repēdit. ita uti. i. sicut. merita es. i. bñ meruisti. Qui hēt apud se gratiā nōdū retulit. retulit aūt q desiit hēre. Vñ agere grās dicimur uerbis: referre grām facto reddēdo bñficiū: & hr̄e grām, uel grās in aīo.

ACTVS QVARTI SCENA SEXTA.

THAIS. CHREMES. PYTHIA.

T. Credo equidem illum iam affuturum esse, ut illam a me eripiat: sine ut *Trochaicus tetrameter catalecticus*
Veniat: atqui si illam digito attigerit uno, oculi ilico
Effodientur: usq; adeo ego illius ferre possum ineptias,
Et magnifica uerba, uerba dum sint: uerum enim si ad rem confe rentur, uapulabit.
C. Thais ego iamdudum hic adsum. T. o mi Chreme, teipsum *xpectabam, *di. expecto*
Scin' tu turbā hāc pp̄ter te esse factā? & adeo ad te attinere hanc
Oēm rē? C. ad me? qui? quasi istuc. *s. fecerim* T. q̄a dū tibi sororē studeo
Reddere, & restituere, hæc atq; huiusmodi sum multa passa.
C. Vbi ea est? T. domi apud me. C. hem, T. quid est?
Educta ita uti, teq; illaq; dignū est. C. q̄s ais? T. id quod res est.
Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quicquam preci.
C. Et habetur, & refertur a me Thais tibi, ita uti merita es, gratia.

GVIL. Credo eqdē &c. Hic apparet ex ipsis uerbis, q̄ cōcitata & recēs a litigio ueniat Tha. itaq; nec noīat militē nec uirginē: sed pnoie utrūq; significat q̄si in medio cōstituta negocio. Tha. eqdē credo illū militē affuturū. i. aduētur. Nā adesse iterdū significat aduenire. ut Vir. Hue ades. i. aduenias iādudū. i. statim & hoc de futuro dr. ut iādudū sumite pœnas: q̄si ilico uel nūc. ut eripiat. s. miles. illā. s. uirginē a me. Sine. i. pmitte. ut: idest q̄ ueniat: hoc ē dimitte eū uenire, & ē cōminātis dictū: ut Sine mō. atq. i. sed certe. si miles attigerit illā uirginē digito uno ilico oculi custodient. i. extrahent: euellent: eruent illi: & bñ oculi. Nā i oculis maxīe fæuire fœminas: & tragœdiæ, & comœdiæ ptestant, usqueadeo. i. certe: alias in tātū.

SER. Credo. Postq̄ iductus ē Chr. idoneus, q bñ possit ampliꝰ credere Thaidi iducit & Tha. Chremeti sororē suā isinuaturā: & p hoc uirginē ciuē eē cōprobabit. describit pus ea referēte occasio: q̄re tedeat a milite. s. pp timorē militis q ad rapiēdā puellā festinat: cōtra quē ita pparat se ad eripiēdā. Credo eq. illū militē iā aff. sed sine l pmitte mō ut ueniat. Atq. i. certe. usq; adeo illiꝰ ineptias: & magnifica uerba possem ferre? nō possum certe: uerba qdē ferre possem: sed dū sunt uerba. uerū. i. sed. enim. i. certe. o Tha. ego. ecce conueniunt personæ ad cognitionem faciendā. Ad me, qui. i. quomodo. quasi istuc. s. fecerim. hem: dolet Chremes: qa cū audiat sororē suam cum meretrice moratam fuisse: timet q̄ inhoneste uixerit. Quid est? ppendit Thais timorē Chremetis de sorore: uñ supponit excusationem. Quid ais? gaudendum dicit postq̄ eam honeste se habuisse ait. Amittis Chremes p militem.

¶ Neptiusq̄

T. At enim caue ne prius, q̃ hāc a me accipias, amittas Chreme.
Nam hæc ea est, quā miles a me ui nunc ereptum uenit.
Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis.
C. Videu' tu illū Thais. P. ubi sita est? T. in risco· odiosa cessas?
C. *Militem secum ad te quantas copias adducere? *al's. Militum*
At at. T. num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagesis.
Ego formidolosus? nemo est hominum, qui uiuat minus,
T. Atq; ita opus est. C. hau metuo, q̃lē tu me eē hoīem existumes.
T. Immo hoc cogitato, qui cum res tibi est peregrinus est,
Minus potēs q̃ tu, minus notus, amicorꝫ hic habens minus.
C. Scio istuc· SED TV QVOD CAVERE POSSIS, stultum admittere est.
Malo ego nos prospicere, q̃ hunc ulcisci accepta iniuria·
Tu abi, atq; ostium obsera intus, ego dū hinc trāscurro ad forū·
Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. T. mane.

DONA. ❡NE priusq̃ hanc a me accipias, amit. Chre.) Hoc in Comœdia licet more uulgi dicere. Cęterū nō pōt amitti qd' nō dū acceptū sit. An ga iandudū sumptū sit? ❡ Nā hæc ea est quā miles a me ui nunc ereptū ue.) Nō ad deterrendū, sed ad pparandū animū adolescētis hęc dicit: quē audacē putat aliter ac res ipsa est, nā mox Thais mutabit orationē: & dicet, Qui cū res tibi est, peregrinus est, Minus potens q̃ tu minus notus, amicorū hic habēs minus. ❡ Cū monu.) Monumenta sunt q̃ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σημεῖα. ❡ Videu' tu illū Thais?) Longe uidere, timoris est indiciū ❡ Vbi sita est?) Trepidantes psonas imiscuit. ❡ in risco.) Cista pelle contecta, nomen phrygiū. ❡ Quātas copi.) Proprie dixit copias: nā sic dicunt legiones in unū collectæ. cōuenit tñ rudi, & rustico adolescenti sex hoies copias dicere, Militē. s. Parasitū, Donacē, Syriscū, Simalionē, Sāgā. ❡ Nū formidolosus es mi hō?) Formidolosus, & terribilis, & timidus intelligit. ❡ Apagesis.) Plautus i Trinūmo, Apage amor. ❡ Atq; ita opus est.) Vt minus formidolosus sis. ❡ Metuo qualē tu me hoiem exist.) Videt ebrius factus hic Chremes iā ēt displicere nolle mulieri. nā icctreo fatet se timere malā opinionē Thaidis de se. ❡ Et metuo qualē me existi.) Noue dixit: p, metuo ne ignara sis. ❡ Peregrinus est minus po. q̃ tu.) Quā * postq̃ tū ipsa nō eloqtur, qd efficiat: ex eo qd' ait, Peregrinus est. minus potens q̃ tu. bñ sic dixit: qa tardū fuit dicere, ille impotens, tu potens, &c. ❡ Sed tu, qd' cauere possis, &c. Ostēdere uult Terētius plures sentētias ad timiditatē cōgruere, q̃ ad audaciam. nā & mox dicturus est, Oia prius experiri, q̃ armis, sapientē decet. Quia ex prouidentia timor, ex audacia temeritas puenit. ❡ Admittere.) Fieri sinere. & melius dixit, q̃ pati. hoc genetale est. nā nūc admittere, pati fieri sigñat. ❡ Malo ego nos pspi.) Prouidere ne fiat. i. pspicere & cauere. ab eo qd' pcedit id qd' sequit. ❡ Accepta in.) Hic cā ōndit, cur illud malit. ❡ Ostiū ob. in.) Pauidi cōsiliū nihil aliud continet post claustra & fugā. nā sera est claustrū ianuæ. ❡ Trāscurro ad fo.) Trāscurro dixit, nō, curro: ut pximitatē fori ōnderet. ❡ Volo ego.) Quasi minus timeat· cupio nō ingt, sed, uolo. ❡ In tur. hac.) Vide timidū turbā appellat quā mulier nō timet.

Monumentum — *Riscus* — *Copiæ* — *Formidolosus* — *Apagesis* — *Admittere* — *Pati* — *Prospicere* — *Sera* — *Transcurro*

GVL. ❡ Th. At enim. i. sed certe. O Chre. caue ne amittas hāc priusq̃ accipias a me. Hoc ita dici i comœdia licet more uulgi. ceterꝫ nō pōt amitti: q nōdū sit acceptū. nā hæc puella est, quā miles uenit nūc ereptum. i. ut eripiat a me. tu Py. abi. i. uade domū. affer domo. i. ex domo. cistella. i. scriniū, ut ait Nonius, paratū ad leges ferēdas. Nā, ut ait Var. a cista fit cistula & cistella: & tā cista, q̃ cistella inueniunt p scrinio poni in quo recōditæ leges ferebāt. Ci. ad Herē. Ille nihilominus cistellā detulit. Et paulopost· Pōtes disturbat: cistas deiicit. i. scrinia ferēdaꝝ legū parata. Interdū cista est corbis. i. genus calathi magni uiminibus cōtexti: & fere scriniū legū ferendaꝝ paratū in modū calathi erat cōtextū: aut parū ab eo differebat. Affer ergo cistellā. i. scriniū cū monumētis. i. cū istrīs: seu lrīs & memorialibus: q̃ lrę forte mētionē faciebāt de statu ei°. s. q eēt ciuis attica: aut ēt q̃ lrę erāt de hereditate sua. Chr. o Tha. uiden. i. uides ne illū militē. Py. ubi cistella est sita. i. posita & recōdita. Thr. ē sita in Risco. i. uel in fenestra parietis: uel in magna cista pelle cōtecta. Nā, ut ingt Seruius Riscus dr̃ fenestra parua i pariete posita. Dona. aūt dicit eē nomē phrygiū significās cistā pelle cōtectā. Nonius conuenit cū Seruio: ingens eē locū in pariete angustū. O odiosa. i. exosa, uel molesta. nā odiū interdū capit p molestia. inde dr̃ odiosus. i. molestus. cessas. i. tardas: cūctaris. Chr. Quātas copias. i. quātas legiones. Nā copiæ in plurali dicunt legiōes in exercitū collectæ. uideo militē adducere ad te. i. ad tibi nocendū. At at: interiectio metuētis. Tha. Obsecro o mi hō. mi blandiētis est. nū. i. nūqd es formidolosus. passiue hic capit ut ait Don. i terribilis, seu timēdus. interdū capit actiue· & sigñat meticulosū: & timidū. Chr. Apagesis i. apage: hoc est recede uel abi: sicut apagete. i. abite uel recedite: uerba sunt comica uel aduerbia & græca. Nōnulli dicūt apagesis pro tace: uel sta in pace: aut sis sanus & pacificus. Ego n. i. ego ne sum sup. formidolosus. i. timidus, seu meticulosus. Nemo oīum ē, q minus metuat q̃ ego. s. Th. Atq. i. sed certe. est opus ita. i. opus ē: ut nō sis meticulosus sed aiosus. Chr. Hau: interiectio dolētis, seu metuētis. iterdū indignantis & exclamātis. metuo q. d. sollicitus sum & anxius: qualē hoīem existimes me eē. Th. imo. i. sed cogita hoc. qui cū. i. cū quo. q. n. est ablatiuus. res ē tibi. i. negociū hēs· & cū quo es cōflicturus, & manus cōserturus. miles sup. ē pegrinus. i. alienigena: minus potēs q̃ tu: minus notus q̃ tu. ē ing̃ hñs hic minus amicorꝫ. i. nō tot amicos quot. s. habes. Chr. scio istud sed stultū est admittere. i. pati fieri id sup. qd' possis cauere. i. uitare: & phibere, ne fiat, seu impedire. ego malo. i. potius uolo. nos pspicere. i. puidere, cauere. q̃ ulcisci. i. punire hūc militē. iniuria accepta. i. postq̃ erimus ab eo affectū iniuria. q. d. lōge melius est cauere iniuriā q̃ accipe & postea ulcisci & uindicar̃. Tu Thais abi: atq; obsera. i. claude. intus. i. per partē interiorē. hostiū. i. ianuā. Donat. dicit serā esse ianuæ claustrū. dū. i. quādiu ego transcurro hinc ad forum, uel uenale, uel causaꝝ. ut illinc deducā adiutores. uolo aduocatos. i. hoies paratos defendere nos: ut Laurē. ait. adesse i. præsentes esse uel ppe esse hic: uel præsidio esse nobis. in hac turba. i. in hac turbatione & rixa. Tha. mane mane idest noli ire quæsitum aduocatos.

Cista — *Cistula* — *Cistella* — *Agapesis*

SER. ❡ ABI tu: ecce hæc est cā illa quare Pythias remāsit· & in istis scenis inducta est. s. ut monumēta afferret. Cistellā uoco scriniū. monumēta dicit chartas ubi erant inter signa de cognitione uirginis: quę forsitā de prædonibus aliquo pacto habuerat uel aliunde quoquo modo. uide tu illū Thr. aduenientem: formidolosum describit iuuenē: ut proprietatem iuuenilis personæ ostēdat. Duo enim facit poeta in comœdia. s. q & cōuenietes pres. i. actus comœdiæ attribuit. Nec ideo tñ in partibus pprietates psonaꝝ præmittit. tota enim hæc materia mortalitati subseruit. Riscus est uasculū de cortice factū: ubi apes mella sua ædificāt. Per hoc notat paupertatē meretricę domus. Militē nōdū orōnē finiuerat cū dixisset uiden tu illū. Tha. qa iterlocuta ē nō pficit. Atq; uide adducer̃ se. q. e. Nū nūqd. s. Apagesis· uerbū defectiuū dr̃ ēt alibi apagete: & ē ex romano ductū: q romane dr̃: sta in pace. Immo noli cogitare q̃lē hoīem existimo: imo hoc cogitato: q ille nō est timēdus: & hoc ē ille: q cū. i. cū quo. Scio

istud ꝙ reuera sum potentior illo: sed periculosum est post accepta iniuriã uindictã acqrere: & hoc ẽ: sed stultũ est. Admitter e qd' .i. recipere malum, qd possis cauere. ego malo .i. magis uolo. nos ꝓspicere .i. ut nos ꝓspiciamus & prouideamus nobis. ꝙ hinc ulcisci a ccepta .i. Et iõ tu abi. & ob hoc .i. Dũ ego hinc trãscurro ad forũ: qa aliquos uolo mihi aduocatos esse .s. aliquos auxiliarios. In hac turba .i. turbatione.

DONA. ¶ MELI us ẽ.) Fugæ occasionẽ hic cupit dati. ¶ Mane.) Hoc gestu iã adiuuatur. ¶ Omitte, iam isthic ade.) Ex huius uerbis apparet etiã manu cõprehensum esse adolescentẽ. ¶ Omitte, iã ade.) Quia causam ꝓbari nõ uidet, celeritatẽ redeundi pollicetur. ¶ Nihil opus est istis.) Istis, utrũ aduocatis? an istis oibus quę dixisti? Virg. Aut qd petis istis? ¶ Hoc mõ, dic sororẽ esse illã tuam.) Ordine est executus ꝑrio utrũ ꝑsonã habeat, Dic sororẽ, inqt, esse illã tuã. Vtrũ negociũ habeat, Et te paruam uirginẽ amisisse. Cur hodie agat, Nunc cognosce. Et uñ probet, Signa ostende. Hæc oia sic pronuntianda sunt, ut & iusta & factu facilia demonstrent. ¶ Si uim faciet, in ius ducito hominem. Et recte: qa uiolento ciuiliter resisti solet. ¶ Fac aĩo hæc præsenti di.) Hæc nõ dicerẽtur a Thaide, nisi in illius uultu pauor nimius appareret. ¶ Faciã.) Adiuuandũ pronuntiatione. faciam enim, timide dictũ est. ¶ Attolle pallium. His uerbis Chremetis demõstrauit nimiũ liberaliter pauidi adolescentuli aium. ¶ Attolle palliũ. Vel qa simplex est, uel quia ebrius, pallium trahit Chremes. ¶ Peri, huic ipsi patrono opus est, &c.) Hæc meretricis q̃rela rudẽ adolescentulũ magis & honeste natum, q̃ culpandũ esse demonstrat.

Animo præsenti

GVL. ¶ CHR. Melius est .s. ire ad forũ. Tha. mane .i. siste. Chre. omitte. q. d. dimitte me. ꝑ qd' uerbũ innuitur Chremetẽ fuisse cõprehensum manu a Tha. iã .i. stati adero .i. præsens ero hic. q. d. stati rediero. Tha. o Chr. nihil .i. nullatenus ẽ opus istis. ꝑ cõtemptũ dixit .i. tuis aduocatis: uel tuis oibus, q̃ dixisti. dic hoc mõ illã eẽ tuã sororẽ: & dic te amisisse eam uirginẽ paruam .i. cũ adhuc parua foret. Dic inquam te cognosce .i. cognouisse. nũc ostẽde signa, qbus ꝑsuadeas eã esse tuã sororẽ. Py. adsunt .s. miles & sui: hoc est aduenerunt: uel iã prope sunt. Tha. Cape hoiem .s. militẽ: hoc est cõprehẽde eũ. si faciat uim .i. uiolentiã. ducito in ius: hoc est deduc eũ ad iudices: ut de eo fiat ius. Intellextin .i. utrũ intellexisti. Chre. probe .i. recte intellexi .s. Tha. fac ut dicas hæc aĩo ꝑsenti .i. forti & ꝑstanti. Virg. in qnto: Nunc si cui uirtus, animusq; in pectore ꝑsens .i. fortis. ut Seruius recte sentit. Chre. faciã. & timide dictũ est a Chr. Tha. attolle .i. erige. palliũ tuũ qd' .s. Thais. pii .i. ꝑdita sum. opꝰ ẽ patrono .i. defensore. nã patronꝰ ẽ q accusati cãm agit, seu defendit: huicipsi .i. huicmet adolescẽti. quẽ paro .i. di'pono dẽfensorẽ meũ. q. d. iste quẽ paro meũ defẽsorẽ eget ipse defensore. cũ adeo sit simplex: ut ꝙ palliũ attollere deberet, illud trahat.

SER. ¶ AD sunt .s. signa. Ipse .n. iam attulerat. Pñti .i. audaci. q enim timet extra se fit ex nimio timore. Atolle pallium erat impeditus uestibus suis. Peri hoc dicit secum.

C. Melius est. T. mane. C, omitte, iam istic adero. T, nihil opus est istis Chreme·
Hoc dic modo, sororem illã tuam esse, & te paruam uirginem
Amisisse, nunc cognosse·signa ostende. P. adsunt. T cape·
Si uim faciet, in ius ducito hominem intellextin'? C probe.
T. Fac animo hæc præsenti dicas. C. faciam. T. attolle pallium.
Peri, huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro.

ACTVS QVARTI. SCENA VII.

THRASO, GNATO, SANGA, CHREMES.

THR. HANCINE ego ut cõtumeliã tam insignem in me accipiam Gnatho? *O ecenarii*
Mori me * satius est· Simalio, Donax, Syrisce, sequimini. *In satius eliditur s*
Primum ædeis expugnabo. G. recte. THR. uirginem eripiam. G. Probe.

DONA HAncine ego cõtumeli.) Hic rursus iepti uanitas militis demõstratur, ad amicã tanquã ad hostilem exercitũ ꝑgentis irritato aĩo, cõcitato cursu, inclinata chlamyde, trepidi & quatientis caput. Et hæc uerba ꝑ hortatu iperatoris accipiẽda sunt: qñqdẽ oĩa de exercitu trãsferunt. Cõtumeliã uero ꝓprie, & ut miles. Sallustius, Ne q̃ cõtumelia, &c. ¶ Cõtumeliã in me accipiã Gnatho.) Apparet Gnathonẽ & dehortatorẽ esse certaminis, & ad pocula militẽ ꝓuocare: maxime cũ uideat ꝑsuasisse ista cõsilia ut hoc certamẽ moueret. ¶ Mori me satius ẽ.) Ridicula ꝑsumptio, tanq̃ aduersus meretricẽ iurgia nunq̃ Thrasi sumere ausus esset, nisi morte ꝓposita. Ergo uidet mortis cõtẽptu opus est ad tale præliũ. ¶ Mori me satius. Tãquã aliter miles aduersus mulierẽ audere nõ posset, uel qa nihili, uel qa amator. Mori me satius est. Quasi ille sibi dicat, uel molestũ esse certamẽ, uel amicã nõ esse lædendã. Tam insignem. Insignem, ut miles dixit, quia insignia armorũ sunt. ¶ Simalio.) Et hoc cõcite pronũtiandũ est. ¶ Sequimini.) Huiusmodi militia ꝑ tumultũ repente suscipit, & dicitur euocatio, ubi dux alloqtur ciues, Qui rẽpub. saluam uultis, me seqmini. Vñ Virg. sic ait: Desuetaq; bello Agmina in arma uocat subito, ferrumq; retractat. Ipse uocat pugnas, seqtur tũ cætera pubes. ¶ Primũ ædes expugnabo.) Debet hic esse uociferatio uana ad hoc, & uerbũ militis cũ quodã motu igẽti, & ꝑ imanes minas sine ulla ui rez. Vana q; cõminatio ẽ, uelle ædes expugnare, cũ foris sit meretrix.

Contumelia

Insigne

Euocatio

GVL. HAncine &c. Hic militis inepti uanitas demonstratur: qui ad amicam tanq̃ ad hostilem exercitũ pergit irritato animo. Thra. o Gnato. Hancine .i. utrũ hãc cõtumeliã accipiam .i. patiar. tam insignem: idest tam magnam, siue grauem. & hoc in malam partem. in me: idest contra me. satius est: idest melius est mori, quam: scilicet talem pati contumeliam: sed accipere contumeliam potius dicimus, q̃ pati. Miles incitato animo suos seruos uocat facturus insultationes Thaidi. Simalio: Dorax: Syrisce: idest uos serui sequimini me. Simalio a simio, uel a simia deriuatum est ob fœditatem oris, uel nasi. Syriscus diminutiuum est a Syro. Primum: idest in primis. expugnabo: idest pugnando capiam ædes: idest domũ Thaidis. Gn. recte facies sup. adulando dicit hoc. Thra. Eripiam: idest abducam a Thaide uirginem: quam dono dedi. Gnato. probe facies sup. quasi dicat non improbe facies eripiendo uirginem: pro qua mala tibi habetur, ac refertur gratia.

SER. HAncine. Facta cognitione uirginis ꝙ citius est: tendit ad liberationem. Inducit enim Th. cum familia sua: q eã eripere contendat: & Chr. cum Tha. qui eam defendat. Præmittit apparatum militis: quem facit ad ereptionem ita. O Gna. an: scilicet cõueniens est: ut ac. h. certum in me. Tam insignem: idest tam apertam & diuulgatã omnibus. illud dicitur insigne quod est insigno omnibus: & quod omnes uident.

¶ Male

THR. Male multabo ipsam. G. pulchre. THR. In mediū huc agmen cum uecti, Donax·
Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum·
Cedo alios, ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? S. eccum adest.
THR. †Quid ignaue, periculone pugnare, qui * istuc huc portes, cogitas?
†Quid eluditur d *a's, istum
S. Egone? imperatoris uirtutem noueram, & uim militum·
Sine sanguine hoc fieri non posse. qui abstergerē uulnera.

DONA.

¶ MALE multabo) Vide ordinē belli. Primo expugnatio moenium. tum recuperatio captarum rerum. demum poena praedonum. ¶ Pulchre.) Postq̄ nō obtinuit quod uolebat Gnatho, assentatur ad omnia. Vide autem manifestā irrisionem ex ipso genere laudandi. nam quid est in aedium expugnatione recti? quid in uirginis ereptione probitatis? quid in male multāda muliere pulchritudinis? Sed hoc est quod ait supra de se ipso parasitus, Quicquid dicunt, laudo. ¶ In mediū huc agmē cū uecti, donax.) Mire composita ad contemptum nomina legionarioꝝ sunt nam Donax, ab arūdine, ueluti sit manis & fragilis, nomen sortitus est. ¶ Simalio.) A simio, uel a simia deriuatum est, ob foeditatem oris, uel nasi. ¶ Siriscus.) Iam diminutiuum est a Syro. ¶ In medium huc. Ridicule satis armaturas leues nō putat aduersus Thaidem idoneas: & ideo agmen cum uecti uult uenire in mediū. An ideo cum uecti, quia ad expugnationem uenitur aedium? ¶ Tu Simalio in sinistrum cornu tu Syrisce in dextrum. Hic agmen instruitur. Facetum autem est cū a rebus magnis res ridiculae deriuentur. ¶ Cedo alios.) Non reliquos dixit: sed alios, quasi multi sint. ¶ Sanga.) Nec sangarius saltem, ut nomen esset. ¶ Manipulus furum.) Manipulus proprie est militis. Cum Romani & Latini sub uno Centurione bellū aggressuri deputabantur, sibi sertum uel coronam ex manipulo herbae uel huiusmodi cōficiebant, quem pro signo sequebantur. Merito ergo Centurionem uidens, manipulū desyderauit: hoc est coquum uidens, conuiuas desyderat: q apparauerat, quotiens locus affuit, idest conuiuium est cūstiturum. Alii manipulū furum, coci discipulos dici putant. ¶ Eccum adest.) Pro se, ac p discipulis Sanga ¶ Quid ignaue.) Apparet coquum ad repentinum strepitum sic exisse, ut ad artem suam fuerat expeditus. ¶ Egone.) Haec causa est. ¶ Imperatoris uirtutē noueram, & uim militum.) Hoc plus habebit salis, si sic intellectū fuerit, ut Sanga uno eodemq; tempore & querat quid dicat, simulque respōdeat, hoc nouerā sine sanguine fieri non posse. s. ἄνευ γοσφλωπτας Quid igit si hoc scie.) Qui abstergerē uulnera. Quasi hoc fuerit aux in genus. Quid hoc est? uī uulnera? quorū uulnera? utrū utriusq; partis? An qd' magis ridiculū est, suorum?

Alii

Manipulus

GVI.

¶ THR. Male. i. ualde. & in malum eius. mulctabo. i. pecuniam ipsam. s. Thaidem. Gn. Pulchre facies eam mulctādo q d. honeste ac decenter. decet enim eam mulctari: quae sic est ingrata & haec omnia potius dicit assentādo ineptiis militis, q̄ probando nam eo omnia parasiti uerba tendunt: ut gulae indulgeatur & uenter impleatur. Thr. o. Donax concede sup. uel ueni huc in mediū agmen. i. in mediū exercitum ordinatū cū uecte. i. cum ferreo instrumento parietibus domorū perfodiendis apto. Inde uecticolaria uita dicitur eorū, qui uectibus parietes perfodiunt alienos furandi gratia. Cato: Vecticulariam uitam uiuere est repente largiter habere: repente nihil. Et ita cum uellet expugnare aedes Thaidis uectibus: erat opus ad parietes quatiendos, ac frāgēdos. tu Simalio: nomē serui. cōcede inq̄ in cornu sinistrū. i. in partem aciei sinistram. hic. n. cornu per methaphoram dr̄ pro parte aciei tam dextera q̄ sinistra: hoc est pro latere tam dextro, q̄ sinistro. Et, ut inquit Strabo, cornu habet sexagenos milites. Tu Syrisce cōcede inquā in dextrum cornu. hoc est i latus dextrū aciei, seu exercitus. Cedo. i. dic, seu noia alios. i. rel quos seruos. ubi est Centurio. i. is q centū praeest militibus: & potius peditibus. Nā centurio est peditū: decurio uero equitum. In exercitū miles centurioni parebat. Centurio tribuno: tribunus legato: legatus consuli: sed seorsum magister equitū solū dictatori parebat. Quidā dicūt centuriones aliqñ p̄fuisse q̄tuor manipulis: manipulū uero cōstitisse ex centū prius: deinde ex ducentis militibus. dictosq; manipulos a fasciculis palearū: quos manipulos dicimus. Nam adhuc paup populus Romanus p uexillis manipulos palearū pertica suspensos ferre solebāt: unī manipularis miles dictus ē. Oui. Pertica gestabat olim suspēsa maniplos: Vñ maniplaris noia miles habet. Varro aūt inqt, Manipulos eē minimas manus. i. cateruas exercitus: quae unū sequunt. Manipulus enim cōiungit plures manus & Nonius: Manipuli sunt manus militum: uel collecti uiri sic dicti: ut uult Donatus. Nā cum Romani & Latini sub nouo Centurione bellū aggressuri deputabantur: sibi sertum uel coronam ex manipulo herbae cōficiebant: quā pro signo sequebanī Nonnulli etiā uoluut manipulos dici signiferos: q̄a sub Romulo pauper adhuc romanos exercitus hastis fecit manipulos illigan: & hos pro signis tenebant. Redeamus ad literā. Vbi est Sangalle seruus: ubi est manipulus i. caterua. furum. i. praedonum. Vel manipulus, ut alii uolunt. i. signifer. Aliq hic manipulū furum coqui discipulos dici putant: & q miles coquum uidens conuiuas desiderat. Sanga. eccum. i. ecce hic coram te Sanga adest. & in tertia psona de seipsū loqtur. Thra. o ignaue. i. t mide quid? modus interrogandi. ne. i. utrum. cogitas pugna repenitulo. i. spongia longa. qui. s tu portes. i. afferas istunc peniculum. huc. s in medium agmē. Penis, ut Festus ait, cauda uocabatur: unde & offam porcinam cum cauda offam peniam dicebant. Et etiam membrū uirile: ut ait Seruius. Sallustius: Adult er ganeo: manu uentre alea: pene bona patria lacerauerat. hinc & peniculos dicimus, quibus calciamenta texuntur: quae de caudarum extremitate fiunt. Sunt etiam peniculi spongiae lōge propter similitudinem caudarum appellatae. Inuenio et Penicilla in ucutro a pmitulum li. pro instrumētis factis ex setis porcinis: quibus utuntur pictores cum pingunt: quae instrumēta ni quid me fallat pincella uulgo uocant. Sanga. ego ne. i. quaeris sup. utrum cogitem pugnare peniculo. Noueram uirtutem. i. uires imperatoris uidelicet tuas: qui es imperator huius certaminis: & noueram uim i. uehemētiam · acrimoniam militum. noueram inquam hoc certamen s. non posse fieri sine sanguine. qui. i. quomodo. abstergerem i. desiccarem uulnera, & mundarem: nisi attulissem peniculum uel nisi ponatur hoc totum interrogatiue: sic supple attuli supple peniculum. qui. i. ut. abstergerem uulnera.

Oui.

Peniculus

Penis

Sallu.

¶ MVLCTABO. i. uerberabo. Tu uade cum uecte. i. cum ferra hostii: quae portas in medium agmen. Cedo. i. dic alios ubi sint: ubi centurio meus o Sanga. Constituerat. n. de leccatoribus quosdā centuriones: quosdam duces. Loqtur enim gloriosus miles ad modum imperatoris. Fures dicebantur quędam pars hominum: qui illicite & sine dño uiuebant in ciuitatibus de rapturis. Sanga dicit de se: ecce adest Sanga. Qui ignaue facis. ne. i. an. cogitas pugnare cū peniculo. Tu dico q huc ad pugnam portes istunc peniculum: Peniculus est genus ossis cete: quod quemuis liquorē emittit & recipit: ex quo ille diludebat piperatam per scutellas: uel sagimen de cacabo cōtrahebat, & colligebat. Ego ne quare huc portem quaeris? Dicam tibi uirtutem &c. ergo qui quomodo abstergerem uulnera nisi cum peniculo.

SER.

DONA

C SOLVS Samnio seruat do.) Haec figura προσφώνησις dicitur. ¶ Solus Samnio seruat domum. Vt, Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶ Seruat domi. Pro remanet ut obseruet. Nam seruat domum, rectū erat: nō, seruat domi, si custodit intelligeretur. Vel seruat, pro sedet: ab eo quod sequitur, id qđ praecedit. nā non seruat, nisi qui prius in eo loco sederit. ¶ Qui malum.) Malum, p προσφώνησις suauiter infertur. Plautus in Epidico, Quae malū haec impudentia est? Et nō interponitur malū, nisi oculis conuersis ad eum qui id quod reprehendimus, dixerit. Malum, nūc interiectio est. ¶ Post principia.) Magnifice ad risum cōmouendum. nā dicere debuit, post uos. Et hunc locū sibi optimū elegit: ut timidus. ¶ Post pricipia. Militare dictū est. Et ambigunt multi, an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. ¶ Inde oibus si.da.) Tanq̄ non oibus dari possit, si aliunde detur. ¶ Ipsus sibi cauit lo.) An loco simpliciter, q̄a post principia: an loco, in loco, opportune & εὐκαίρως? Terentius in Adelphis, Pecuniā in loco negligere, interdū maximū est lucrū. An pro de loco. ¶ Idē hoc Pyrrhus factita.) Irridet quē Poeta: ueruntamen ostēdit offm imperatoris hoc esse, ne se in periculū pduciat. Sic Sallustius. Et i praelus actu promptus. Et hoc totū, q̄si in Palliata: sed cōcessum Poetis fuit. Pyrrhus aūt peritissimus strategematon fuit: primusq; queadmodū ea disciplina p calculos in tabula traderet, ostēdit. ¶ Nimirū cōsiliū illud re. est.) Illud rectū est. Et noua locutio, & superiori similis, Nimirū dabit haec Thais mihi magnū malū. p, sine dubio, rectū est. ¶ Sane q̄ tibi nūc uir uideatur esse, hic nebulo magnus est, ne metuas.) Figurata locutio, & praeterea ὑπερβατόν intermixtū. nā hic ordo est, Sane hic nebulo est, ne metuas. An hic erit ordo & sensus, ut sit dictū, Ne metuas, sane q̄ tibi uir uř eē hic nebulo magnus est. Et recte, nā obterret adolescens, & aetate militis, q̄ iā uir est, & magnitudine q̄ magnus corpore: q̄ utraq; in illo uana esse, meretrix ut experta denuntiat. Nebulo aūt, uel inanis, uel uanus, aut mollis, ut est nebula, dicit. Et hoc εἰρωνικῶς dictū est. Meretrix frustra metuentē corripiens Chremetē, Sane, inq̄t, q̄ tibi nunc uir uideatř esse. & deest, Nō est ut sit, Nō est qđ tibi nunc uir uideatř esse. hic nebulo magnus est. Sic & alibi, Si te in platea hoc offendero post unq̄, nihil q̄ dicas mihi, aliū q̄rebā, iter hac habui. peristi. Vt sit, nō est q̄ dicas mihi. ¶ Quid uideř.) Non diceret miles si staret i sniа: sed iā uideř timore mutatus. ¶ Quid uideř? Dubitandi est q̄ dictū sit: qd uideř? Ego sane hoc militē puto dicere, quē paulati a uiolētis atq; acribus pricipiis ad tetrorē desidiāq; pducit timor. Nā primo ipse p̄cedit, utpote q̄ dicat, Sequimini. Dū deniq; ppius deuentū est, post pricipia referri pedem. Post iā nihil ipse audet, sed q̄rit cō siliū parasiti. Deniq;, ubi cōminus res gerenda est, dixit Mane, & cōtinet irruentes. Ad postremū diffisus, nescit qd agat: ad parasitū spectans, Quid agimus, inq̄t? ¶ Fundā tibi nūc.) Mire parasitus hoc ait: uel q̄a militē nolle uidet: uel q̄a audet īpugnare, cōsiliū formidolosum, & aptū metuēn dedit, subtiliter tū nā funda pugnāt q̄ cōminus nō pñt: & ex occulto, q̄ nō audent palā. Sed honesta cāmō q̄a timeas inq̄t, sed ut fugiāt: tanq̄ nisi hostes fugerit, nō sit tutū accedere. ¶ Fundā tibi. Nō dixit hastā, aut lanceā, sed sagittā, fundā, q̄ nimiū lōge iactař. ut ex hoc iteruallo pauorē oñderet nō audētis accedere. Et mire tibi: tanq̄ ipse parasitus nec hoc audeat. Sūt aūt q̄ putēt haec a Thaide ad Chre. dici. sed male. nō. n. conueniunt ista meretricis dictis superioribus. nisi quia mouet me quod Ex occulto dicit: quasi cōstet ei iamdudū uidens mili

Malum

Nebulo

THR. Vbi alii? S. qui (malum) alii? solus Sannio seruat domum
THR. Tu hosce instrue: hic ego uero post principia: inde oibus signū
G. Illuc est sapere, ut hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. (dabo.
THR. Idē hocce Pyrrh⁹ factitauit. CH. uide tu Thais quā hic rē agit.
Nimirum consilium illud rectum est, de occludendis aedibus.
THA. Sane q̄ tibi nunc uideatur esse, hic nebulo magnus est.
Ne metuas. THR. qd uideř? G. fundā tibi nūc nimis uellē dari.

tem, & ipsum non uidisse cum qua pugnaturus sit.

C THR. Vbi sunt alii. Gna. malū hic est interiectio malum: & p parenthesim solū legendū sic. Malum q̄ uulgo dř mala gratia: q alii sunt supple. Plau. in Epidico: Quē malū haec impudētia. ut sic dicerē: Vnde malū mihi pecunias esse putas. qđ uulgo dicitur: Vnde mala gratia putas mihi esse pecunias. Item quid malū tibi uis. quod dicit: Quid mala gratia: aut malae gratiae oportet tibi. Quod ineptū est dicendi genus. Sed hic talia apponuntur: nō ut approbent: sed potius ut reprobentur alus dicendi modis surrogatis. Solus Sanio. i. ille seruus. seruat. i. custodit domū: qđ si sit domi itellige sic. seruat. i. manet: aut sedet domi: ut obseruet eam. uel etiā custodit domū. Thra. tu Gnato instrue. i. appara: uel ordina: aut dispone & informa hosce milites. ego ero hic post principia. i. post primas legiones firmae ac maturae. Nam in acie bñ instructa erant milites agiles leuis armaturae: q uelites dicebanř: qui uelitabanř. i. agiliter pugnabant: quorū officiū erat lacessere pugnam & quasi praelii praeludium facere uelitatione. i. probrorū ultro, citroq; obiectatiōe. Deinde lacessita pugna secedebāt: aut ī equos insidebant sua agilitate: inde ueniebatur ad primas legiones firmae armaturae & robustae: quae dicebantur pricipia: q̄a illic erat principiū resistentiae. Seq̄tur in litera. inde. i. ex toto loco. dabo signum oibus: aut sonitu tubę: seu classici: aut alio signo: aut uibratione uexilli: uel erectione: & alia re id genus. Gn. illud. f. ita sibi canere est sapere. i. esse sapiētē. ut. i. postq̄ā istruxit. i. apparauit hosce milites, ac disposuit. ipsus. i. ipse cauit sibi. i. puidit: prospexit sibi. in locū. i. opportune: ut in Adelphis pecunia i loco &c. Pyrrhus rex Epirotarū peritissimus stratagematū. i. astutiarū militiae. factitauit. i. saepe fecit. hoc idē. i. sibi opportune cauit, ac consuluit. Chr. o Thais uiden. i. uides ne quā rem hic Thraso miles agit. Nimirum. i. sine dubio. illud consilium. i. illa suasio: uel illum propositū de occludendis aedibus. i. de obseruanda domo. est rectū. i. recte suasum & susceptum. Tha. sane. i. nimis uel ualde consilium inquam rectum est de occludendis aedibus: & hoc per ironiam dicit. qui. i. qualis uir nunc uidetur tibi. hic est nebulo. i. uanus: inanis: mollis ut nebula. magnus corpore. f. & statura: sed mollis ut nebula. ne timeas. i. noli timere: quamuis sit magnus & in aetate uirili. Donatus autem subaudit non est. legendo affirmatiue non interrogatiue sic: Non est sup. talis uir. q. i. qualis uidetur tibi. hic est magnus nebulo. i. magnus corpore & statura, sed mollis ut nebula: futilis & uanus non uirilis: neq; magnanimus: ut tibi uidetur ne metuas. Th. Gnato qd uideř tibi. i. qd iudicas de ineundo praelio: p qđ ostendit se iam timere. Gna. nunc uellem fundam. i. sagittam: q̄ue. f. multū lōge iactatur: nō hastam: neq; lanceā. Funda. n. interdū dicit instrumentū quo rotantur seu iaciunř lapides. ut Seruius ait. Virg. in Geor. Stupea torquentē balearis uerbera fundae. Interdū dicitur genus retis a fundendo: ut ait Nonius. Virg in Ge. Atq; alius latum funda iā uerberat amnē. & illud retis genus uulgo dř baca. Interdū funda significat iaculum: siue missile aliquod: quod lōge funditur. i. mittitur. Inde funditores: ut Nonius ait: dicunř q fundis magnis dimicāt. Sisenna. i. in historiarū: At post armatos funditores, & sagittarios ponit. Nunc inquā uellē fundam dari tibi.

C MALVM est interiectio. Illuc est sapere qđ facit miles iste. Quia ut. i. postq̄ hosce &c. Sane ille qui tibi &c. Non minus ac si diceret tu praelegisti tibi locum: modo uō minus uellem tibi dari fundam, q̄ Thai.

GVI. Malum interiectio

Velites

In loco pro opportune

Strategema

Nebulo

Funda

Virg.

SER

Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam.
THR. Sed eccã Thaidẽ ipsã uideo. G. q̃ mox irruimus? THR. mane.
OMNIA PRIVS experiri, q̃ armis, sapiẽtẽ decet. *Troch. catal.*
Qui scis an quæ iubeam, sine ui faciat? G. di uestram fidem,
Quanti est sapere? nunq̃ accedo, quin abs te abeam doctior.
THR. Thais primum hoc mihi responde, cum tibi do istã uirginem,
Dixtin' mihi hos dies soli dare te? THA. quid tum postea?
THR. rogitas,
Quæ mihi ante oculos amatorem coram adduxti tuum?
THA. Quid cũ illo agas? THR. & cũ eo clã subduxti te mihi?
THA. Libuit. THR. Pãphilam ergo huc redde, nisi ui mauis eripi.
CHR. Tibi illã reddat? aut ut eam tãgas? oĩum. G. ah qd ais? tace.
CHR. Quid tu tibi uis? THR. ego nõ tãgã meã? CH. tuã aũt furcifer?

DONA. ℂ VT tu illos.) Meretricẽ. s. cũ suis, ut alibi, Nos prius introducant. ⁋ Facerent fugam.) Deest rursus Vt. sic, Vt facerent fugam. uel ἀσυνδέτως illatum est. ⁋ Facerent fugam. Desyderat cõiunctionẽ Enim ut sit facerent enim fugã. ⁋ Vt cæderes.) Pro, cædendo cogeres ut facerent fugã. ⁋ Sed eccam Thaidẽ ipsam.) Eccam & ipsam, figura ἔμφασις: quasi eccam principem belli & ipsam, contra quã pugnaturus est. ⁋ Quam mox irruimus.) Hoc parasit⁹, irridens militem dixit. Et irruere ꝓprie dicunt, q cũ furore ꝑlium ineunt. ⁋ Oĩa prius experiri q̃ armis, sapientẽ decet.) Animaduerte quantam uim habeant ad delectandũ i Comœdiis seueræ sniæ, cũ a ridiculis ꝑsonis proferuntur: q̃le est apd Plau. ubi miles suã formam admirans, ait: Nimia est miseria nimis pulchrũ esse hominẽ. ⁋ Quã armis. ἀνακόλουθον, ꝑ, q̃ arma. Aut ἔλλειψις est, si subaudiamus agere. Et mire nõ dixit me: sed, sapientẽ q magis ridiculũ est. ⁋ An quæ iubeã.) Et mire, nõ, uelim: sed, iubeã dixit. iubeã pro uelim: ut, iubeo Chremetẽ. ⁋ Di uestram fidẽ.) Bona ἀπολογία q leuiora laudauerat, hic exclamate iam debet. Et hoc est qd' supra ait, Id rursum si negant, laudo id quoq;. Nã negat rursum male pugnandum esse, q superius retineri nõ poterat, quin in prælũ uel moriturus irrueret. ⁋ Di uestram fidẽ, Quãti est sapere nũquã accedo, quin abs te abeam doctior. Mire egit ꝑsonam admirantis p trinam ἀπὸ σοφῶν ad deos, ut, Di uestram fidem ad seipsum, Quanti est sapere ad militem, Nunquã accedo, quin abs te abeam doctior. Et ridicule parasitus, nunquã accedo ad te, dixit, q nunquã recedit. ⁋ Quin abs te abeam doctior. Nimis impudens assentatio, se fieri doctiorem ex militis sapientia. ⁋ Thais primum hoc mihi responde.) Omissa contentione repetendæ uirginis. nõ enim iam puellam, sed pactum exigit, ut amator. ⁋ Cum tibi do.) Pro, cum tibi darem. ⁋ Quid tum postea?) Aut dixi, respondendum erat: aut, non dixi. Sed uide contumaciam meretricis in contemptionem personæ militis interrogantem. interrogare maluit, q̃ per inductionem capi. ⁋ Rogitas?) Contentiõis genus interrogatiue. ⁋ Quæ mihi ante oculos coram.) Vtrum significat inepti militis dictum? An ante oculos, minus est q̃ coram? ⁋ Ante oculos coram. Potest ante oculos, & longe tamen intelligi. Coram proximitatem significat. ⁋ Quid cũ illo agas?) Omnino meretrix nõ putat illum idoneũ, cui reddenda sit ratio, cuiq; se purget. adeo apud illã amicitiæ eius pretium est. Nã errant q dicunt eã se uelle militi reconciliare. ⁋ Et cũ eo clam subduxti te mihi.) Inuidiose, & cũ eo: nã ut supra legimus, exclusit Chremẽ. ⁋ Subduxti te mihi. Furtim subtraxisti mihi. Virg. Et fidũ capiti subduxerat ensem. ⁋ Libuit. Superbũ est, & meretriciũ uerbũ. Sic de Chelidone Cicero ait, Libenter ait se facturã. ⁋ Huc redde.) Idioma est pro cõtumelia reposcẽtis. sic & in Hecyra, Renumeret dotẽ huc eat. ⁋ Nisi ui mauis eripi.) Vtrũ nisi ꝑ nõ, & sicut sit, si non tibi illã mauis eripi. ⁋ Tibi illã reddat?) Se primũ interponit Chremes, ut adolescẽtulus potuit iã fracto milite. ⁋ Aut tu illã tan. omniũ.) Ait utrũq; Chremes nã qa dixit, nisi si tibi mauis eripi, ait, Tu illã tangas? & addidit, Oium. & est ἀποσιώπησις secunda. sic autem loqui solent plus gestu, q̃ uerbis conciti. ⁋ Tibi illam reddat? aut tu illã tangas? Magna uis in pronominibus, & significatio est. ut, Cãtado tu illum? ⁋ Quid tu tibi uis?) Recte: cum Thaide enim loquebatur. nõ cum hoc. ⁋ Ego non tangam meam.) Bene addidit Meam. hinc enim probatur iniuste dictum, Tu illam tangas? ⁋ Tuam autem furcifer?) Incongrue, ut impetitus adolescens liberum seruilibus conuitiis exagitat.

Irruere

Coram

Subducere

Libuit

Libẽter

GVL ℂ VT tu cæderes: idest uerberares, & uexares, ac oppugnares illos: scilicet Thaidem, & Chreme. procul hinc: idest lõge ab hoc loco. ex occulto: idest ex loco ubi non uideretis: ipsi subaudi facerent fugam: idest darent terga, siue fugerẽt. Thra. sed eccam. i. ecce hic uideo ipsam Thai. Gna. q̃ mox: idest quantũ statim, uel quanto post. irruimus: idest impetum facimus. nam irruere est cum furore prælium inire. Thra. mane. i. siste pedem. decet sapientem prius experiri: idest tentare omnia. i. quærere & experiri omnia media uerbis. i. bona cõpositione & pactione uerbis mitibus facta. q̃ armis. i. bello. Et est sententia ex ornatio rhetorica. qui: idest quomodo scis an faciat Thais ea, quæ iubeam. i. uelim. sine ui. i. sine impetu, & uiolentia. Gna. Dii uestram fidẽ. exclamatio ẽ comica. i. imploro: supple uestram fidem. i. uestrũ auxiliũ: & uestram opem quãti est. i. quanti ualet. quantũ est utile sapere. i. esse sapientẽ nunquã accedo ad te. quin. i. quod nõ abeam. doctior. i. quin redeam ex consortio tuo doctior tanta es sapiẽtia. est aũt adulatio parasitica. Thra. o Thais primũ respõde hoc mihi qd' sequit. cũ do. i. cum darem tibi istam uirginẽ. dixtin. i. ꝓmisisti ne. dare. i. exhibere. te hos dies. i. p hos dies: sed elegãtius omittitur ꝓpositio: & elegantius in accusatiuo dicitur, q̃ in ablatiuo. soli mihi nõ ẽt Chremi. Tha. qd tum. i. tunc postea feci supple. Thra. rogitas. i. petis quid fecisti: q. s. tu adduxisti mihi coram oculos tuũ amatorem. s. Chremetem: quẽ miles putauit esse suũ riualẽ. Tha. qd agas cum illo Chremete. q. d. quã actionem ex ea re cõtra eũ habere possis. uel fiat distinctio post qd est. & sit interrogandi modus: ut sæpe fit deinde subdatur agas cum illo de illa re. q. d. Loquare cum eo de ea re nõ mecum. uel contendas cum illo tibi. q. d. acerrime responsuro & uerbo & dimicatione. Thra. & subduxti. i. subtraxisti te mihi. clam. i. furtim cũ illo amatore. Tha. Libuit. i. sic mea fuit uoluntas. Thr. ergo redde. i. restitue huc mihi Pãphilam: quia discessisti a pacto: ideo nullum esse debet. uel conditionem donationis non impleuisti: ideo donatio nullius momenti esse debet. ni. i. si non uis illã supple eripi. i. auferri a te. ui. i. uiolẽtia. Chremes. dicis sup. ut Thais reddat tibi illã Pamphilam. aut ut. i. q tu omniũ tangas eam Pamphilam: non mõ eripias eam: & est aposiopesis: locutio namq; imperfecta est & cõcisa. namq; loqui solent plus gestu q̃ uerbis conciti & cõmoti ira. Gnato. ah. dolentis, uel deridentis. qd agis, uel qd ais. i. loqueris. tace. q. d. nescis cui uiro male dicas. Chremes quid tu tibi uis. i. quod inepte dicitur: quid oportet tibi. Thraso. Egon. i. utrũ ego non tangam meam. s. Pamphilam. Chre o furcifer. i. uerbero: & q dignus es illa ignominia affici. ut furcam. i. patibulum feras circum uicinos more improbi serui.

Aposiopesis

Furcifer

SER. ℂ MOX irruimus. i. irruemus. Mane. i. expecta. Experiri. s. consilio. Qui. i. qõ scis. Quid tum postea factũ est. Tu eam tangas omnium uilissime. Placando dicit ah.

G. Caue sis, nescis cui maledicas nunc uiro. CH. nō tu hinc abis?
Scin'tu ut tibi res se habeat? si quidquā hodie hic turbe cœperis,
Faciam ut huius loci, dieiq;, meiq; semp memineris.
G. Miseret tui me, q hūc tantum hoīem facias inimicum tibi.
CH. Diminuā ego caput tuū hodie, nisi abis. G. ain'uero canis?
Sicine agis? THR. quis tu homo es? quid tibi uis? quid cum illa
rei tibi est?
Videntur Cretici
CH. Scibis principio eam esse dico liberam. THR. hem. CH. ciuem
Atticam. THR. huic,
Troch. acatalect.
CH. Meam sororem. THR. os durū. CH. miles, nūc adeo edico tibi
Ne uim facias ullam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam.
Nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam haec. THR. tun'
me prohibeas,
Meā ne tāgā? CH. phibeo inquā. G. audin' tu? hic furti se alligat.

DONA.

Canis

CCAVE sis, nescis cui maledicas nūc uiro.) Animaduerte parasitū neq; tacere oīno, ne defuisse patrono uideatur: neq; in aliena cā rixā in se trāsferre. Nō tu hinc abis? scin tu ut tibi res sese hēat?) Hoc parasito, illud militi Chremes. Caue sis. Quia imperatiua uerba, sunt cōtumeliosa: addebant ueteres, sis: qđ significat si uis. Sin'tu?) Non parasito, sed militi dicit. Faciā ut huius loci, dieiq;, meiq; semp memineris.) Moris est magnas eē minas hoīum meticulosorum. Specta ergo q̄ acriter timidus comminet. Huius loci, dieiq;, meiq;. Loci, in quo læsus. Diei, quo cæsus. Mei, a quo cęsus. Miseret mei.) Hic parasitus nunc quasi monitor Chremeti rńdet. Qui hunc tantum hominem facias inimicū tibi.) Ne nunc quidem parasitus, a militis assentatione discedit. Diminuam ego caput tuū hodie nisi abis.) Rusticus dixit, caput tuum diminuam, q̄ si diceret, diminuam tibi caput. Ain uero canis?) Hoc uerbo impudentibus inimicis conuitium fieri solet. nā militare dictum est in hostem, canis: & apud Homerū graui contumelia in aduersariū dicitur, uelut in illo loco, τιμὴν ἀρνύμενοι μενελάῳ σοί τε κυνῶπα. Quis tu hō es? quid tibi uis?) ἐπιτροχασμός figura est, ubi multa terribiliter interrogant. ut, State uiri, q̄ cā uiæ, quiue estis in armis? Quoue tenetis iter? Scibis.) Non obsequēter, sed figurate dicit ab irato. Principio eā esse di.li.) Quo tollit, Tuā uideri. Scibis. Et scies, & scibis dr̄ post pductionē tertiæ coniugatiōis. Principio. In tria diuisit officiū defensionis suæ: In assertoris, Principio eā esse dico liberā. In cognitoris, Ciuē Atticā. In fratris, Meā sororē. Et bonus est ordo: libera, ciuis, nobilis. Ciuē Atti. Quo ēt negociū pōt et fieri qui sēp dño gessit in ciuē. Hui.) Hui, hem, & cętera huiusmodi generis, sanæ sunt aduersus eos qbus irascimur. Meā sororem.) Quo cōstat præsto eē defensionē puellę. Os durū.) Quasi ex oībus hoc sit impudentius, q̄ & sororē suā dicat. Os durū. Os impudēs: ut cōtra, mollis frontis dicunt, qui sunt reuerentes. Nunc adeo edico tibi.) Vt superbe, quasi militi. nā edictum, Prętoris dicit, & Imperatoris. Miles nūc adeo edico tibi.) Miles, cōtumeliose dixit. De iis eni est officiis, q̄ suo noīe contumeliosa censent: sicut in Adelphis, Delibera hoc, dū ego redeo, leno. Ne uim facias ullā in il.) Seruauit præcepta meretricis: adeo ut meminerit, Si uim faciet, in ius ducito hoīem. Ego eo ad Sophr.) Hoc sinus a Thaide Chremeti. Prohibeo inquā.) Nō satis exercitate adolescēs totidē uerbis dictū repetit militis. Audin'tu? hic furti se alligat.) Gn. occasionē finiēdi litigii īadudū quærit ob desideriū mēsæ & cibi: & iō quasi de iure cōsiliū suggerit, hūc reū militis eē posse, q paratus est alienā rē suā dicere, & id in iure pfiteri, hoc est apud Prætorē. Ergo furti se alligat. i. reum se efficit fraudis. Nā μεταληπτικῶς furtū p oī fraude, & dolo accipimus, & iniuria. Alligat. Astringit illaqueat, & obnoxium facit. Omne igit̃ qđ fraude fit, furtū est. Sic Virgilius, Furta paro belli, id est insidias. Et, Dulcia furta, id est adulteria. Omne malum factum, Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula noctem. Furtum duobus modis dicitur. uno, cum omne maleficium generaliter significatur altero, cum res surrepta demonstratur: Nūc ergo furtū, maleficium est.

Scibis

Hui, Hē

Os durū

Mollis frontis hoīes

Edictū

Alligat se furti

Furtum

GVI.

CGN. Caue sis. i. si uis. & est compositū ex duobus corruptis, ut capessis ex tribus. i. cape si uis. sed talibus uti potius est poetarum q̄ oratorū. nescis cui uiro tu nūc maledicas. i. contumeliam inferas. Chre. alloqtur hic militem inquiens. tu nō abis. i. discedis. hinc. i. ex hoc loco. & minaciter cū eo agit: quamuis tñ sit meticulosus. Sin. i. scis ne. ut. i. qualiter res sese habeat tibi. i. quantum ad te spectat: & in tuum malum. q. d. scis ne quomodo res se habeāt quantum ad te spectat. si qcq̄ turbæ. i. rixæ turbationis. cœperis. i. concitaueris. hodie hic. i. in hoc loco. faciā i. efficiā. ut memineris. i. recorderis huius loci, & diei. & memineris mei semper. i. oī tpe. Gna. Me miseret tui. i. misericordia tui me mouet. qui. s. tu facis hūc. i. militē. tm̄ uirū. i. qui est tātus uir. inimicū. i. aduersariū & maleuolū tibi. Chre. alloquit̃ iterum militē. Ego diminuam. i. mutilabo hodie caput tuum nisi abis. Gna. uero. i. sed. o canis. i. impudens, acerbus ut canis. hoc uerbo canis impudētibus inimicis cōuitiū fieri solet. Ain? i. dicis ne te diminuturū caput eius. sic ais. i. sic loqueris. alii sic agis. sed in diē redit. Thrags. i. qualis hō es: qd tibi uis: qđ dicit̃ qd oportet tibi iepte. qd rei est tibi cū illa puella. i. qđ negociū seu cōmerciū hēs cū Pāphila: q̄ ita loqueris acriter. Chre. scibis p scies. principio. i. in primis dico eā eē liberā, nō seruilis cōditiōis. Thra. Hem interiectio indignātis pp dictū illud Chre. dico inquā esse ciuē atticā. Thra. Hui interiectio deridētis. Chre. dico inquā eā eē sororē meā. Thr. o os Durū. i. os ipudēs: q talia effutit mēdacia, & figmēta: sicut cōtra mollis frōtis dicunt: qui sunt reuerētes. Chre. o miles. adeo. i. certe. miles aūt cōtumeliose dicitur ut fieri solet: cū uilis officii noīe aliquē uocamus. edico. i. pcipio: impero tibi tanq̄ ptor uel imperator militi. ptoris. n. & impatoris edicta sunt. ne. i. q̄ nō. facias ullam uim. i. ullā uiolētiā. in illā i. cōtra illā puellā. Deinde cōuertit sermonē suū ad Thaidē inquēs. ego eo ad Sophronā nutricē puellæ. s. ut adducā eā nutricē: & ostendā hæc signa sororis meę: q̄ signa intelligimus ostēdisse Thaidi de sorore sua. Thr. ne. i. utrū. tu phibeas. i. impedias: ne tangam meā puellā, quā emi. Chę. inquā. i. iterū dico tibi. phibeo. i. ueto ne eā tāgas. Gna. audin. i. audis ne iniuste. s. pfiteri hic scilicet. Chre. uel hic tanq̄ apud ptorē alligat. i. astringit, illaqueat & obnoxium, seu reū facit se. furti. i. fraudis: p metalepsin. nā oē qđ fraude fit furtū est. Inde dulcia furta dicunt̃ adulteria. itaq; furtū accipimus p oī fraude, dolo, & iniuria. Duobus autē modis dicit̃ furtum. Vno mō cū oē maleficiū generaliter significatur. altero, cū res surrepta demonstrat̃. nunc ergo furtum maleficium est.

Os durū

Mollis frontis

Furtū

SER.

CCAVE sis: quasi una pars: & tantūdem quantum solū caue ualet. & est comicum uerbū: sicut apagesis. nō tu hinc abis: hæc dicit Gnatonis. Scin tu: hæc dicit militi. O canis. i. procax ais tu. q̄ mihi diminuā caput? Os durū qui tibi talē sororē adoptas. Ego eo. hęc dicit Chre. Audin iste alligat. i. apparat se. furti. i. ad furtum comprobandū. Quare uult pbare sororem suam te eē furatum sibi. Aligare dicimus qñ sunt alligata aliqua circa eandem cām in placito: & nullus uult cedere. furti est aduerbiū sicut domi. & nota q̄ æque bene posset dici alligat se sacrilegii: et cuiuslibet alterius causæ. Sanga dicit iam dimitto exercitum.

CSatis

DONA. Quære re

¶SATIS hoc ẽ ti. Ad repetẽdã.s.uirginẽ, sumẽdãq; iniuriæ uindictã. ¶ Quære q rñdeat. Et cõtẽpsit interrogãtẽ: & indixit inimicitias, pfessiõe iracũdiæ, cũ dixit indignũ militẽ. ¶ Idẽ hoc tu ais. Id est hoc qđ Chre. & tãq̃ Chre. Et ipsam, circũuẽturus iterrogat, qđ illa itelligẽs malitiose ait, Quære q rñdeat. satis cõtumeliose: illudẽ. q̃rit qđ difficile repe- rit. Ergo nõ mõ indignus es, inqt, cui ego rñdeã: sed uix inuenies q te dignũ rñso iudicet. ¶ Quid nunc agi.) Vide ut euanuerit actio militis. Primo dixit, Oia prius expiri q̃ armis sapientẽ decet. Post, Idem hoc tu ais, Thais? Et postremo, Quid nũc agimus? ¶ Et Quid nũc agimus, Cõsiliũ q̃rẽtis est. Quid nũc agimus? Lãguidi atq; defessi est. ¶ Quid nũc agimus? Vbi ẽ illud qđ ait, Primũ ædes expugnabo, &c. Sed uani impetus hũc exitũ semp accipiũt. ¶ Quin redeam⁹. Quin, mõ imo. Nõ abeamus, inqt, sed redeamus: ut irritos conat⁹ uno uerbo ostenderet. ¶ Credin'?) Ex pte cõsentit q sic interrogat. ¶ Credin'? Credere, dubitãtis ẽ: Certũ esse, fidẽtis. ¶ Vbi nolis, cupiũt ul.) Plus intulit spei, nõ reuocãdo uerbũ qđ expectabaẽ, hoc est uoluit: sed cupiũt. Ergo uariauit: uõ.n. intulit, uoluit ultro. ¶ Bñ putas.) Hoc est, recte putas, sapis, uel intelligis. Vir Multa putãs, sortẽq; aĩo miseratus iniquã. Vel conicis. Vel putas, disputas. Vel putas, cogitas. ¶ Iã dimit. exer.) Dimitti exercitus dr̃, uel pace facta, uel uexatis hostibus. Ridicula ergo magnificẽtia uerbor ẽ, cũ sint facta deformia. ¶ Sanga, ita ut fortes decet milites, domiq; fociq; fac uicissim ut memineris.) Vt mire in coquum, q focum curat in domo. qa milites hi fortiter pugnãt, q sunt memores domor. Vide ergo q̃ utrũq; comicũ. Ad meõdum p̃liũ, resq; bellicas Donax pmus ẽ, ad res domesticas, Sãga q coquus est: Domiq; fociq;, Domi & foci, genitiui sunt. Cæcilius, Decora domi. Plautus, Quãq̃ domi cupio, operiar tñ. ¶ Iam dudũ ani. est in pati.) Hic aperuit cãm Poeta cur & inuitus Gn. iret ad litẽ, & libẽs domũ redeat. ¶ Frugi es.) Vtilis, & necessarius. a frugibus, quę q his fruamur, dictæ sunt. Inde fructus & frumẽtũ. Frui aũt, ẽ uesci, a frumine quę est summa ps gulæ: a qua re, ẽt his q̃ nec cibo nec poculo sunt, frui dicimur κατάχρηστικῶς: utpote rebus uenereis, & delectatione odoris, uisus, auditus, & cæteris.

Dimittere exercitum

Fruges Fruct⁹ Frumẽtum Frui

GVI.

¶CHR. Satin.i. satis ne. hoc ẽ ti.i. sufficit ne hoc tibi. Thr. allogtur nũc Tha. tu Thais ais hoc idẽ qđ.s. ipse Chr. dicit. Tha. q̃re aliquẽ q rñdeat tibi: tanq̃ sis indignus cui ego debeã rñdere. & q̃re dixit cõtumeliose. Illud.n. q̃rit qđ difficile repperit. ergo nõ mõ indignus es inqt, cui ego rñdeã: sed uix iuenies q te dignũ rñso iudicet. Gn. qd agimus nũc. hoc dictũ ẽ languidi, atq; defessi. gn.i. imo redeamus uñ uenim⁹, iã.i. statim. hęc Tha. aderit.i. aduẽiet. supplicans ultro.i. spõte sua tibi. Thr. credin .i. credis ne. credere dubitãtis ẽ, certũ esse fidẽtis. Gna. imo certe.i. sed pfecto. aderit supplicãs tibi. nosco.i. cognosco. ingenium.i. naturã mulier. ubi.i. qñ. uelis aliqd, noluit. ubi.i. cum nolis, ipsæ cupiũt. ultro illud.s. qđ nõ uis. Thr. bene putas.i. recte cogitas, disputas, uel iudicas. Gn. iam.i. statim, uel nũc. dimitto exercitum.i. facio illi copiam abeundi: siue præbeo militibus cõmeatum. Nã dux dicit dimittere milites suos: qñ ultra illis stipẽdia dare nõ uult: sed illis abeundi præstat facultatẽ. Thra. ubi uis.i. quãdo uis: uel cum libet dimittere exercitũ. nam Gna. per interrogationem dixerat dimitto exercitũ. Gna. o Sanga fac ut uicissim.i. idẽtidẽ, siue sępe cũ quodam interuallo. memineris.i. recorderis. domi & foci.i. coquinæ. Focus pprie dicit locus ubi ignis est: & qm coquina sine igne esse nõ põt (cum a coquendo dicat) præcipue: quo tpe aliquid decoquitur: idem pro coquina rite poni põt. Sanga iamdudum animus est in patinis.i. pauloante incepi habere appetitum: & cogitare de patinis.i. de uasis: in qbus edulia ponuntur. & per uasa ostẽdit habere animũ ad edulia: & iam esurire. & est quod uulgo dicitur: iste semper hẽt cor ad coquinã: dũ quis uult dicere aliquem uelle semp comedere. ubi elegãter diceret: illi semper animus est in patinis: uel in patinis semper aium habet Gna. es frugi.i. utilis, & necessarius. a frugibus, quæ dictę sunt q his fruamur. Inde fructus & frumẽtũ. Frui autem est uesci: diciturq; a frumine: quæ est summa ps gulæ: a qua re ẽt his frui dicimus: q̃ nec cibi: nec pocula sunt: utpote amicitia: delectatione sensuum exteriorum: pariter ac interiorũ. San. uos sequimini me hac.i. per hanc partẽ. Sanga enim coquus est: qui esurientibus sequendus est: qualis est parasitus: qui uentrem implere cupit.

CH. †Satis hoc est tibi. THR. Idem hoc tu ais Thais? THA. quære qui respondeat.

THR. Quid nũc agimus? G. qn redeam⁹ iã hæc tibi aderit supplicãs

Vltro. THR. credin'? G. imo certe noui ingeniũ mulierum,

Nolunt ubi uelis ubi nolis, cupiunt ultro. THR. bene putas.

G. Iam dimitto exercitũ? THR. ubi uis. G. Sãga, uti fortes decet

Milites domiq;, fociq; fac uicissim ut memineris.

S. Iam dudum est animus in patinis. G. fugi es. THR. uos me hac sequimini.

† *Donatus legit, Satis hoc est tibi. & post ais addendũ Thais: ubi rursus nos tata loquentis persona locum fecit errori.*

ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

THAIS, PYTHIAS.

T. PERGIN' scelesta mecũ perplexe loqui? *Senarii*

Scio, nescio abiit audiui ego nõ adfui.

Non tu istuc mihi dictura aperte es, qdquid est?

DONA. PErgin' scelesta mecũ pplexe loqui?) Nũc demũ uirgo uitiata eẽ cognoscit a Thaide, opportune, postq̃ magnope & defensa ẽ, & retẽta. Nã statim cõsequent nuptiæ ei⁹, & Chęreę q illã uitiauit. ¶ Perplexe loq. Io pplexe, qa statuerat crimẽ uirginis celare. ¶ Scio, ne. ab. au.) Mire ex dictis oĩb⁹ pauca decerpit: & oñdit qd pplexe dixerit: & stomachũ sæuiẽtis expssit. ¶ Scio.) Flere puellã. ¶ Nescio. Vitiatã. ¶ Abiit.) Eunuch⁹. ¶ Audiui.) Domi hoc admissum. ¶ Ego nõ af.) Cũ hæc fierẽt. Acriter iratorũ est, ea repetere quæ pxime dixerint qbus irascunẽ. ut, En ego uicta situ, uerique effœta senectus. ¶ Non tu istuc &c. Non est hæc interrogatio.

GVI. PERgin &c Nũ demũ puella cognoscit a Th. eẽ stuprata: & qdẽ opportune postq̃ defensa ẽ & retẽta magnope: nã statim cõsequent nuptiæ eius & Chæreæ, q ei tum attulit. Tha. o scelesta.i. scelerata Py. Pergin.i. psequeris ne loqui mecũ pplexe.i. obscure: iuolute: intricate: ut sint aduerbia. Nã pplexus dr̃ districtus: nutãs: dubius: titubãs: intricatus quorsum se cõferat. pergin ergo loq mecũ pplexe dicendo sup. scio puellã flere: deinde nescio stupratã eẽ. abiit.s. eunuchus. audiui domi hoc esse admissum &c. ego nõ affui.i. nõ interfui, cũ est illi uis illata. Hæc asyntheta istãtis dñę uultũ, habitũq; demõstrãt. nõ est mihi dictura istuc qcqd est. aperte.i. palã loquẽdo, & manifeste: nõ pplexe, & obscure.

Perplexe

SER. PErgin. Postq̃ ostensa est uirgo esse ciuis: & manumissa est a ptãte militis. aliud restabat de uirgine.s. ut Tha. sciret eã ita male a Chaerea esse tractatã qđ ualde, ut dixit, iuuat ad eunuchũ:

ut eam habere possit:ut melius in alio actu patebit.hic idu cit Py.q̃nmide tñ detegit uitiũ puellæ: qđ ei cõsiliata fuit supius Dorias:cum dixit:Si sapis quod scis nescis: & q̃a ita aperte totã rem nõ audebat explicare ait Thais: Pergis ne sce.in.per.o.dicens:Scio.s.φ eunuchus abiit: nescio.s.qđ ille fecit. Ego audiui tamen strepitum.

Os impudens — cta fuit. ¶ Vide amabo,si nõ cũ aspicias,os ipudens uide.) Mire ab eo qđ respõdere cœperat,ad aliud transit, mirata cõfidentiã Chæreæ.Nõ est ipudens inqt,non est similis ipudenti. Sic alibi. Seueritas inest in uultu,atq; in uerbis fides.

GVI. ¶ VIRGO ueste con.i.hñs ueste fractã.obticet.i.tacet.lachrymãs.i.lachrymas emittẽs.taceamus cõsilia: reticemus:

DONA. ¶ VIRGO cõ.ueda.

Virgo conscissa ueste lachrymans obticet.
Eunuchus abiit:quamobrem?quid factum est?taces?
P. Quid tibi ego dicam misera?illum eunuchum negant
Fuisse. T.quis fuit igitur? P.iste Chærea.
T. Qui Chærea? P.iste ephebus frater Phædriæ.
T. Quid ais uenefica? P.atqui certo comperi.
T. Quid is obsecro ad nos?aut q̃obrẽ adductus ẽ? P.nescio,
Nisi amasse credo Pamphilam. T.hem misera occidi.
Infelix,si quidem tu istæc uera prædicas.
Nũ id lachrymat uirgo? P.id opinor. T.qd ais sacrilega?
Istucine interminata sum hinc abiens tibi?
P. Quid facerem?ita ut tu iussi,soli credita est.
T. Scelesta,lupo ouem commisisti.dispudet,
Sic mihi data esse uerba.quid hoĩs illic est?
P. Hera mea * tace obsecro,saluæ sumus.
Hẽmus hoĩem ipm. T.ubi is ẽ? P.hem ad sinistrã,uides
Ne? T.uideo. P.comprehendi iube, quantum potest.
T. Quid illi faciemus stulta? P.quid faciam,rogas?
Vide amabo,si non cum aspicias, os impudens.
Videtur. T.non est. P.tum quæ eius confidentia est.

Tacere Reticere Obticere — ob.) Hæc oĩa rixã eẽ significauerant. ¶ Virgo obti. Tacemus cõsilia. ut,Nec tacui demẽs.Reticemus dolores:ut,ne uerere,ne retice. Obticem⁹ quoꝝ nos pudet: ut i Phormiõe,Heu qd nã obtices? ¶ Eunuch⁹ abiit.Nõ Chę. sed eunuchus:nõ fugit , sed abiit dixit. ¶ Quãobrẽ?qd factũ ẽ?taces?)Hæc ἀσύνδετα instãtis dñę uultũ habitũq; demonstrant. ¶ Quis fu.igit?)Hęc cũ ctatiue pñciãda sunt: aut q̃a inita indicat, aut dubitat de noie ignoti: aut trepidat p timorẽ: aut,ut nõ uideat assuisse,cũ fuerit factũ:aut q̃a nõ libẽter dicat eius nomẽ cui irascit. Sed ego agnosco ancillaꝝ cõsuetudinẽ,q̃ obliuiosę sũt. ¶ Iste ephe.)Epheb⁹ nomẽ,ad ætatẽ retulit,nõ ad facin⁹ cõmissum. ¶ Ephebus.)Cito oñdit,cur iste eunuchus credit. ¶ Quid ais ue.)Redit rursum ad iracũdiã.aptũ cõuitiũ & comicũ i ancillas,uenefica,lupa,uipa, & sacrilega,&c. ¶ Quid is ob. ad nos?)Nõ rogãtis est Obsecro,sed dolẽtis. ¶ Nisi a.cr.Pã.)Deest q:ut sit,nisi q. ¶ Nũ id la.uir.)Vt supra,Id uero serio triũphat:p ob id. ¶ Id opinor.)Callide Py.opinor dixit,cũ sciat. ¶ Quid ais sa.) αὔξησις.nã primo scelesta,deinde uenefica,postremo sacrilega. ¶ Istucine inter.sum?)Satis moraliter,Istucine interminata sum,p,nõ istuc tibi cõminata sum? ¶ Istucine interminata sum hinc abiens tibi?Apparet hæc post scænam esse mandata.nam supra nõ meminit:sed dixerat, Tamẽ hos prius introducã:& q̃ uolo simul imperabo:post ea continuo exeo. ¶ Ita ut tu iussti,soli credita est.)Dixerat eni prius Chærea, Edicit ne uir quisquã ad eã adeat , & mihi ne absedã imperat. ¶ Iussi.) συνήθεια καὶ μετάπλασμός, p iussisti. ¶ Scelesta,ouem lupo cõmisisti.)Bene dilatũ tot occasionibus prouerbium : personæ Thaidis ascriptũ est:continet enim fœmineam reuerentiã,& meretriciũ sensum .reditq; rursus ad minora conuitia:quia uidet se esse conuictam. & est puerbium,Ouem lupo cõmisisti. ¶ Sic mihi data esse uerba?) Videt plura fuisse dictura,nisi supuenisset Cherea. ¶ Quid hominis illic est?)Per genitiuum casum iniuriose dicit : per nominatiuũ honorifice ¶ Quid hominis illic est? Non continuo agnoscit hũc hoiem meretrix: q̃a etsi adhuc eunuchi ueste indutus est:attamen exuit spadonis incessum : uultũ, habitũq; mutauit:& præter uestem,totus in Chæreã redit ¶ Hæra mea tace obsecro.) Blande, ac puellariter arridet. ¶ Tace.)Non silentiũ indicentis est,sed securã facientis:ut, Tace,egomet cõueniam ipsum. ¶ Habemus hoiem.) Mire hominem dixit, ut reum. ¶ Iube comprehendi.) Pro cõprehende.Iube enim uelle significat. ¶ Et quantũ potes.) Deest cito ¶ Quid illi faciemus?) Subauditur, cõprehẽso. ¶ Quid faciam rogas?)Moraliter expressit puellæ stupentis uerba, & non habentis quid respondeat ad ea quæ di-

Ephebus — (marginal note beside "Iste ephe.")

Quid hominis est — (marginal note beside "Quid hominis illic est")

dolores:obticemus quoꝝ nos pudet . Eunuch⁹ abiit.i.discessit. quamobrẽ.i.quare. taces.i.celas id qđ ẽ factũ.i. admissũ. Py. qđ ego misera dicã, negẽ.i.negare debeo illũ q̃ adductus ẽ fuisse eunuchũ. Th.igit si nõ fuit eunuchus,qui fuit. Py.iste p cõtẽptũ dixit iste:Chę. fuit.s. Th. o q Chę.fuit. Py.iste ephebus.i.adolescẽs ipubis fr Phę. Tha. o uenefica.i. o meretrix q̃a ois adultera eadẽ uenefica ẽ, similiter & ois meretrix quæ suis illecebris tanq̃ ueneno inficit amatores: ppterea insanus amor iterdũ ceni appellatiõe designatur. Py.atq;.i.certe cõperi.i. cognoui φ fuit fr Phæ. Tha. obsecro q̃so qd.i.cur. & quãobrẽ.i.pp q̃ occasionẽ is Chæ. adductus ẽ ad nos.Py. nescio nisi φ supple credo eũ amasse Pã.sed si sit amasse:dic sic:Nescio cur adductus sit:nisi quia sup.amasset Pã. & tunc subdas credo: idest ita arbitror. Th hẽ iteriectio idignãtis ego misera occidi.i.perii.infelix sum supple.& p se legendũ est.si qdẽ.i. si certe tu pdicas.i.narras,istæc.i.ista,q̃ dicis uera. num.i.nunqd uirgo lachrymat id.i.ob id?Py. opinor.i. suspicor.id.s. uirginem ob id lachrymare. Tha.o sacrilega:idest nefaria. impia.& scelerosa : quasi quæ sacrum uiolauerit. quid ais istucine:idest nonne ego abiens:idest discedẽs hinc interminata sum.i.cõminata sum tibi istuc. quod.s. constabat inter eas postquã scenã fuerat mandatũ : ut forsitan ne quisquã ad eã antecederet.Py .credita est:idest cõmissa est eunucho soli. ut iussti:idest iussisti.ideo quia facerem:idest quid facere aliud possem q̃ tuis morem gerere mandatis uel præpone quid facerẽ:ut in tenore textus est. Tha.o scelesta:idest scelerata.cõmisisti:idest tradidisti:credidisti.ouem lupo:puerbialiter dictum.q.d. uirginem uiolatori cõmisisti : sicut si ouis lupo deuorari cõmittatur.dispudet: idest maximo pudore afficior. uerba sic mihi data esse : idest sic me decepta. quid illud hominis est: idest quis est ille homo eunuchi ueste indutus.animaduertit enim Thais Chæream :sed non continuo agnouit pp uestem.& hoĩs dixit in genitiuo.nam per genitiuum iniuriose dicitur:per nominatiuũ uero honorifice.Py.o hera.i.dña mea.obsecro tace .i. esto secura. nã illud tace nõ est silentium indicentis:sed securam facientis.sumus saluæ.habemus hominem ipsum.s. Chæream tã q̃ reum. Tha.ubi is.s.Cherea est Py.Hem:per indignationem uiden.i.uides ne eum ad sinistram patrem.s.Thais.uideo.Py.iube eum comprehendi.i.capi.q̃tum potes. Th.o stulta.i.inconsiderata quid faciemus illi comprehenso.Py. rogas quid faciam?amabo:interiectio blandientis.q.d.quęso rogo te per amorem uide si os eius non uidetur impudens.i.inuerecundum,cum aspicias eum. Tha.non est os impudens.Py.tum.i.deinde ultra hoc quod non erubescit. uide q̃.i.qualis,cõfidentia.i.nimia securitas est:& est quod

dicitur

dicitur inepte. uide qūo est affecutatus. Fiducia in bonum sonat ut plurimum: confidentia uero in malum.

SER. ℂ Q V I D ais uenefica. s. hoc nunquam fuit uerum. Atq idest certe: ego ita comperi uerum esse. Quid is Chaerea uenit ad nos? incredibile est. aut si uenit q̄ubrem? Istud ne sum tibi interminata. i. non ne prohibui illud: ne aliqs uir accederet ad eam.

Diis: idest per Deos iuro. quod pudet: uel dispudet. i. omni no pudet. Quid illud hominis est. Iam accedit ad quintum actum. uenit. n. Chaerea adhuc idutus ueste Eunuchi: quem illa prospiciens admirãdo ait: Quid illud &c. Vide amabo: si os illius non uidetur impudens. i. sine pudore: cum tu aspicias: ac si diceret: uide si os eius est pudens. Cum tu. aspi. non certe. Thais adhuc dicit attemperate ut meretrix: Non est quod dicis ipudens Pythias. uide tum ex altera parte quae sit eius &c.

ACTVS QVINTI SCENA SECVNDA.

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

C. Apud Antiphonē uterq; mater & pater, *Iāb. trimetri*
Quasi dedita opera domi erant, ut nullo modo
Introire possem, quin uiderent me interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam
Venit ubi uidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum: inde item
In aliud, inde in aliud ita misertimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed estne haec Thais, quam uideo? ipsa est haereo
Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?

DONA. Apud Antiphonē uterq.) Rediens in uicinam suam, causam reddit Chaerea, cur non mutauerit uestem. Oportuit autem & de necessitate argumenti fuit, Chęream non mutasse uestem ut cum meretrix uirginē a Chaerea uitiatam audiret, & eū turpi habitu incedētem intueretur, eū reum uitiatae uirginis putaret. Apud Antiphonem dixit, pro in domu eius. ℣ Vterque, pater & mater.) Non, uterq; pater, & utraq; mater, sed uterq; parens: quia pater & mater. ℣ Quasi dedita opera domi erant.) Non tam mirum, si domi erant: sed illud magis mirum, quod in ea domus parte qua in aedes introeundum erat adolescentulo. ℣ Vt nullo modo introire possem.) Superius causa continetur cur non mutauerit uestem. Inferius autem cur huc redierit. ℣ Quin uideret me.) Quin modo pro qui minus. ℣ Dum ante ostium sto.) Antiphonis: scilicet. ℣ Notus mihi quidam obuiam uenit.) An notus, qui me posset agnoscere? an qui me nouerit, id est amicus? ℣ Quantum queo.) Deest uelociter ℣ In angiportum.) Vide illum non uitasse sub una clausula his In dicere, in pedes, in angiportum. Angiportum dicebant uicum non peruium, uiam publicam. ℣ In angiportum quoddam desertum. Deest fugiens. ℣ Ita miserrimus fui fugitando.) Id est fatigatus, lassus, & languidus sum dum fugio. Et honesta locutio est ut, miser amando, miser currendo. ℣ Ne quis me cognosceret.) Nota im proprie dictum pro agnosceret. ℣ Sed est ne haec Thais quam uideo?) Iampridem ipse uisus, nunc primum uidet. ℣ Hereo.) Incertus remaneo, atq; defigor. Primus metus adimit consilium: sed recogitatio reddit confidentiam. ℣ Quid mea autem?) Colligit se rursus ad impudentiam Chaerea. & uide si non eadem est audacia in Chaerea, quae in suscipiendo facinore fuit. & ἐκλειπτικῶς, quid mea aūt? ℣ Quid faciet mihi?) Opportune se confirmauit: quia si extimuisset, & fugisset, nihil nuptiae promouerentur.

Apud Antiphonē Vterq; parens

Quātū queo

Angiportus

Haereo

GVL. Apud &c. Hic Chaerea reddit causam cur etiā rediens in uiciniam suam non mutauerit uestē Chae. apud Antiphonem. i. domo Antiphonis uterq; parens. s. mater & pater: & uterq; dixit. nam masculinum praeponderat foemmino. erant domi quasi dedita opera. i. consulto de industria: ut nullo modo possem introire. quin. i. q; non uiderent me. interim. i. dum hęc aguntur. dum sto ante a ostium. quidā notus uenit obuiam. i. in occursum mihi. ubi. i. postquam. uidi eū. s. egomet dedi in pedes. i. conuerti: coniecit: seu contuli me quantū queo in quoddam angiportum. i. uicum angustum, nec peruiū desertum. i. non frequentatum. Angiportum n. neutrum: uel angiportus n. masculinū (utrūq; enim dr̄) uicus est angustus, non peruius: ut Dona. & Seruius sentiunt. uel iter cōpendiariū, ait Festus, in oppido: eo q; sit angustus portus. i. aditus ad portum. uel s̄m Varronē dr̄ angiportū: q; sit angustum: & per quod nihil agi potest prae nimia angustia: quasi ab angēdo & portu: eo q; talis angustia fit inter portus. i. inter domos. nam portus quēadmodū & insulas pro domibus ueteres dixerūt. Multi codices hn̄t in pedes: & tunc ita dicendum est: Ego dedi. uel, ut alii habent erexi me in pedes. i. coepi progredi: uel uelociter ire. nam q uult ire in pedes se erigit, uel dat. & quo coepi pgredi uelociter in angiportum quoddam desertum &c. quod si nō esset in: tunc facile esset dicere dedi pedes in angiportum s idest me contuli in ui um angustum: qui uernacula lingua uenella dicitur: uel latine uiculus. nam qui se confert aliquo illuc dat, ac dirigit pedes. Inde. i. ex eo angiporto item. i. similiter. dedi pedes in aliud angiportum. inde. i. ex eo angiporto secundo contuli me in aliud angiportum. ita. i. eo modo fui miserrimus. fugitando. i. fui fatigatus: lassus: languidus dum fugio. & est honesta locutio, ut miser amādo: miser loquendo ne quis. i. ut non aliquis. cognosceret. idest agnosceret. prius enim eum cognouerat. Agnoscimus enī uetera: cognoscimus noua. sed ne. i. utrum hęc mulier, quā uideo est Thais: deinde diligenter intuitus subdit: ipsa est Thais. haereo. i. incertus remaneo, & defigor. primus enim metus adimit consilium: sed recogitatio reddit confidentiam. haereo ergo. i. dubito. quid faciā. aūt. i. sed qd mea. hoc dicit ut hoc uerbo Thais mitigetur: cū dicat eam suā. i. rubā capit: non amicam: cum nō esset proprii fratris riualis. qd inq: repetit ad maiorem expssionem. faciet mihi? q. d. dubito ac nescio prorsus quid mihi sit factura.

Dare in pedes

Varro

Agnoscere & cognoscere

SER. Apud Antiphonē. Incipit de pacatione quintus actus. In hoc enim actu, & Thais, & Chaerea, & Phaedria, & Thraso pacantur: sed ad Chaeream principaliter attinet tota mitigatio. de aliis uero. sicut in prima co. quia gratia principalis materiae inducti sunt: scilicet gratia eunuchi: ad quem exitum uenerunt dicendum fuit: ne quid indiffinitum: & impacatum dimitteret auctor. Ad pacationem istam accedit competenter Chaerea: & aliae conuenientes personae: quae istam pacationem faciant. scilicet Thais: Chremes: & Laches: & aliae: quae satis in singulis scaenis notabuntur. In hac priore scaena inducitur Chaerea, & Thais qua occasione ad domum Thaidis Chaerea diuertat prius praemittitur, inquit Chaerea: Cum ego causa mutandi uestem ad hanc domum Clitiphonis uenirem: non intraui: quia pater & mater Antiphonis &c Egomet: scilicet dedi me. In pedes in Angiportum. Angiportum est aliquis uicus angustus: quasi angustus portantibus per quem aliquid portatur in urbem. Ego fugiebam infortunium illud: ne aliquis me agnosceret. Sed ecce in poenis decidi. Quia uideo taliter: & hoc est: sed est ne &c. Quid autem interest in ea re. quid nocet si me inueniat. Parum curo.

T. Adeamus· bone uir Dore salue· dic mihi,
†Aufugistin'? C. hera, factũ. T. satin' id tibi placet? *Prima aufugistin pertinet ad uersũ præcedentem*
C. Nõ. T. credin' te ĩpune abituꝝ? C. unã hãc noxiã,
Mitte· si aliam unq̃ admisero ullam, occidito.
T. Num meã sæuitiã ueritus es? C. non. T. q̃d agitur?
C. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
T. Quid feceras? C. paululum quiddam. *T. eho paulu- *als*. PY.
lum impudens? *Nisi legas paulum, uersus non constat*
An paululum hoc tibi esse uidetur, uirginem
Vitiare ciuem? C. conseruam esse credidi.
P. Conseruam? uix me contineo quin inuolem in
Capillum· monstrum, etiam ultro derisum aduenit.
T. Abi hinc insana. P. quid ita uero? debeam
Credo isti quidquam furcifero, si id fecerim:
Præsertim cum se seruum fateatur tuum?
T. Missa hæc faciamus. non te dignum Chærea
Fecisti nam si ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu dignus qui faceres tamen.

DONA

CBONE uir Dore.) Hoc totum figurate dicit, ut Meretrix, & subtiliter. Nã scit Chæreã esse quem alloquitur, nõ eunuchũ. Et hic magna occasio daĩ Meretrici adeũdi adolescẽs, q habitũ nõ mutauit: & adhuc quasi eunuchus, & seruus est. ℣ Bone uir Dore salue.) Maior obiurgatio est p hanc dissimulationẽ Thaidis aduersus Chæream, q̃ si illum id, qđ est, appellet. ℣ Hera, factũ.) Nõ potuit subtilius respõdere Chærea, q̃ accõmodare se interroganti. ℣ Satin' id tibi placet?) Hoc potest & nõ figurate dici, sed aperte.

Noxia

℣ Vnã hãc noxiam mitte.) Trisyllabo nomine noxiã dixit, quasi noxam.

Noxa

Alibi aliter, Dominam dixit extra noxã. ℣ Si aliam unquã admisero, occidito.) Verba seruorũ, qbus nihil horribile est post præsentes plagas. Et nõ, credito: sed, occidito: & non, alias dixit, quasi illa * dixerit adhuc irrisor es uti fugitiuus. ℣ Nũ meã sæuitiã ueritus es?) Vt fugeres. ℣ Hanc metui ne me criminaretur tibi.) Perfecte imitatus est uerba fugitiuorũ, quę apud dominos faciunt cõprehensi. ℣ Vitiare ciuem.) Bene intulit ciuem: ꝙ plus est q̃ uirginem uitiare. *αὔξησις* gradatim facta. ℣ Cõseruã esse cre.) Locus erat ut diceret. Seruam esse credidi: sed admirabiliter cõseruam dixit, & hoc ipsum, miserabiliter pronuntiandũ est: tanquã miserabiliter crediderit cõseruam esse quæ ciuis erat: atq; eam q̃si cõseruã uitiare debuerit. ℣ Conseruã?) Opportune stomachabaĩ Pythias facta mentione cõseruæ. ℣ Vix me cõtineo quin inuolem in capillum.) Minę

Inuolare in capillum

istæ pprie fœminarũ sunt, & in se, & ĩ alios unguibus sæuiẽtiũ. ut, Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis. Sed inuolem, ab auibus tractũ est: ut apud Virg. Prædam pedibus circumuolat uncis. Ergo hoc gestu, & dicto, & corporis motu est adiuuandũ. ℣ Inuolem in capillũ. Apparet more ueterũ intonsum esse. ℣ Etiã ultro derisum adue.) Mire nũc addidi accusationẽ, ꝙ nõ saltẽ fugeret. ℣ Debeã credo isti qdq̃ furci.) Subauditur Vero. aut *εἰρωνικῶς* pronuntiandũ est. Sane debere dicimur pœnas pro iniuria, ei cui iniuriam fecerimus: quas se nõ debiturã Chæreæ ut furcifero dicit Pythias, si illi cædẽ intulerit in seruili habitu cõstituto. Si id fecerim.) Si inuolauerim ĩ capillũ eius. ℣ Missa hęc faciamus. Hæc. s. iocularia, & futilia. ℣ Non te dignũ Chærea fecisti.) Artificiose meretrix ab eo qđ licuit, ad id quod oportuit transit: nec tractat qd sit legitimũ, sed qd honestum. Itaq; totam illã partem facti accusandi omittit: & ab accidentibus psonę adolescẽtis, obiurgat. scit. n. uno uerbo obstari posset, Licuit mihi in domo meretricia. s. ne uideatur irrationabilis audacia illa ingenui a Poeta inducta eẽ. Nõ te dignum. Dignum, pro digne. aut deest facinus: ut sit nõ te dignum facinus fecisti. Mira accusatio mixta laudi, & blandimento. ℣ Nã si ego digna sum.) Deest &, ut sit ordo Nã etsi maxime. Et bene additum est maxime, ut appareat ꝙ & si digna pati sit Meretrix: non tñ maxime digna pati Thais ẽ. ℣ At tu idignus q face. tñ.) Recte dixit q̃tuor enĩ sunt modi in huiusmodi rebus: ita ut aut uterq; dignus sit, aut uterq; idignus: aut alter dign°, alter ĩdignus: aut cõtra.

GVI.

CTHA. Adeamus illũ. i. eamus ad eunuchũ illũ. s. Chę, indutũ adhuc eunuchi ueste. o bone uir: p ironiã salue. dic mihi aufugistin. i. fuisti ne fugitiuus: tanquã si eẽt seruus eum alloqtur pp uestẽ, q̃ adhuc erat indutus. Chæ. o hera. i. dña factũ est sup. i. aufugi. Tha. satin. i. utrũ satis. i. ualde tibi placet aufugisse. s. Chæ. nõ placet. s. mihi. Tha. credin. i. credis tu hoc qđ sequtur. s. te abituꝝ impune. i. te euasurũ sine punitione. Chære. mitte. i. cognosce. dimitte hãc unã. i. hãc solam noxiã pro noxam. i. culpã si unquã admisero. i. cõmisero aliã noxam: occidito me. Tha. non ueritus es. i. nõ timuisti meã sęuitiã. Chæ. non ueritus sum. s. Tha. quid igitur ueritus es. s. Chæ. metui hanc ancillã. s. ne. i. qđ. criminaret me tibi. i. apud te. Th. quid feceras. Chæ. fecerã qddã. i. aliqd paululũ. Tha. eho: interiectio hic indignãtis. o impudẽs. i. inuerecunde. dicis sup. paululum te qddam fecisse. an hoc. s. uitiare. i. stuprare uirginẽ bonã ciuem appositiue dictũ. hoc inq̃ uidetur tibi esse paululũ. i. paruæ æstimationis, & parui criminis. Chæ. credidi eam esse cõseruam: & nõ ciuẽ. i. putaui eam esse seruam cũ Pythia & alus. Py. indignata est ancilla ꝙ dixerit se putasse eã esse conseruã: quasi paululum esse diceret ancillis meretricis uim afferre. dicis sup. te credidisse eã esse conseruã: uix contineo me. q. a. ꝙ nõ inuolẽ. i. insiliã uelociter more uolantis auis. de inuolo quando dicitur a uola uolæ satis supra dictum est. uix inquam contineo me quin inuolem. i. insiliam in capillum tuum. etiam monstrũ: idest q stuprat uirgines: cũ tamen se simulet eunuchum. contra naturam enim est ut eunuchus stuprum cõmittat. etiã monstrũ hoc aduenit derisum. i. ad deridendum. ultro. i. sponte, & p se. Tha. o insana. i. non considerata. abi: idest discede hinc. Py. uero: p ironiam dictũ est. qd ita abeã. i. discedã. credo. i. utrum credere debeo. quicquã. i. aliqd isti furcifero. i. isti improbo seruo digno: qui furcã circa uicinos ferat in collo ignominiæ causã. pſertim. i. pcipue cum fateatur se esse seruum tuũ. Tha. missa faciamus. i. omittamus hæc iocularia. s. & futilia. o Chęrea non fecisti dignum facinus. s. uel rem dignam te: in ablatiuo. i. non fecisti debitum tuum: siue magis non es functus officio tuo: uel non fecisti quod te decebat: aut tibi erat honestum. nam si. i. quamuis sum maxime digna hac contumelia: qa meretrix. s. at tñ tu es maxĩe indignus. q faceres. i. facere debes, aut debuisses.

SER

CADEAMVS: describitur hic moralitas meretricis & iuuenis: quia prius ridiculose cõuenisit: & dissimulat Thais se eum agnoscere· & quasi uerum eunuchũ alloquitur. Ille autem similiter ad modum ueri eunuchi se peccasse recognoscens suppliciter respondet: & hoc totum pertinet ad descriptionem iuuenilis: & meretriciæ consuetudinis: quia ita derisorie & iocose solent se aliqui iuuenes & meretrices alloqui. Num meam: scilicet credebas me esse sæuam? Credam isti, qui adeo fallax est: ꝙ fatetur se tuum seruum cum sit liber. Missa: dimissa iocosa locutione redit ad rem. At si ego, quia meretrix sum: sum digna quæ ita deludar. Attamen tu eras indignus &c.

CNeq;

Neq; aedepol quid nunc consilii capiam scio
De uirgine istac ita conturbasti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ita ut aequum fuerat, atq; ut studui, tradere:
Vt solidum pararem hoc mihi beneficium Chaerea.
C. At nunc dehinc spero aeternam inter nos gratiam
Fore Thais saepe ex huiusmodi re quapiam, & ex
Malo principio, magna familiaritas
Conflata est. quid si hoc quispiam uoluit deus?
T. Equidem pol in eam partem accipioq; & uolo.
C. Immo ita quaeso. unum hoc scito, contumeliae
Non me fecisse caussa, sed amoris. T. scio
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
Non adeo inhumano ingenio sum Chaerea,
Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam.
C. Te quoq; iam Thais, ita me Di bene ament, amo.
P. Tum pol tibi ab istoc hera cauendum intellego.
C. Non ausim. P. nihil tibi quidquam credo. T. desinas.
C. Ego me tuae commendo, & committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix sies,
Te mihi patronam *cupio Thais te obsecro, [illegible] ⁎ *is, capio*
Emoriar, si non hanc uxorem duxero.

DONA. ℂ N E q; aedepol quid nunc consilii capiam scio de uirgine istac.) Intelligit Thais amari uirginẽ ab hoc: & ideo sic ait, ut cõciliet nuptias: nã satis signi est, q; Eunuchi habitũ propter hãc sumpsit. Et unde quẽadmodum ad captionem nuptiarum res eant: quod tamẽ dicere non audet Thais: sed ostendit adolescenti coniecturis, quem tentat, sciens amantem uirginẽ: & uiã ostendit petendae sibi uxoris. ℙ Hoc mihi beneficium Chaerea.) Blande nomen repetitum est, Chaerea. ℙ At nũc de hic spe.) Nunc iã Chaerea uera ueris aequiparans, recedit a iocularibus. ℙ Saepe ex huiusmodi re, [illegible] Hoc est turbulẽta. ℙ Quapiam.) Quęcunq;, uel aliqua. ℙ Quid si hoc uoluit quispiã deus.) Pleraq; repentinis impulsionibus nata, mirisq; prouẽtibus, deo ascribi solẽt: ut Descendo, ac ducente deo flammã inter & hostes Expedior. Et, Hinc me digressum uestris deus appulit oris. Et Sallu. Vt tãta repente mutatio non sine deo uideretur. ℙ Quid si hoc quispiam uoluit deus? Vult amorem intelligi deum. ℙ Equidem pol in eam partem accipioq; & uolo.) Vt aeterna inter uos sit gratia: & ex malo principio compleatur magna familiaritas. ℙ Et uolo. Euenire subauditur & ἐσύλληψις. tertia. ℙ Immo ita quaeso.) Vtrũ meretricem, an deos quaeso? utrunq; enim accipi potest. ℙ Vnum hoc scito scio.) Vnde hoc sciat Thais, inepte quaeritur, tum ipsa res clamet nunquã hanc conditionem subiturum Chaeream, ut pro Eunucho etiã seruo, se fingeret, sine amoris impulsu. ℙ Nunc ignosco tibi.) Quod culpa non sit hominis, sed amoris. ℙ Non adeo inhumano ingenio sum.) Hoc est immitis non sum, quantum putas: ut, Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni. ℙ Neq; tam imperita.) Id est, non experta. ℙ Vt quid amor ualeat, nesciam. ℙ Non inhumana, quia homo: non imperita, quia meretrix. Et neq; tam imperita, inqt, quasi dicat, Neq; tam pudica sum, ut quid amor ualeat, nesciam. ℙ Te quoq; iam Thais.) Bene Quoq;: nõ enĩ iam hanc ita amat, ut negligat illã: sed hanc illius causa. ℙ Pol tibi ab isto hera: cau codum.) Facete, tanquã q soleat capillum & uestẽ eius conscindere, quã amauerit. ℙ Non ausim.) Pro, nõ audebo & est uerbũ binus temporis tantum. ℙ Non ausim. Vtrũ propter aetatem? an propter fratrem tuũ Phaedriam potius? ℙ Nihil tibi quicq̃.) παρέλκον quartũ. aut nihil, pro nõ. ℙ Desinas.) Pro eo quod est, desine. aut deest fac: ut sit, fac desinas. ℙ Ego me tuae commendo & cõmitto fidei.) Satis amatorie, ut appareat nunc maxime captum Chaeream, ac mancipatũ uirgini. Cõmendamus nos cognitis: Committimus ignotis. Ergo αὔξησις est maioris officii, fideiq; circa Thaidem. ℙ Te mihi patronam cupio.) Te adiectũ, uim habet, & ex animo supplicantis habitũ adolescentis ostendit. ℙ Emoriar, si non hanc uxorem duxero.) Vide amatorem adolescentulum, cui in ipso flore nihil dulcius uita est, ipsam despicere, si sibi uxor non datur.

Deus uoluit

Ausim

Desinas

Cõmendare

Cõmittere

GVI. ℂ N E q; aedepol: iurãtis est: scio qd cõsilii capiã nũc. i. quã deliberatiõnẽ sumã: siue qd ppositũ suscipiam de istac uirgine. ita. i. adeo. cõturbasti. i. pturbasti: iplicasti: ipedisti oẽs rõnes. i. oẽs uias reddẽdę eius: ut nun possim tradere. i. offerre eã suis parẽtib⁹. s. acppings ita. ut. i. sicut. fuerat aequũ. i. iustũ. atq; ut. i. quẽadmodũ. ego studui. i. laboraui tradere eã. s. ut pararẽ. i. cõciliarẽ: cõtraherẽ: acqrerẽ mihi hoc bñficiũ solidũ. i. itegrũ, & firmũ, ac stabile reddendo eã suis. Chę. at. i. sed. o Thais nũc spero grãm. i. bñuolentiã. fore. i. futurã esse aeternã. dehinc. i. amodo: posthac: in posterũ: i. futurũ: iter nos. sępe. i. plerũq; ex hmõi. i. ex tali. quapiã. i. aliq̃ re. s. turbulẽta. & ex malo pñcipio magna familiaris. i. consuetudo, & cõiunctio. societas ẽ cõflata. i. cõtracta: cõciliata parata: acqsita. qd diceres sup. si qspiã deus. s. cupido deus amoris uoluit hoc ita: idest fieri & instigauit ut fieret. Tha. eqdẽ. i. certe. pol: iurãtis ẽ. accipio. i. intelligo in eã partẽ. & uolo euenire sup. i eã ptẽ: in quã ut uidelicet ęterna iter nos sit grã: & ex malo pñcipio cõpleat magna familiaritas. Chę. Immo. i. sed. ita quęso. i. rogo te ut fiat. uel q̃so Deos ut id uelint. Scito h unũ me nõ fecisse cã contumelię, sed cã amoris. Tha. scio te fecisse cã amoris. & pol ppterea nũc magis ignosco tibi o Chę. nõ sum ingenio adeo inhumano. i. nõ sum natura adeo imiti, & insuaui, & q̃si ferina: utpote cũ sim hõ. neq; sum tã iperita. i. nõ expta. uel tã pudica, qa meretrix: ut nesciam qd amor ualeat. i. qd amor possit. q pfecto ad multa nefanda ipellit. Chę. o Tha. quoq;. i. et. iã te amo, ita Dii me bñ amẽt sicut. s. est uerũ te a me amari. & est affirmãdi ac iurãdi modus. quẽadmodum. Sic uiuat aĩa mea: & alia id genus. Py. o hera. i. dña. pol itelligo. i. cẽseo tibi cauẽdũ esse. i. puidẽdũ tibi ab illo. s. Chę. ne tibi quoq; uim afferat. Chae. nõ ausim. i. nõ audebo pp fratrẽ. s. Phae. q cã amat. & iõ dicit nõ amare Thaidẽ p libidine: sed pp eius benignitatẽ. & ẽt cã illius puellae, quã amat. Py. nihil. i. nõ credo tibi qcq̃. i. tuis uerbis fidẽ nõ hẽo. Tha. desinas. i. desine: hoc ẽ cessa loq. uel itelligẽ fac ut desinas. Chae. nũc ego te oro Thaidẽ: ut sis mihi adiutrix i hac re. s. ut ducam Pãphilã. ego cõmẽdo, & cõmitto. i. trado, credo me tuae fidei. i. fidelitati & ẽ auxesis. nã cõmendo & cõmitto hic pauꝶ distãt: nisi q cõmendamus nos cognitis: cõmittimus uero nos ignotis. o Thais. capio. i. eligo te patronam mihi. i. capio te aduocatã & mediatricẽ, seu ptectricẽ: ut & me cõmẽdes: & aduersus obsistẽtes me defendas quo possim potiri illa, quã amo. & obsecro. i. p sa⁻ra rogo: ut mihi adsis in hoc negocio. emoriar. i. mortẽ oppetã. & nihil plus signat q̃ primitiuũ. si non duxero hanc uxorẽ. s. Pãphilam.

Auxesis

SER. ℂ A T nunc dicis: quia totum per me cõturbatum est. At potius spero &c. Quid dicis modu si hoc quisquã. u. Deus in eam partem: ut tu ducas eã: quod Chęrea inuenerat. Tũ pol. Cum tam cõmode & humiliter loquatur: intelligo esse cauendum ab hoc tamen quamuis nos multum dedecorasti: si pater tuus uoluerit concedo.

T. Tamen si pater. C. ah, quid? uolet, certo scio
Ciuis modo hæc sit. T. paululum opperirier
Si uis iam frater ipse hic aderit uirginis.
Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit paruolam.
In cognoscendo tute ipse aderis Chærea.
C. Ego uero maneo. T. uisne interea, dum is uenit,
Domi operiamur, potius q̃ hic ante ostium?
C. Immo percupio. P. quam tu rem actura obsecro es?
T. Nam quid ita? P. rogitas? hunc tu in ædeis cogitas
Recipere posthac? T. cur non? P. crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo. T. ahu, tace obsecro.
P. Parum perspexisse eius uidere audaciam.
C. Non faciam Pythias. P. non pol credo Chærea,
Nisi si commissum non erit. C. quin Pythias
Tu me seruato. P. neq; pol seruandum tibi
Quidquam dare ausim, neq; te seruare. apagete.
T. * Adest optime ipse frater. C. perii hercle, obsecro
Abeamus intro Thais nolo me in uia
Cũ hac ueste uideat. T. q̃obrẽ tãdẽ? an q̃a pudet?

In Adest prior syllaba pertinet ad uersum præcedentem

DONA. ¶ TAMEN si pater.) ἔλλειψις, aut ἀποσιώπησις. secsida. ¶ Quid? ab uolet, certo scio.) Quid? deest dicat. sed ista oĩa ad cõfirmationẽ ualent. ¶ Ciuis modo hæc sit.) Mire hic in uotum cõuersum est, qđ timere potuit non ducturus uxorem. ¶ Paululum opperirier si uis, iam frater ipse hic aderit uirginis.) Adeo cito, ꝓbari põt. ¶ Ego uero maneo.) Modo uero, cõsentiẽtis est aduerbium: alias cõfirmãtis: alias cõiunctio: alias particula ironiam iuuãs: ut, Egregiã uero laudẽ, & spolia ampla refertis Tuq; puerq; tu⁹. ¶ Domi potius operiamur, q̃ hic añ ostium.) Nõ ignara illecebrarum meretrix, non solũ Chæreã retinet, uerũ ẽt uocat, ubi uirgo est. & satis callide iterrogat, an uelit: quasi nesciat uelle. ¶ Immo percupio.) Amatorie, nõ uolo, sed pcupio. ¶ Hũc tu in ædes.) Pronomẽ in his plus ualet, q̃ accusatio. ¶ Hunccu in ædes cogitas. Mire, cũ illã uelit, cogitas dixit, uolẽs ut recogitet. ¶ Cogitas in ædes recipere posthac? Per ancillæ uerba uult ostendere q̃ sit tractandoq; adolescentũ pita meretrix. ¶ Posthac.) Posthoc factũ: post hãc audaciã. ¶ Crede hoc meæ fi.) Puellariter dixit, meæ fidei. ¶ Dabit hic ali. pu.) Pro stupro. ut, At non in Venerẽ segnes, nocturnaq; bella, Vt, Verẽq; bella, & ingẽs facinus. ut Lucillius, Vicimus o socii, & magnam pugnauimus pugnã. Dabit aũt, ꝓprie ꝓ inducet: ut, Magnã dabit ille ruinã. ¶ Ahu tace obsecro.) Ahu interiectio est perturbatæ mulieris, ut apud Grẹcos ἰού. ¶ Parum ꝓspexisse uidere eius audaciã.) Parũ εἰρωνεία est. Et nõ sensisse, sed ꝓspexisse dixit: ut iam non sit experienda illius audacia, q̃ sit perfecte cognita. ¶ Nõ faciã Pythias.) Bene & moraliter appositũ, Pythias. ¶ Nõ pol credo Chærea, nisi si cõmissum nõ erit.) Ioculariter, ut ille, Pythias, dixit ita hæc Chærea. ¶ Quin Pythias.) Iterũ nomen uultuose est additum. Quin, ꝓ imo. ¶ Neq; pol seruandum tibi q̃cq̃ dare ausim.) Totum garrule & gesticulose: ut puellam cũ adulescentulo fabulari uideas. ¶ Adest optime ipse frater.) Optime, opportune. Et non est additum, cuius frater: utpote in re manifesta. ¶ Nolo me in uia cũ hac ueste uideat. ¶ Subtiliter adolescens, q̃ nihil ꝓfecerat dicendo, percupio: inuenit cãm qua tandem ingredi possit. ¶ Quãobrẽ tãdẽ?) Pro tñ. Interrogatio hæc increpationẽ cõtinet impudẽtissimi facti. ¶ An q̃a pudet?) Hæc interrogatio, irrisionis plena est in eũ quẽ nihil pudet.

GVI. ¶ THA. Tamen si pater non uolet sup. & est eclypsis, uel apostopesis facta per interruptionẽ a Chærea factam: qui uno uerbo tam cito intellexit qđ dicere uellet Thais, & illi obuiam iuit. Chæ. quid dicat sup. Ah interiectio gestientis in spem. certo scio quod sup. uolet. modo. i. dummodo hæc Pam. sit ciuis. Tha. si uis opperirier pro opperiri paragoge i. expectare. iam i. statim. ipse frater uirginis: scilicet Chremes aderit: idest præsto erit. hic iuit accersitum. i. adductum, siue uocatum nutricem quæ aluit illam uirginẽ paruulam. i. cum adhuc paruula foret. o Chẹrea tu te ipse: idest tutemet. aut te: aut ipse quantum ad significatum uocat. aderis: idest præsto eris: comparebis hic in cognoscẽdo: passiue potest capi: idest dũ cognoscetur a nutrice. uel si capiatur actiue sic intelligetur tute hic aderis in cognoscẽdo eã: scilicet. q. d. interea magis ac magis eam cognosces. Chẹ. uero: modo est consentientis aduerbium: interdum confirmãtis: quandoq; est coniunctio significans. sed interdũ iuuat ironiam. ut: Egregiam uero laudem: & spolia ampla refertis: Tuq;, puerq; tuus. Ego maneo: idest operior: ut uoluisti. Tha. ne: idest utrum uis q̃ supple opperiamur. i. expectemus ante fratrẽ domi potius, q̃ ante hostium. Interea: idest interim dum is frater s. uenit. Chẹ. Immo: idest quinimmo percupio: idest ualde cupio. illud. Py. obsecro hera: scilicet quã rem es actura: quæ sic in domũ Chæream uis deducere. Tha. quidnã. s. cur ita petis qđ sim actura. Py. rogitas. cogitas recipere hũc posthac: idest amodo. in ædes. i. in domum tuam. Thais. Cur non reciperem sup. Py. Crede hoc meẹ fidei: idest hẽas hanc mihi fidem. i. credulitatem. hic Chæ. dabit. i. inducet denuo. i. rursus. aliquã pugnã. i. aliquod stuprum Lucilius: Vicimus o socii, & magnã pugnauimus pugnã. Tha. ahu: interiectio perturbatæ mulieris. obsecro tace. Py. uidere. i. uideris iudicaris parũ perspexisse. i. parũ clare cognouisse. audaciã. i. temeritatem eius. s. Chæreæ. Chæ. Pythias nõ faciam quod dicis: scilicet Py. o Chærea pol iurantis est. non credo te nõ facturũ: nisi. i. ꝓterq̃ si non cõmissum erit tibi. i. si tibi non creditum erit. q. d. facies quod dico ꝓsertim si tibi fuerit cõmissa puella. Nã si nihil tibi creditum, aut commissum fuerit credo facile te nihil facturum: cum nõ erit tibi copia facta. Cõmittere enim interdum significat credere seu tradere fidei alicuius q̃cquã: ut hic. ubi cõmissum fuerit impsonaliter dictũ est: quasi ꝓ creditũ fuerit: nisi intelligit aliqd. & tũc cõmissum fuerit passiue capiet: qđ in idem recidit. Chærea. quin. i. quinimmo tu Pythias seruato. i. obseruato meam sim q̃cquã facturus. Py. pol. neq; ausim. i. non audeam dare tibi q̃cquam. i. aliqd. seruandũ i. custodiẽdũ. neq; ausim seruare te. i. custodiam tui gerere. Tha. apagete. i. discedite, ac cessate ab his uerbis. ipse frater uirginis s. Chremes adest i. ꝓsto est. optime. i. opportune. Chæ. hercle. i. per Herculẽ. perii. i. ꝑditus sum. O Thais obsecro abeamus intro. i. abscedamus intra domũ. nolo sup. q̃ uideat me in uia cum hac ueste eunuchali. Tha. tandẽ. i. q. d. paucis respõde: ut nunc sit ois dilationis finis. habet. n. tandẽ hic q̃ddã urgens tũdere & accelerans. quamobrem. i. quare non uis: ut te uideat: ut &c. an. i. utrum. ideo sup. quia te pudet. i. pudore afficeris & erubescis esse ita indutus.

SER. ¶ SCIO uolet: dummodo hẹc sit ciuis: hic potes uidere: q̃ ad hoc profuit eam inuentam fuisse ciuem. Nã quid ego certe eũ introducam. Nam quid. i. quare dicis uidere. i. uideris. nõ pol credo tibi si introeas nisi hoc sit: quod tibi non cõmittatur uirgo: quia quãdiu est tibi cõmissa male peregisti: & hoc est non pol credo tibi si intromissus fueris: nisi si pro nisi hoc sit: quod nõ erit commissum. s. q̃ nulla cõmissio fiat de uirgine: impersonaliter dictum est.

Vero

Dare

Lucilius

¶ Idipsum

DONA. Vero

¶ ID ipsum.) Hoc ueluti molesto uultu dicit: adeo ut imitetur dictum, uultumque eius Pythias. ¶ Virgo uero.) Vero εἰρωνικῶς: nam εἰρωνεία est: ut, Egregiã uero laudẽ. ¶ Virgo.) Quasi qui minime pudicitiæ statum, ac uerecũdiæ uirginalis, teneret. ¶ I præ, sequor.) Manifestũ ẽ enim Meretrix docta capiendorumque iuuenũ, præire uelit Chæream, & in consequẽdo ipsa sit tardior. uult. n. liberum sine arbitris esse puellæ colloquiũ, & licitũ amorem. Nisi forte putamus Terentium hæc sine cã fecisse, qui sit artificiosissimus Poeta. nã neque ipsa ingredi ẽ cũ Chærea, neque ingredi simul permittit Phędriã. ¶ Tu istic mane ut Chremẽ introducas.) Relicta ẽ Pythias ob multas causas & in primis ut possit per eam delusus Parmeno pauore suo senem compellere ingredi ad meretricem, & præsentem fieri ad confirmandas nuptias.

C. Id ipsum. P. idipsum, uirgo uero. T. I præ, sequor.
Tu istic mane, ut Chremem introducas, Pythias.

GVI. ¶ CHAE. Idipsum est sup. propter quod uolo ut me uideat: q. a. s. me pudet. Py. dicis sup. idipsum esse: quia te pudet. uirgo uero est sup. ironice capitur uero. q. d. scilicet uirgo est qui pudicitiam uirginalem: & seruat: & ueneratur: & ĩ hoc sensũ uirgo in masculino genere poni intelligitur: qꝫ si dicatur de puella sic intellige: dicis te nolle sic uideri: quia te pudet: scilicet uirgo est puella: quæ tibi credita fuit: per ironiam intelligendo: tanquam dicat: id male indicat te esse prudentem quod fecisti. Tha. Chærea supple. I præ idest præcede, sequar te. O Pythias tu mane istic, ut introducas. i. intromittas Chremem.

ACTVS QVINTI SCENA TERTIA.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

Senarii

P. QVID, quid uenire in mentẽ nũc possit mihi,
Quidnam? qui referam illi sacrilego gratiam,
Qui hunc supposuit nobis? C. moue uero ocyus
Te nutrix. S. moueo. C. uideo, sed nihil promoues.
P. Iamne ostendisti signa nutrici? C. omnia.
P. Amabo quid ait? cognoscitne? C. ac memoriter.
P. Bene ædepol narras: nam illi faueo uirgini.
Ite intro: iamdudum hera uos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video? uide ut ociosus sit, si dis placet.

DONA. QVid, qd uenire i mentẽ.) In hoc loco cogitãtis disputatio est apud seipsam Pythiæ quatenus Parmenonẽ dolo possit ulcisci. ¶ Quidnã:) Sic Cic. Sed eam rerum artificem, quem? quẽnã? recte admones. Polycletũ esse dicebãt. ¶ Qui referã.) Qui quomodo uel ut.

Subducere. Supponere. Vero. Promoueo. Memoriter. Si Dis placet.

¶ Qui hunc supposuit nobis?) Proprie supposuit. nam ut subduci dicuntur quæ nolumus amittere, ita supponi quę non desyderamus. Sic Plautus, Ei pro scorto supponetur hircus unctus nautea. ¶ Moue uero nutrix.) Vero, pro interiectione posuit stomachantis. ¶ Video: sed nihil promoues.) Hinc est illud Virgilianũ, Illa gradum celerans studio anilem. Scilicet non te celerabat, sed studio. ¶ Promoues.) Proficis. ¶ Amabo qd ait? cognoscit ne?) Exhibitũ spectatori est quid post scenam geratur, id est agnitio puellæ. ¶ Ac memoriter.) Plus intulit q̃ interrogabatur. nã magna sunt signa in quibus anilis memoria nõ errat. ¶ Ac memoriter. Responsionis breuitas attulit compendium perquirenti, ne plura interrogaret. ¶ Nam illi faueo uirgini.) Quasi dicat, illi faueo, nõ Chæreæ. & simul causa est cur illum ulcisci cupiat: q. a. s. multum illi fauet. ¶ Virum bonũ.) εἰρωνεία. ¶ Eccum Parmenonem incedere uideo.) Res odio dignior, nouitate. s. incessus. ¶ Vide ut ociosus sit.) Inuidet illi securitatem, quẽ solicitũ redditura est nõ enim ulla alia erit uindicta post, præter istam. ¶ Vide ut ociosus sit. Vultu dicit, & gestu eũ esse securũ. Et mire Poeta lętum describit, ut repente ostẽdat esse cõmotũ. ¶ Si dis placet.) Proprium est exclamantis propter indignitatẽ alicuius rei.

GVI. Q Vid quid uenire. In hoc loco est disputatio Pythię cogitantis apud seipsam. quatenus. i. quomodo Parmenonem dolo possit ulcisci. Py. quidnam: idest quid est. interrogatiue legendo quicquid: idest quod. quicquid enim significatione quod: & interdum capitur pro quod tantũ. quid est igitur quod possit uenire mihi in mentem. qui: idest quomodo. uel ut referam gratiam: idest rependam uices isti sacrilego: scilicet Parmenoni impio: nefario: seu improbo. qui supposuit. i. loco eunuchi latenter adhibuit: uel adduxit nobis hunc Chæream. Iuuenalis. Suppositus uenias, & falso nomine poscas. Subducuntur quæ uolumus admittere: ait Donatus. supponuntur autem quæ non desideramus. Non nulli codices habent qd bis possum: quasi sit repetitio ostẽdentis idignationẽ: & ulciscendi cupiditatem sic: Quid quid possit uenire mihi in mẽtẽ. Iterũ qdnam possit inquã uenire in mẽtem. q. s. ut referam gratiã isti sacrilego: qui supposuit nobis hunc Chæreã. Chre. nutrix. hic uero stomachãtis interiectio est moue te ocyus. i. mouendo te pge, & accelera citius. uult. n. Chr. eam uelocius ambulare: quod nõ potest fieri nisi se uelocius moueat. So. moueo me. s. exerceo corpus meum eundo q̃ maxime possum. Chre. uideo te. s. moueri: sed nihil ꝓmoues. i. proficis. Nã quãuis maximo studio te moueas: tñ non satisfacis meæ cupiditati: quod non est mirandum. Nam anus quamuis studio properent, re tñ accelerare nequeunt pp ætatem ingrauescentem. Promoueo aũt dr̃ q̃si ꝓcul te moueo. dicit ergo te moues: sed nõ procul te moues. Py. ne. i. utrum: iam oñdisti signa agnitionis uirginis nutrici fuæ. Chreme. ostendit sup. omnia signa. Py. amabo. i. rogo te per amorẽ blandientis est particula. qd ait nutrix. s. ne. i. utrum cognouit ea signa. s. Chr. ac. i. ẽt cognoscit ea: & qdem memoriter. q. d. ea signa firma adhuc anus memoria tenet. Py. ædepol. i. per ædem Pollucis. bene narras. i. prospere refers talia. nam faueo illi uirgini. ite intro. i. in domũ iamdudum. i. iam ex multo ante tẽpore. hera. i. domina expectat uos domi. Eccum. i. ecce hic uideo Parmenonem uirum bonũ: per ironiam & appositiue dictum incedere huc. i. uenire huc uiden. i. uides ne. ut. i. qualiter. sit ociosus: idest securus, sine solicitudine, & cura: si Diis placeat.

SER. Q Vicquid &c. Inducitur Chremes frater uirginis adducens Sophronam: per quam recognoscatur esse eius: quod multũ ualet ad pacationem faciendam: scilicet ut eunuchus uirginem possit habere: quæ cognitio per nutricẽ: ideo fuit dilata in quintum actum: quia maximam partem & fere totam mitigationem faciet. uerum qꝫ non poterat hoc fieri sine Lache patre Chæreæ: occasio reppentur: qua inducitur. Inducitur autem per Parmenonem: qui erat cõscius rei. Ob hoc Pythias inducitur sola: ut qualiter absterreat Parmenonẽ machinet: quo terrore concussus inducet Lachẽ: & ꝓpterea ideo remanet: ut Chremetẽ itroducat ad Tha. Ecce machinatio quã cogitat de Par. Quid? qd nunc pos. u. in m. s. quã fallaciam & uindictã possem inuenire cõtra illũ pessimum.

DONA. Spo me habere. Modo meo

¶ SPERO me habere.) Pro habituram. aut spero pro credo more suo. ¶ Meo modo.) Id est, ut uolo. ¶ Ibo intro de cognitione ut certum sciã.) Eleganter defatigare Parmenonem non necessariũ putat, sed ex occasione. Nã post eum dicit se ire intro: exitura aũt, ut ipsum in timorẽ coniciat.

GVI. ¶ SPERO i. credo, uel confido me habere. i. scire, ac cognoscere. Cic. ad Lentulum: Habes de Vatinio: cognosce de Crasso. i. scis cognoscis. uel habere. i. habituram & tricturã. qui. i. q̃Ꝺ garõne. excruciẽ. i. affligã: afficiã hũc Parmenonem. meo more. i. meo modo, & ad uotum meũ ibo intro. i. intra domũ ut certũ sciã de cognitione. i. de agnitiõe puellæ a nutri. e. post. i. postea, seu deinde. exibo. i. egrediar, atq; perterrebo hunc sacrilegum. i. adest impium: scilicet Parmenonem, & nefarium.

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo,
Ibo intro, de cognitione ut certum sciam.
Post exibo, atq; hunc perterrebo sacrilegum.

¶ QVI i. q̃ro refe. hunc Chæream, moues crolando te: sed non promoues ambulando.

SRE.

ACTVS V. SCENA IIII.

PARMENO. PYTHIAS.

PA. REVISO quidnam Chærea hic rerum gerat. *S narii*
Quod si astu rem tractauit, Dii uostram fidem
Quantam, & q̃ ueram laudem capiet Parmeno.
Nam ut omittam, q̃ ei amorem difficillimum, &
Carissimum ab meretrice auara uirginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio. tum hoc alterum
Id uero est quod mihi puto palmarium,
Me reperisse, quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia, & mores posset noscere:
Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil uidetur mundius,
Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans.

DONA. Astu Cõficio

REVISO quidnã Chærea, & cæte. astu.) P. o astute. modo aduerbium ẽ: aliã nomẽ. ut, Iã i astu uenit. ¶ Dii uo. fi.) Mõ nõ inuocãtis est, sed admirãtis. & est figura ἐπιμονὴ per ἐκφώνησιν facta. ¶ Nã ut omi. q̃ ei amo. dif. & caris. Cũ dicere deberet, q̃ ei amorẽ & difficillimũ & carissimũ confeci: primo quasi oblitus dicti superioris, transit ad uirginem. deinde addit causam ex abundanti. q̃ si dixisset, amorẽ cõfeci: posset intelligi cõfeci, expediui, pfeci. At uero uirginẽ confeci, qd intelligemus, nisi hoc unum, q̃ insultat Parmeno cõfectam uirginẽ. q. d. supatã atq; deuictã? Nam pprie hoc uerbũ cõuenit gladiatoribus iis, qui grauissimis uulneribus occubuerũt. Sic Cic. in Cati. Gladiatori illi confecto & saucio. Cõuenit ergo seruilibus uerbis, & uelut iocose, uerniliterq; iactari rẽ cõfectã eẽ i puella uirgine, & nõ exhiberẽ Chereę dãnũ, uel negociũ. ¶ A me. aua. uir. quã a.) ἐπουσία σωπησις feda. ¶ Difficillimũ, q̃a uirginẽ quã amabat. Carissimũ, q̃a a meretrice auara. ¶ Id uero ẽ.) Vero, nisi oratiuũ eẽt, nihil significaret. ¶ Palmariũ.) Palma dignum. ¶ Meretricũ in.) Optie, nõ meretricis dixit, sed poti᷒ meretricũ. ¶ Mature.) Cito & añ tps. ¶ Vt cũ cog.) Suauiter, nõ nouerit, sed cognouerit dixit qd' est plenę pspicatiæ. ¶ Mature ut cum cognorit.) Bene addidit mature. Fere enim cito cognouisse obfuit: sed id ad illecebram fuit, quod * cognitus est cito ¶ Quæ dum foris sunt.) Apud amantes scilicet. ¶ Nihil uidetur mundius.) Bene uidetur: nõ eni sunt. ¶ Nec ma cõpo. quic.) Bona uarietas. nam nec oĩa per Magis aduerbiũ pfert: nec oĩa p cõparatiuũ gradũ. ¶ Nec ma. ele.) More suo, ne diceret cõpositius, aut elegãtius: ut supra, Hoc nemo fuit minus ieptus, magis seuerus.

Veto Palmarium Mature Cognoscere

GVI. O Dii ipso to sup. uestrã fidẽ. i. uestrã opẽ: ac uestrũ auxiliũ. quãtã laudẽ. i. quãtũ magnã. & q̃. i. quãtũ uerã. i. nõ sine cã Parmeno capiet: loqtur in tertia psona de seipso. Nã, ut omittã. i. qd' dr: excepto eo qd' furti pui. i. subtraxi furtim ei. s. Chęreæ hoc est ad ei᷒ uoluptatẽ. a meretrice auara. i. habẽdi cupida. amorẽ difficillimum. i. admodum difficile: ut Chæ. suo nutu illo potiret. & carissimũ. i. quo si uoluisset potiri maximũ, meretrici erat p̃tiũ dãdũ. Confeci. i. supaui: uel deuici eã uirginẽ quã amabat: ut potiret eã sup. sine molestia. Proprie hoc uerbũ cõficio cõuenit gladiatoribus: q̃ grauissimis cõfectũ, & saucii uulnerib᷒ occubuerũt. Inde cõfectores ferarũ, q feras sauciãdo trucidãt. Põt ẽt sic itelligi textus. Cõfeci. i. pfeci: expediui, ut Chę. potiret. i. cũ desiderio uteret eã uirginẽ quã amabat. Potior. n. interdũ iungit actõ Albi. Patria potitur cõmoda. sæpius tñ aut gtõ igit: aut ablatiuo. Vel sic intellige: quã uirginẽ Chæ. amabat cõfeci. i. deuici eã: ut ipe potiret eã sine molestia. i. ipedimẽto, ac tædio, seu fastidio. sine sumptu. i. impẽsa. sine dispendio. i. dãno, ac detrimẽto. Aliq nõ hñt ut potiret: & tunc sic astruit lra: Cõfeci. i. deuici. supaui sine molestia. sine sumptu. & sine dispendio eam uirginẽ quã amabat. Tũ. i. deinde. hoc alterũ. i. hæc altera res a me inuenta. uero. i. certe. ẽ id qd ego puto me reppisse palmariũ mihi. i. palma dignũ. i. uictoria, seu laude ac p̃mia uictoriæ uidelicet q̃modo. i. q̃ uia adolescẽtulus posset noscere. mature. i. cito: & ante tps. ingenia. i. naturas & mores. i. modos faciẽdi meretricũ. ut cũ cognorit. i. cognouerit ingenia earum: & mores. oderit. i. odio prosequatur. ppetuo. i. omni tpe earum ingenia & mores. Quæ meretrices. dum. i. qñ sunt foris apud amantes. nihil uidetur mundius. i. lautius: delicatuis: cũ tñ nõ sint nec quicq̃. i. aliquod. nr̃ magis cõpositũ. i. ornatum. nec magis elegans. i. uenustum: aptum appositũ seu accomodatũ & quod uulgo dicitur magis pprium. quæ meretrices cũ. i. qñ cœnant cum amatore suo.

GVI.

REuiso &cæ. Hic Parmeno Py. suis maledictis magis irritat: quã tñ non sentit adesse: neq; maledicta audire. Par. Reuiso. i. redeo ad uidẽdũ. q̃dnã rerũ. i. quas res Chærea agat. hic. i. apud Thaidem qui. s. Chærea si tractauit. i. gessit: agi᷒ auit: deduxit. rem. i. negociũ. astu. i. astute: caute. hic est aduerbiũ: alias aũt est nomẽ ut Iam in Astu uenit. Et, ut inqt Tortellius, ẽ nomen grecũ. significatq; apud poetas astutiã: cuius origo, ut ait Fest. ex græco uocabulo Astu deducit: qd' oppidũ seu urbẽ indicat: in qua q cõuersati assidue sunt: cauti, atq; astuti esse uidebant. Dii uestrã fidẽ: hic nõ inuocantis est. sed admirantis: quẽadmodũ cũ dr̃ admirãdo. Vir ille quãta Dii boni cũ suauitate locutus ẽ: ubi nos diceremus: Quanta bone Deus cum uetustate est locutus. Vel cũ est inuocantis sic

Astus

SER. REuiso. Inducit Parmeno, ut decipiatur: & absterreat a Pythia. uere maximã laudẽ capiam. Nã ut omittam mõ qd' ei Chæreæ cõfeci. i. perpetraui amorẽ suũ a meretrice auara. s. uirginẽ quã amabat. eam dico confeci sine molestia. i. sine periculo: sine sumptu: sine dispendio. i. sine mora: uel sine sumptu in aliis: sine dispendio in donis aliis. Tum. i. pter illud est hoc aliud: & id alterũ uero est tale. Qui mihi puto palmarium. i. premiũ qd' recipiã i palmã, & gloriã: & qd sit illud supponit. s. me repisse artem: q̃o adulescentulus meretricũ &c.

¶ QVAE

DONA. Liguriũt

¶QVAE cũ amatore ſuo cũ cœnãt.) Vnũ Cõ, ꝓpoſitio ẽ, alter᷑ cõiunctio. & dr̃ hæc figura λεναΤότης. ¶ Ligurunt.) ἀπὸ τοῦ λιγυρου, qđ ſm̃ Graecos ſuaue intelligit. Ligurire dr̃, q eleganter, & more ſenũ multo faſtidio ſuauiora queq; deguſtat. ¶ Harũ ui.inglu.) Ordo erat, harũ uidere igluuiẽ, ſordes, inopiã, q̃ inhoneſtę ſolę ſint domi. i. cũ ſolę ſint, ut in honeſtę atq; auidę cibi'' q̃ cũ foris ſunt, cœnãt. ſ. ¶ Quo pa. ex iu.) Ex ꝓ cõpoſitũ ẽ, aut deeſt madidũ, aut macerãtũ, aut emollitũ. nã apparet & ſordidũ eſſe, & quaſi atrũ duriſq; panẽ, q ex iure heſterno ſit comedẽd''. Cui cõtrariũ Sallu. poſuit de delitiis multũ loq̃ns. Panes. n. in dies mercari, inq̃t. ¶ Ex iu. he. pa. a. uo.) Hoc ẽ, ut qdã uolunt, ex antiquitate muſcidum. q. d. panem mucidũ heſterno iure, accipientes deglutiũt. ¶ Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus, ulciſcar.) Miro artificio Poetæ, & ab initio non placat Pythias, nec in gratiã redit Chereæ. Et inſuper, nſic mire a Parmenone irritat magis: ut p eã Parmeno terreat, & per Parmenonem ingredi ad Thaidẽ cogat ſenex: & demum per ſenem nuptiæ cõfirment. Hæc ergo artificibus & eruditis: cætera ſpectatoribus Poeta exhibet.

Ex

Panis atrum

GVI. Liguriũt

¶LIGVRIVNT. i. ſuauiora cũ faſtidio deguſtãt. Ligurire. n. dr̃ a uerbo græco λιγυρειν: qđ ſignificat ſuaue. Ligurire. n. fert ille, q elegãter & moroſe cũq; multo faſtidio ſuauiora quæq; deguſtat. Nonius ẽt dicit ligurire eſſe deguſtare. inde abligurire. i. auide multa cõſumere. ide ligurriones, qui ligurĩẽtes: & ſuauiſſima edulia ac pocula deguſtantes: eaq; undiq; ſibi cõquirẽtes: patrimonio ſua cõſumpſerunt. Salus. i. ſalutare ẽ, & utile. ſiue ſalus. i. utilitas maxime: qualis ſalus eſt adoleſcẽtulis. uidere igluuiẽ. i. uentris ſeu gulæ uoracitatẽ. & uidere inquã ſordes. i. ui auaritiã. (Nã ſordid'' dicit̃ auarus) uel ſqualorẽ: quo ſunt obſitę apud ſe. ſalus ẽ inq̃ uidere inopiã. i. extremã paupertatẽ harũ meretricũ. & ſalus eſt inq̃ adoleſcẽtulis noſſe. i. cognoſcere. hęc oĩa uidelicet. q̃. i. quãtum. ſint inhoneſtæ. i. turpes. ſolæ. i. cũ ſolæ ſint domi apud ſe. ſ. atq; quantum ſint auidæ cibi. i. uoraces. & quo pacto. i. q̃o uorent. i. deglutiãt. panẽ atrũ. i. ueruſtate mucidũ. madidũ ſup. macetatum uel mollitũ ex iure. i. ſucco pulpamẽtarũ. qđ brodium uulgo dicũt. heſterno. i. pridiano. i. ꝓcedẽtis diei. Py. o ſcelus. i. ſceleſte & ſceleribus plene. pol. iurãtis eſt. ego ulciſcar. i. puniã te ꝓ iſtis. i. tuis dictis, q̃ pauloante ꝓtuliſti in nos. & ꝓ factis q̃ exercuiſti i puellã. ut ne. i. ut nõ illuſeris in nos. i. inuectus fueris i nos. ĩpune. i. ſine pœna. Dicim'' aũt illudo tibi cũ dtõ illudo te cũ actõ: & illudo in te q̃ſi inuehor in te.

Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, ligurriunt.
Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quam inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi:
Quo pacto ex iure heſterno panem atrũ uorent:
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.
PY. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Vlciſcar: ut ne impune in nos illuſeris.

SER.

¶LIGVRIVNT. i. delicanter comedũt. has immunditias meretricum. potuit uidiſſe Chærea: q eũ uerum eunuchum eũ eſſe putarent: nihil in conſpectu cælauerunt eius. ergo minatur ei: quia totum audiuerat.

ACTVS QVINTI SCENA V.

PYTHIAS. PARMENO.

DONA. Proh fidem

PRoh fidẽ deũ.) Vim magnã oſtẽdit, deorum implorans fidem: quaſi in hoc negocio nihil poſſit humanũ conſilium. ¶ Proh fidẽ deũ. Simulat i pturbatione ſui Parmenonẽ, terret Pythias. ¶ Proh fidẽ deũ. Hæc ſingula pronuntiãda ſunt pauido & attonito uultu. ¶ Fœdum.) Crudele. Salluſtius. Fœdi oculi. ¶ O infelicem adoleſcentulũ.) Plus eſt miſeriam adoleſcẽtis dicere Pythiã q̃ iraſci ei. ¶ O ſceleſtũ Parmenonem.) Vt uerba ſunt, perit profecto miſer adoleſcens, cum in eodẽ peccato iraſcitur Parmenoni Pythias, non Chæreæ. ¶ Miſeret me.) Hęc oĩa quaſi ſecum loq̃tur: & fingit ſe neſcire q̃ aſſiſtat Parmeno. ¶ Quæ futura exempla dicunt in eum indigna?) Graues pœnæ quæ poſſunt cæteris documeoto eſſe, exempla dicũtur. ¶ In eum indigna. Modo pet indigna, fœda, crudeliaq; ſignificat. ut Virg. Atq; illi Miſenum in littore ſicco, Vt uenere, uident indigna morte peremptum. ¶ Quæ illic turba eſt?) Quæ loquitur. Aut quam oſtentat ex uultu ac dictis. Sed apparet, uultum Pythiæ turbam dicere: ut in Andria, Sed quid Pamphilum exanimatum uideo? Vereor qd ſiet operæ ut ſciam nunquidnam hæc turba triſtitiæ adferat. ¶ Rogitas audaciſſime?) Totum hoc terribile eſt in geſtu ac uultu Pythiæ, & nimis uſitatum & fœmineum.

Fœdum

Exẽplũ Indignũ

Turba

PY. PROH fidem deum, facinus fœdum, o infelicem adoleſcentulum,

Trochaici catalectici

O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit.
PA. quid eſt?
PY. Miſeret me: itaq; ut ne uiderem, miſera huc effugi foras.
Quæ futura exempla dicunt in eum indigna! PA. o Iuppiter
Quæ illæc turba eſt? nũnam ego perii? adibo. qd iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? PY. rogitas audaciſſime?

o: exclamantis eſt pticula hic. adoleſcentulũ. ſ. Chæ. infelicẽ. i. miſerũ, & afflictũ. fingit. n. eũ grauit apd Thaidẽ mulctari. o Par. ſceleſtũ. i. ſceleroſum q adduxit iſtum adoleſcẽtulum huc: ut tã grauit puniret. Par. quid eſt. Py. hęc Py. ſecum dixit fingẽs ſe neſcire q̃ Parmeno aſſiſtat. me miſeret. i. miſereor eius Chæ. & ꝓ nimia crudelitate cõmor i mea uiſcera ſunt. itaq; i. ideo ego miſera: afflicta uidendo talia. effugi. i. elapſa ſum huc: ſeu aufugi foras huc. ut ne. i. non uiderẽ. id. i. tale ſuppliciũ Chę. Deinde Py. exclamat inquiens. quæ exempla indigna. i. fœda: crudelia & horrenda Th. Chremes & ancillę dicũt eſſe futura. i. facienda in eũ Chæreã. i. erga eũ: ut cæteris ſi documẽto: ne qd tale attenteot: ubi futura a fio potius manat, q̃ a ſum: ut ſæpe fit: quod ut credam adducor ex eo qđ ſeq̃tur quid ais: in quẽ exempla fient. poſſet legi ẽt ſine exclamatiõe: aufugi ne uiderẽ id. ſ. q̃ exẽpla indigna dicunt futura ĩ eũ. Vel ſic: ne uiderẽ indigna exẽpla q̃ dicunt eſſe futura in eũ Chæreã Par. O Iupiter: talis exclamatio eſt qualẽ facimus cum turbati recurrimus ad Deũ dicẽtes o Deus. q̃ i. qualis illęc pro illa. cõpoſitũ aũt eſt ex illa & hæc q̃ ergo illæc turba. i. turbatio eſt, & commotio. nũnã i. nunqdnam. eſt parelcon ſiue ſyllabica adiectio. Ego pe. i. pditus ſum: occidi: q illius rei fuerim auctor adibo. o Pythias qd iſtud eſt ſup. qd ais? in quẽ. i. erga quẽ: uel in quo exẽpla nõ qdẽ imitanda: ſed fugienda fient. i. efficientur: ut cæteri ſint ad iniuriam tardiores. Py. o audaciſſime. i. plene temeritatis & cõfidentiæ. rogitas. i. inquiris: in quem fient exempla.

GVI.

PRo. Deũ. Hic Py. ſimulata pturbatiõe ſui Par. terret: atq; ĩ pricipio uĩ magnã oñdit. Deo᷑ implorãs fidẽ: q̃ſi i hoc negocio nihil ꝓ ſit humanũ cõſiliũ. Py. Proh. iraſcẽtis exclamatio ẽ: & teſtantis ſeu inuocantis fidẽ. i. opẽ & auxilium Deo᷑. ĩploro ſup. uel inuoco fidem. i. opẽ Deum. i. Deorũ. O facinus. i. flagitiũ, ſeu factũ. fœdũ. i. crudele. Sallu. fœdi oculi. i. crudeles.

SER.

PRoh Deum. Prorumpit in clamorẽ fugiens: q̃ ſi Chæ. intus eunuchizaret. Exẽpla ne alii adoleſcentuli talia amplius aggrediantur.

DONA. ℭPERDIdisti istum quē adduxisti, &c. Artificiose non accusat qd peccauerit aduersus Thaidē, q̄si ex poena adolescentis plus doleat, q̄ irascaᷣ Parmenoni ⁋ Dū studes dare uerba nobis.) Bene, studes dare: neq. n. dedisti. ⁋ Quid ita?) Deest dicis: ut sit, qd ita dicis? ⁋ Scis eā hinc ciuē esse.) Eam, abundat: quēadmodū supra, Quā amabat uirginē, eā cōfeci sine molestia.

Quid ita?

⁋ Et fratrē ei⁹ eē apprime nobilē.) Hæc ad terrorē, & gratiā aucta sunt. Nā prio, uirginē posuit, post ciuē, ad ultimū nobilis sororem. ⁋ Nescio.) Pertubat Parmēo: nec negare potuit, nec consentire uolebat: sed q̄si defensionis loco dixit, Nescio. ⁋ Atq sic inuenta est.) Facile est ut credat, q dicit, Nescio. Ergo Pythias non laborat, ut suadeat ciuem eē. ⁋ Atq sic inuenta est. Magnū horrorē incutit audienti. non accusando, sed miserādo Chæream. ⁋ Frater uiolētissimus.) Hoc inuentū ē, quod daretur ad nobilē

Perdidisti istum, quem adduxti pro eunucho adolescentulum,
Dū studes dare uerba nobis. PA. qd ita? aut qd factū est? cedo.
PY. Dicam uirginē istam, Thaidi hodie quæ dono data est,
Scis eam hinc ciuem esse, & eius fratrem adprime nobilem?
PA. Nescio. PY. atqui sic inuenta est eam iste uitiauit miser.
Ille ubi id resciuit factum frater uiolentissimus,
PA. Quid nam fecit? PY. colligauit primum eum miseris modis.
PA. *hem, *Hem extra metrum est*
Colligauit? PY. atq; equidem orante ut ne id faceret, Thaide.
PA. Quid ais? PY. nūc †minatᷣ porro sese id, qd moechis solet: *a's minitatur*
Quod ego nunq̄ uidi fieri, neq; uelim. PA. qua audacia
Tm̄ facinus audet? PY. Quid ita tm̄? PA. an nō hoc maximū ē?
Quis homo pro moecho unq̄ uidit in domo meretricia
Deprehendi quēq̄? PY. nescio. PA. at ne hoc nesciatis, Pythias,
Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filiū. PY. hem,
Obsecro an is est? PA. ne quam in illum Thais uim fieri sinat.
Atq; adeo autem cur non egomet intro eo? PY. uide Parmeno
Quid agas, ne neq; illi prosis, & tu pereas. nam hoc putant,
Quidqoid factū est, ex te esse ortum. PA. qd igitᷣ faciam miser?
Quidue incipiam? ecce autem uideo rure redeuntem senem.

⁋ Colligauit primo eū.) Mira tarditas, ad torquendū Parmenonē: simul ēt relictus ad succurrēdū locus. ⁋ Atq; equidē orante ut ne id faceret, Thaide.) Adeo uiolētissimus. & recte hoc additū, ne speret auxiliū a Thaide. ⁋ Nunc minatur.) Minatur, ut succurri possit ei qui nō sit passus. ⁋ Minatur porro sese.) Deest facturū. ⁋ Quod moechis solet.) Deest fieri ⁋ Quid ita tantū?) Nimis callide Pythias hunc dicit uiolentū & tm̄ iniustum, audacemq; dici noo patitur, sed defendit, ut magis terreat Parmenonem. Quis homo pro moecho unquā.) Causa finalis, uirginē ciuem apud meretricē uitiauit: mercedem offert: petitur ad suppliciū. ⁋ Nescio.) Quā astute dixit. nescio: ne laborās ad cōtradicendū, amitteret fidem simplicis personæ, ac uera dicentis. uult enim magis nuntii officio fungi, q̄ psuadentis. ⁋ Dico, edico.) *αὔξησις*, ut supra, Vbi quærā, ubi inuestigē? ⁋ Dico. Tibi Pythias. ⁋ Edico. Omnibus tuis. Ergo ad uniuersos utrunq; refertur, & dico & edico. ⁋ Obsecro an is est?) Insultantis: ut in Phormione, Hicine eras? nam sciebat eum esse. ⁋ Ne quā in illum Thais uim fieri sinat.) Quam bene prouidet Pythias. ⁋ Atq; adeo autem cur non egomet intro eo? Pythias, Vide Parmeno, quid agas, ne neq; illi profis, & tu pereas. Totum hoc ad id addidit, ut senex intromittatur ad confirmandas nuptias: sed Poeta hoc agit, personæ nesciunt. ⁋ Quidue incipiā?) Facimus mediocria, incipimus ingētia ⁋ Ecce aūt uideo rure redeuntē senem.) Choragii est administratio, ut opportune in proscenium.

Dico Edico

Facio Incipio

GVI. ℭPERDIdisti.i. destruxisti: pnitiosus illi fuisti. pdidisti ergo istū adolescētulū. s. Chę. quē adduxti.i. adduxisti. p eunucho i. loco eunuchi dū.i. qn̄. studes.i. das operā: laboras: conaris dare uerba nobis.i. decipere nos Parm. quid.i. cur ita dicis sup. aut cedo i. dic. qd factū est de Chærea. Py. dicam qd factum s. Sin.i. scis ne eam uirginem: quę hodie data est dono Thaidi esse ciuem hinc.i. ex hoc loco: hoc est ex Athenis. & scis fratrem eius. s. Chremē esse apprime.i. ualde nobilem? Par. nescio. Py. atqui.i. sed certe. inuenta est.i. cōperta est. sic.i. ciuis esse hinc. iste miser. s. Chærea. uitiauit.i. stuprauit eam. ille frater uiolentissimus.i. impetuosissimus: siue turbulentissimu. ubi.i. qn̄ resciuit.i. tanquam inopinatum cognouit. Par deinde interrupit sermonē petens. Par. quidnam.i. quid fecit ille frater. & hoc petit ut accelleret ancillam: q longiora narrat. Py. primum.i. in primis colligauit eū. s. Chæ. miseris nodis. Pat. colligauit? indignando & exclamando præ timore & ira repetiuit idē uerbū a Py. platū. Py. atq; equidem fecit id. s. colligauit eū Tha. orante.i. quamuis Thais oraret. ut ne.i. ut nō faceret id.i. colligaret eum. Pa qd agis extupentis est. Py. nunc minitatᷣ.i. minatur sese facturū porro.i. postea: id qd̄ solet fieri supple moechis.i. stupratoribus aut adulteris. ut forte qd̄ abscindet illi uirilia uᷣ alia id genus efficiet. qd̄ .s. illud qd̄ fieri solet moechis. ego Py. nū q̄ uidi fieri neq; uelim .i. neq; uellē uidisse fieri uᷣ neq; uelim fieri. Chæ. Pat. qua audacia Chremes. audet.i. audenter admittit. tm̄ facinus.i. tam enorme factum. Py. Quid.i. cur dicis sup. ita tm̄ facinus ipsum audere. Pa. an.i. utrum hoc facinus non uidetur tibi maximum: quis homo uidit unquam quēquam: idest aliquem. deprehendi.i. opprimi & comprehendi in domo meretricia. pro moecho.i. pro stupratore & adultero. Py. Nescio. Par. at.i. sed. o Py. ne.i. ut non sciatis.i. ut non ignoretis. dico: idest assero uobis. edico.i. significo: seu notum facio uobis. illum Chære. esse nostrum filium herilem: idest filium heri idest domini nostri puta Lachis senis. Py. hem: ind gnantis & dolentis. obsecro an: idest utrum estis: qui filius herilis est. Par. Ne quam: idest non aliquam uim: idest uiolentiam. Thais sinat: idest permittat fieri in eum. ubi ne potest capi ut sit aduerbium prohibentis: uel potest capi prout non: & iungi cum præcedenti sermone Parmenonis: sic dico illum esse herilem filium: ut Thais non sinat aliquam uim fieri in eum: atque adeo: idest certe. cur egomet non eo intro defensurus: scilicet eum. Py. o Parmeno uide: idest aspice: considera. quid agas: idest agendum suscipias uidelicet. uide ne: idest ut pro q. neque: idest & non prosis illi Chæreæ & tu pereas: idest occideris. nam putant scilicet Chremes cum Thaide: & alii quicquid factum est. esse ortum: idest produsse profectum esse. a te.i. a tua techna & arte. Par. igitur ego miser perplexus & anxius quid faciam: idest moliar. uel quid incipiam.i. in ribo faciendum. perficimus mediocria. incipimus ingentia. Aūt.i. sed. ecce.i. i cōspectu adest: tāquā repentinus sit eius reditus: & inopinatus uideo senem.i. patrē Chæ. Lachem redeuntē rure.i. ex agro. ubi rure aduerbiascere: uel melius p aduerbio de loco pōi cōstat. Deliberat an debeat illi dicerᷣ an nō. ℭILLE frater.i. Ch. ubi i. postq. Qd̄ moechis solet. s. eunuchizare. an ne illā ne scitis. At hoc qd̄ dicā ne nesciatis.i. ignoretis Dico uobis & edico: refer singula singulis. Dico qdē nostrū eē herilē filiū: & hoc edico ne quā i illū ui Thais fieri sinat. uide remouet eū Py. ne introeat. si. n. intraret, nō adduceret Lachē pp quē adducēdū opportūa fuit fallacia.

Resci

SER

ℭDicam

DONA. ¶ DICAM huic, an nõ.) Hoc nõ esset uerisimile, nisi dubitasset. Quid.n.ad Chæreã ptinet, dubitat. ¶ Scio paratum, sed necesse est.) Hæc cã dubitãdi fuit, q hinc Parmenonis, illinc adolescẽtis periculũ cernit. ¶ Sapis.) Sapis dicit, non uidens qd futurũ sit: sed tantũ derisisse cõtenta. ¶ Sed necesse est me huic.) Dicere, subaudiẽdũ est, ut sit. Sed necesse ẽ dicere. & ἀσυνάρτως inferẽdũ est qd sequit. Deest enim Propterea, uel qd tale.

GVI. ¶ DICAM huic fortasse nõ dicã. s. deinde eligit se dicturũ. Hercle. i. per Herculem ego dicã. & si. i. quãtũ scio magnũ malũ mihi paratũ: sed necesse est dicere sup. ut subueniat. i. succurrat. huic. i. filio suo Chę. Py. Sapis. i. sapiẽter dicis, seu loqueris. ego abeo. i. discedo. intro. i. in domũ Thaidis. tu Parmeno narrato isti sem. oẽm ordinẽ. i. totam seriem factũ ut. i. qualiter factũ sit: idest quo pacto totum factum processerit.

Dicam huic, an nõ? hercle dicã, etsi mihi magnum malum
Scio paratum: sed necesse est, huic ut subueniat. PY. sapis.
Ego abeo intro: tu isti narrato omnem rẽ ordine, ut factũ siet.

ACTVS V. SCENA VI.

LACHES, PARMENO.

LA. Ex meo ppinquo rure hoc capio commodi: *Senarii*
Neq; agri, neq; urbis odium me unq̃ percipit.
Vbi satias cœpit fieri, cõmuto locum.
†Sed estne ille nr̃ Parmeno? & certe ipsus est. *In Sed aute elidi-tur aut d*
Quem præstolare Parmeno hic ante ostium?
PA. Quis homo est? ehem, saluum te aduenire here gaudeo.
LA. Quem præstolare? PA. perii: lingua hæret metu. LA. hem
Quid est quod trepidas? satisne salue? dic mihi.
PA. Here primũ te arbitrari id quod res est uelim:
Quidquid huius factum est, culpa non factum est mea.

DONA. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi.) Annotandum, q huius senis nomẽ apud Terentiũ non est: apud Menãdrũ Simon dr̃. ¶ Ex meo ppinquo rure hoc capio commodi. Firmat statũ mentis trepidãtis senis, ut appareat q̃ inopinato malo amẽs fieri possit: qd̃ ipsũ superius & in Phormione seruatũ est. Imperatis enim mentibus mala maiora sunt. Ergo nũc tã ociosus incedit senex, ut neq; mores increpet, nec quicq̃ suspicetur mali, sed agat gratias pximæ uillæ: cuius beneficio nõ scit qd in urbe agerent filii. Et nunc adest ubi opus est Poetæ. Et uide hanc causam fuisse, cur nõ ad uillã diuerterit. Oẽs uillas comicas suburbanas esse, cõmoditatẽ ipsam nũc explicat, & ostẽdit. ¶ Neq; agri neq; urbis.) Tragicus apparatus. Delicias memorat, q pericula cogniturus est. ¶ Odiũ me unquã perci.) Fastidiũ ex abundantia est. ¶ Vbi satias cœpit fieri.) Suffecerant ad hanc sñiam duo superiores ii uersus: sed ἐνέργεια est senilis eloquii, faceti, & garruli simul. ¶ Cõmuto locũ.)

Satietas

Mira breuitate duas res explicuit simul. ¶ Vbi satietas est. Deest nã: ut sit, nam ubi satietas cœpit fieri. Et cœpit, pro cœperit. ¶ Satietas, odium: ab eo qd̃ præcedit, id qd̃ sequitur. ¶ Sed est ne ille noster Parmeno? & certe ipsus est.) Et dubitauit, & firmauit postea: utpote senex, uisu iã lãguido,

Præstolari

atq; oculis ætate defessis. ¶ Quẽ prestolare Parmeno?) Noue, nõ, cui præstolare, sed, quẽ dixit. Aliter Tullius, Qui tibi ad forũ Aureliũ præstolarent. Præstolari, est præsto esse & apparere, hoc est obsequi ¶ Quis homo est?) Quare, qs homo, cũ pridem uenientẽ? utrũ nõ uult uideri prouidisse ne qd fallaciæ parasse uideat? Sic & in Andria, Quasi de improuiso respice ad eũ. Vel qa pturbatur examinatus: q dũ qd apud Thaidem geratur, auscultat, nõ uidet senem propius accedere, quẽ lõge uiderat. An uero idcirco hoc fingit, qa qd̃ parabat dicere de Chærea, postq̃ cõminus uentũ est,

Lingua hæret

nõ audet loq? ¶ Lingua hæret metu.) Vir. Et uox faucibus hæsit. ¶ Quid trepidas?) Instandũ est seni ad audienda q̃ de

Salue

facili nunq̃ fateret Parmeno ¶ Satis ne salue?) Salue integre, recte, cõmode. Plaut. in Trinummo, Beneuolens tuus atq; amicus. ¶ Satis ne salue? Nunc aduerbiũ est, producta est e litera. Sallust. Inde ortus sermo, pcontantibus utrinq;, satin' salue, quã grati ducibus suis, quãtis familiaribus copiis agerent. ¶ Here primũ te arbitrari id qd̃ res ẽ, uelim.) Quod ante narrationẽ cõfirmatio inducit, cõtra morẽ & pcepta est: sed merito, qa pturbatus est, licet simul * ut nõ possit dicere. ¶ Quicqd huius factũ est.) Absolute ut supra, Et qcquid huius feci, causa uirginis feci. Aut deest Rei ut sit, huius rei. Stomachose. Quid interrogat. quis enim ante crimen, q̃ obiciatur, aut proponatur, neget?

GVI. Ex meo &c. Hic primũ introducitur Lach. senex: Phędriæ ac Chæreæ pater: oi cura uacans: ut postea relato scõ per ordinẽ a Parmenone uideat turbatio. nã in paratis mẽtibus mala maiora sunt. La. capio. i. percipio hoc cõmodi. i. hanc cõmoditatẽ & utilitatẽ. ex meo rure. i. agello ppinquo urbi. s. q suo. neq; i. non. unq̃ odium. i. tædium seu fastidiũ agri: neq; urbis pcipit me. i. nunq̃ satietate sum defessus: neq; agri: neq; urbis. ubi: idest postquam uel quando. satietas. i. fastidium, uel tædium, quod ex abũdantia plerũq; nascit. cœpit fieri. i. incepit capere me. cõmuto locum: idest discedo ab uno loco ad alium. Sed ne: idest utrum ille, quem uideo supple est Parmeno seruus meus. deinde attẽtius uiso eo subdit. certe ipsus pro ipse uetuste, est Parme: scilicet o Parme quem prę̃stolare. i. præstolaris. hoc est expectas. Dicimus pstolor tibi: & præstolor te: sed sæpius cum datiuo. Quem præstolare hic ante hostiũ Th. meretricis. Par. quis homo est qui me alloquitur. Hem: interiectio percipientis quem prius nõ aduertebat. o here. i. tu domine mi. gaudeo te aduenisse saluum i. incolumẽ. La. quem præstolare: idest quem expectas, uel manes. Præstolari enim, ut Nonius inquit, expectare seu manere. Do. autem dicit præstolari significare præsto esse. Pa. perii. i. occidi. lingua hæret. i. quasi fixa manet, & immobilis: ut loqui non possit. metu. i. præ timore. Virgilius. Et uox faucibus hæsit. La. hem: hic interiectio metuentis est: ne qd mali sit. quid. i. cur trepidas. i. times. satin. i. satis ne. salue: aduerbiũ hic. i. integre: recte: cõmode: incolumiter te habes. s. dic mihi: idest responde mihi. uel satin: idest satis ne salue: integre: recte: cõmode res se habẽt supple domi. nũc dic mihi. Par. o here primum uelim te arbitrari id quod res est. id quod est uerum. s. quicquid huius rei supple. factum est: uidelicet de suppositione Chæ. & eius deprehensione. non est factũ mea culpa. i. meo uitio, & mea improbitate.

SER. Ex meo. Inducitur Laches rediens de rure: quẽ Parmeno compulsus dictis Pythiæ quare filio suo succurrere uolentem incitabit introire domum meretricis. Oportebat enim aliquam rem mirabilem fingere qua domum meretriciam intraret. Si enim mandaretur a Thaide spernet res eam, ut meretricem: Chrem. fortasse non nouerat: habet occasionem redeundi de rure fastidium: scilicet rusticanæ habitationis. Inducitur hic loquens more senum laudans uillã suam. Neq; odium agri: idest molestia de rusticana habitatione: neque urbis: quia ubi: idest postquam &c. satias: idest satietas. Satis ne sunt saluæ res nostræ here. præmittit occasionẽ antequam dicat culpam.

DONA. ¶RECTE sane.) Docte Teren. ipse se reph̃edit. Nã ordine factũ nõ ẽ prae timore & cõsciẽtia. ¶Emit quedã phe. eu.) Vide narrationẽ a necessariis & urgẽtibus cœptã nõ in se cõtinere, nisi qđ rei cõditio cogit fateri. Emit, inqt, eunuchũ: Quẽ dono huic daret. Nõ dixit, cui dono daret. Aliter ab amoris mẽtiõe cœpisset. Deinde τὸ quẽdam ἐξουθενισμὸν significat. ¶Huic.) Huic more suo dixit pon⁹, q̃ meretrici. ¶Quin etiã iterrogat⁹, Thaidi potius dicturus ẽ, q̃ ut nomẽ dicat, quo offendit senex. Eunuchi aũt solius mẽtio necessaria ẽ: q̃a dicturus est p eunucho deductum Chæream. ¶Actũ est.) Desperãtis uerbũ. ¶Quandã fidi.) Extenuatio criminis est: nõ q uirginẽ, q ciuẽ uitiauerit. ¶Tũ quãdã fidiciñã amat hic Chærea. Mire & necessario uariauit: ille emit, ut eunuchũ mittat ad Thaidẽ: hic amat, ut ducat se p eunucho uelit. ¶Hem, qd? amat?) Hæc singula pnũciãda sunt: ut stuporẽ nimiæ indignatiõis oñdat. ¶An scit iã il. qd me. fiet?) Quia fidicina, meretrix ẽ. ¶An in astu ue.) In Astu, in urbẽ de Pyreo. sic Athenienses uocabãt urbẽ suã: ut ipsi incolę ἄστοι uocant. ¶Aliud ex alio ma.) Hoc sepatim dixit senex, fixis in Parmenonẽ oculis. ¶Me impul. nõ fa.) Ipm accusat cõsciẽtia. nõ. n. qđ leuius est, dixit, me sciente: cũ plus inferat, me impulsore. ¶Ego te fur. si uiuo.) Modo ois sæuitia comica aut in cõminatione est, aut in apparatu uerbo℞. ¶Si uiuo. ἀποσιώπησις: te ulciscar: q̃a necessario sequit̃. Sed istuc quicqd est. Inuẽta cã cur supplicia differant̃, donec uxorẽ ducat Chærea, & ipse purget Parmenonẽ: sm argumẽta q̃ sibi ipse psperit, iussu coactuq; fecisse & impio herilis filii sm Chęreæ scilicet. ¶Ad Thaidẽ hãc dedu. ẽ.) Vñ ductor ipse scelẽratus. ¶Pro eunu.) Nõ interrogat, sed exhorrescit. ¶Hũc p moe. po.) Bñ studuit Teren. Pro bis numero dicere: & p eunucho, & p mœcho. Pro mœcho aũt q̃si excusans dixit. Nã uere in uirginẽ Atticam non p mœcho, sed mechus est.

Pro

¶Hũc p mœcho postea. Bñ utrũq; Pro: q̃a neq; eunuchus est q uitiauit uirginẽ: neq; mœchus q in domo meretricia. Et specta q̃ oratorie trãstulerit mẽtionem uitiatæ uirginis. Pro mœcho inqt: ut culpã Chęreę sub meretricis accusatione cælaret. ¶Hũc p mœcho. Bñ totũ p: q̃a neq; eunuchus, qui ephebus: neq; adulter, q amator. ¶Cõprehẽdere intus, & cõ.) Quo dictu uim ingẽtẽ inferri significat Chęreæ. Cõprehẽdere significat strictim aliquẽ i facinore dephẽsum. ¶Audaciã me. spe.) Maior ἔμφασις accusatiõis ẽ p pluralẽ numeꝝ, q̃ singularẽ. Sic alibi, An potius ita me cõparẽ, nõ ppeti meretricũ cõtumelias? ¶Audaciã meretricũ. Oratorie auertit irã senis a se & a Chærea: atq; deriuat in meretricẽ. ¶Nũqd ẽ aliud mali, dãniue? Bñ iterrogat: q̃a oia iunctis seruus dicere uidebat̃. Et cũ dãnũ, malũ sit, de pximo collatũ discernit: & dãnũ ad emptionẽ eunuchi, malũ ad cõprehẽsum ptinet & cõstrictũ Chęreã. ¶Cesso huc in ir.) Io tãtã formidinẽ cõiectus est senex, ut nõ meremur q tã cito nuptias firmet ephœbi, & uirginis: & q̃uis nõ honeste, tñ q̃a ex ingẽti metu uel indigno matrimonio filii tutã pacisci uelit. ¶Non du. est qn mi. ma. ex hac re fit ma.) Suaue est nescire psonas qd agat Poeta. Ita non periclitaturus Parmeno.

Cõprehendere

LA. Quid? PA. recte sane interrogasti: oportuit
Rem prænarrasse me. emit quendam Phædria
Eunuchum quem dono huic daret. LA. cui? PA. Thaidi.
LA. Emit? peri hercle: quanti? PA. uiginti minis.
LA. Actum est! PA. tum quãdam fidicinã amat hic Chærea.
LA. Hem, quid? amat? an scit iam ille, quid meretrix siet?
An in Astu uenit? aliud ex alio malum.
PA. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
LA. Omitte de te dicere: ego te furcifer
Si uiuo: sed istuc quidquid est, primum expedi.
PA. Is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus est.
LA. Pro eunuchon? PA. sic est: hunc pro mœcho postea
Comprehendere intus, & constrinxere. LA. occidi.
PA. Audaciam meretricum specta. LA. nunquid est
Aliud mali damniue, quod non dixeris,
†Reliquom? PA. tm̃ ẽ. LA. cesso huc itrò irrũpere? *Forte Relictũ*
PA. Non dubiũ est, qn mihi magnũ ex hac re sit malũ.

GVI.

¶LA. Quid dicis factum sup. Par. Sane. i. certe uel ualde recte interrogasti. oportuit me prænarrare. i. prius recitare. recte. i. factum ipsum. deinde incipit narrare inquiens: Phæ. emit quendam eunuchum: quẽ daret huic Th. dono. La. cui daret. s. Par. Th. daret. La. emit hercle peri. quanti emit: scilicet. i. quanto pretio. Par. emit sup. xx. minis. i. xx. libris. ut dictũ est. La. Actum est: hoc est desperãtis dictum. q. d. actum est de Phędria perditus est: quasi nõ sit reliqua suæ resipiscentiæ spes: cũ sit meretricis irretitus blanditiis. Pa. tum. i. deinde hic Chæ. fili⁹ amat quãdã fidicinam. i. canentem fide. i. cythara. s. uirginẽ quã stuprauit. La. Hem: dolẽtis uel indignantis & excandescentis quidẽ modus interrogandi ea, quæ non bene intelleximus: aut intellecta nõ credimus. An: idest utrum. ille Chærea scit iam qd sit meretrix? an. i. utrum uenit in Astu. i. in urbẽ Athenas ex Pyræo. est enim hic Astu nomẽ & indeclinabile, significatq; urbẽ. Nam Athenienses sic uocabãt urbem suã. Astu. n. græce urbs dicitur latine. Inde astu inuenitur pro astutia & calliditate. nã q urbes frequentarunt ut plurimũ astutiores sunt. inuenitur autẽ & astus astus astui masculini gñis: & astu indeclinabile neutri gñis pro astutia. Inde astutus. i. callidus. Aliud malũ ex alio: hoc seperatim protulit senex fixis in Parmenonem oculis. sic aũt intelligere: ecce sup. aliud malũ ex alio. i. aliud malum post aliud. uel lege p appositionẽ iungendo præcedentibus sic: quod sup. s. Chæream amare est aliud malum ex alio. i. est malũ sup malũ: quia primum malũ ipsi seni erat ex Phę. sm ex Chær. Par. o here. i. domine. ne spectes. i. aspicias me fixis oculis: ut facias indignabundus ipse Chærea non facit hoc. i. nõ amat. me impulsore. i. q̃a impellam eũ ad id faciendũ, aut inducam. La. omitte. i. cessa. dicere. i. loq de te excusa te. o furcifer. i. digne qui furcã feras circũ uicinos ignominiæ causa illi alligatus: ego te puniam supple: & est aposiopesis: si uiuo. sed primum expedi. i. explica istud quicquid sit Par. is Chæ. deductus est ad Thaidẽ pro illo eunucho: qui fuerat emptus. La. p eunucho. i. utrũ p eo deductus ẽ? Par. sic est. postea comprehẽdere. i. ceperunt hunc Chæreã. intus. i. in domo Tha. & constrinxerunt pro mœcho: idest tanq̃ esset mœchus, seu adulter. La. occidi. i. perii. Par. specta. i. considera: uide audaciam meretricum. La. nunquid otrum aliquid aliud mali, uel damni est reliquum. i. restat, supest: superat quod non dixeris. Mali autem dixit referendo ad comprehensum & cõstrictum Chæream. Damni uero dixit referendo ad emptionem eunuchi, quæ facta est. xx. minis Par. tantum. i. illud duntaxat est quod dixi. La. cesso quasi dicat rut tardo, uel cunctor irrumpere. s. uolenter ingredi huc. ostendebat locum. intro. i. intra domum Thai. Par. non est dubium quin magnum malum. i. supplicium sit mihi ex hac re. i. propter hanc deductionem & cõprehensionem, uel manifestationem facti.

Astu

Furcifer

¶AN uenit Chæ an astu. i. in astutia. Aliud malũ. i. amor. ex alio. i. ex fratre. Ac si diceret cepit ipse exemplũ amãdi a fratre Cõprehẽdere. i. cõprehenderunt. Quamuis scio mihi magnũ malũ euenturũ: tñ gaudeo. s. aliqd mali euẽturũ.

SER.

¶Nisi

DONA. Necesse, necessus necessis, necessũ

CNISI quia necesse fuit.) Necesse est nomen. Nam necessus, necessis, & necessitas, & necessum, lectum est. ⁋ Id gaudeo.) Scilicet ut succurratur Chæreæ periclitanti. ⁋ Propter me.) Plus dixit, q̃ si per Me diceret. ⁋ Hisce aliquid.) Meretricibus, non, adolescentibus. & itẽ pluraliter suo more, ut, Audaciam meretricum specta. &, Non perpeti meretricum cõtumelias.

Causa

⁋ Nam iam diu aliquam caussam quærebat senex.) Nota caussam, ꝓ occasione. ⁋ Quãobrẽ aliqd insigne faceret.) Manifestius hoc Mænander explicat, Iampridem infestum meretrici senem: post corruptum ab ea Phædriam: nunc demum se inuenta occasione uindicaturum. ⁋ Quãobrem.) Quãuis dixisset caussam, intulit quãobrem. ⁋ Insigne ali.) Magnum & nobile facinus. ⁋ Faceret.) ἐμφατικῶς dixit.

GVI. Necesse

CNISI quia fuit necesse. i. oportuit facere. hoc. i. manifestare rem patri: ut succurretur Chæreæ comprehenso. Est autem necesse nomen, nã necessus, necessis, necessitas & necessium lectum est. gaudeo id. i. ꝓpter illud quod sequitur: scilicet aliquid mali esse euenturum. Hisce. s. meretricibus, propter me. i. per me: seu me incitante. nam senex. s. Laches quęrebat iãdiu. i. a lõgo tpe aliquã cãm. i. occasionem. Quãobrem. i. ꝓp quã faceret aliqd insigne. i. aliquod magnum, & nobile facinus. is scilicet Senex nunc reppetit cãm. s. & eius facinoris faciendi.

Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali.
Nam iam diu aliquam caussam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret: is nunc repperit.

SER.

CHISCE. i. meretricibus. Per me. i. occasionem mei. Insigne. i. malam & magnam molestiam illis facere optabat.

ACTVS QVINTI SCENA SEPTIMA.

PYTHIAS, PARMENO.

PY. NVNQVAM ædepol quidquam iam diu quod magis uellem euenire, *Iamb. tetram. catal.*
Mihi euenit, q̃ ꝙ mõ senex intro ad nos uenit errãs.
Mihi solæ ridiculo fuit, q̃ qd timeret †sciebã *sciebã dissyllabũ est.*
PA. Quid hoc antẽ est? PY. nũc id ꝓdeo, ut cõuentã Parmenonẽ.
Sed ubi obsecro est? PA. men quærit hæc? PY, atq; eccum uideo adibo.
PA. Quid est inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin'? PY. perii,
Defessa iã sum misera de te ridendo. PA. qd ita? PY. rogitas?
Nunquam ædepol hominem stultiorem uidi, nec uidebo ah
*Nõ possum satis narrare quos ludos pbueris itus. *al. Nõ pote satis narrari*
At etiam primo callidum & disertũ credidi hoĩem

DONA.

NVnquã ædepol qequã iã diu.) Pythias egredit' ueluti irrisura Parmenonem, ut ipsa putat. Egredi autem a Poeta cogit', ut doceat populum quid itus egerit senex, Ergo persona cachinnans inducitur, quærens Parmenonem: aspectuq; eius ob nimium risum uix loq posse. ⁋ Nunq̃ ædepol quicquã. Rarũ est, euenire quod uelis: & qd maxime uelis, id rarũ magis. ⁋ Intro ad nos uenit errans.) Nõ gressu errans, nec uia, sed animo, & opinione. ⁋ Mihi solæ ridiculo fuit.) Soli regulariter dicitur: solæ non recte, sed antique. ut alibi, Hæc ipsa in itinere, alterę dum narrat, forte audiui. ⁋ Quid hoc autẽ est?) Ridente miraĩ Parmeno. ⁋ Nunc id pro deo. Propter id. ⁋ Quid rides? pergin'?) Ex huius uerbis ostendit, q̃ multum rideat petulans puella. ⁋ Perii. Proprie hic uerbum est aptum, quasi sit lassa ridendo. ⁋ Nunquam pol hominẽ stultiorem uidi. Postq̃ Rogas dixerat, quasi narratura uidebatur: & redit ad insultationem. ⁋ Quos ludos præbueris.) Ex errore, & metu nimio senis credentis constrictum filium se offensurum in domo meretricis. ⁋ At etiã primo callidum ac disertum credidi hominem.) Hæc oĩa sic in scena pronunciata sunt, ut risu interrumpi uerba puellæ uiderentur. Maiorisq; insultationis est, si is qui fatigat alterum, dicat se ante de illo multo aliter sensisse.

GVI.

NVnquã &c. Hic Pythias egreditur ueluti irrisura Parmenonem: ut ipsa putat: Egredi autẽ a poeta cogitur: ut doceat populum quid itus egerit senex. ergo persona cachinans: idest immoderate ridens: inducitur quærens Parmenonem, aspectuq; eius ob nimium risum uix loqui potens. Py. ædepol nunquam quicquam euenit mihi iamdiu ex longo tempore: quod magis uellem euenire. dixit autem iamdiu & nunquam. quasi dicat in lõgo temporis spatio nulla temporis parte mihi euenire: quod magis eueniat. uellem q̃ hic: scilicet ꝙ modo: idest pauloante. senex: scilicet. Laches. uenit intro: idest in domum ad nos. errans: idest allucinatus. non quidẽ errans gressu aut uia: sed animo potius & opinione. is senex fuit mihi ridiculo: idest ioco mihi solæ pro soli. nam antiqui dicebant in genitiuo soli solæ li. & in datiuo solo solę solo: amore cæterorum adiectiuorum. ridiculum dicit' sermo poti' risum mouens, q̃ derisum. quę scilicet ego Py sciebam quid timeret. Par. Parmeno minatur ridentem Pythiam inquiẽs. autem: idest sed. quid hoc ẽ ꝙ hęc tantopere ridet. Py. nunc ꝓdeo: idest exeo in mediũ. id: idest propter id. ut conueniam: idest alloquar Parmenonẽ. sed obsecro ubi ẽ Parmeno. Par. hæc Pythias quærit me: & nõ quærit ꝑ me: ut quidam literatores se recte cogitasse putant. Py. atq; eccum: idest ecce huc uideo eum: scilicet ibo ad eum. Par. o inepta: idest fatua. quæ tanto cachino rides quasi fatua. quid est? quid tibi uis: idest quid per tuum risum significans. uel quod dicitur inepte: quid oportet tibi cum tuo cachino & risu effrenato. quid: idest cur rides. uel quid rides: idest qd derides ita cachinando: idest immoderate ridendo. & cum uideret eam magis etiam inualescentem & insultantem risu subdit pergin: idest utrum. i. õ cessabis hodie uel desistes a tuo risu. Py. perii proprie dixit: quasi sit lassa ridẽdo. ego misera: idest ego infelix & affecta tanto risu. iam sum defessa: idest defatigata ridendo: idest deridendo te. Parme. quid. i. cur ita me rides. Py, rogitas: idest inquiris. Pol. nunquam uidi hominem stultiorem te: idest q̃ tu sis. nec uidebo post hac. Ah: interiectio ridentis. nam identidem Pythia loquendo resoluitur in tantum risum: ut loqui non possit. non potest satis: idest sufficienter narrari. quos ludos: idest iocos quæ ridicula: & quam materiam ridendi præbueris. intus: idest in domo Thaidis. At etiam: idest sed etiã. primo: idest principio cũ te incepi cognoscere: credidi te supple esse hominem calidum: idest astutum. ac disertum: idest optime disserere potentem de re aliqua.

SER.

NVnquam. Inductis cõuenientibus personis ad concordiam: tamẽ quia ignoremus quid intus factum sit a Lache, & aliis fine concordia: fine turbatio. inducitur Pyt. exiens de domo: quæ omnia pacifica esse ostendat ex eo progreditur læta: & deridens Parmenonẽ: & ideo remãsit persona illa. s. Par. cui illa totum referet: & a priori timore remoueret. debent enĩ omnia in gaudium finire. Pergis ne irridere me? At primo: idest prius credebam te quendam calidum esse.

PA. Quid? **PY.** ilicone credere ea quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicates?
Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi uestem uidit
Illam esse eum indutum pater? quid? iam scis te perisse?
PA. Hem, quid dixisti pessuma? an mentita es? etiam rides?
Itane lepidum tibi uisum est, scelus, nos irridere? **PY.** nimium.
PA. Siqdem istuc impune habueris. **PY.** uerum? **PA.** reddam her
cle. **PY.** credo.
Sed in diem istuc Parmeno est fortasse, quod minitare.
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas: uterq; in te exempla edent.
PA. Nullus sum. **PY.** hic pro illo munere tibi honos est habitus: abeo.
PA. Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie perii.

DONA. ¶ ILICONE credere.) Nō ideo hoc dicit, q personæ suæ fidem derogetis: sed q res incredibilis fuerit, quā illi psuaserit: aut certe si credēdum fuerit, nō statim, neq; examinata, neq; facta rei cognitione. ¶ Ilicone credere. Obiurgatio de tpe. ¶ An pœnitebat flagitii.) Illud qd supra, a stulto: hoc quod nunc dicit, a malo fieri potuit: illud ab imprudente: hoc qd peius ē a sciēte. ¶ An pœnitebat flagitii. Patrum uidebatur. Ipse alibi, Quātū hic operæ fiat, pœnitet. Plautus in Truculē to, Pœnitetne te q ancillā solā nimis emū pere? ¶ Ni miserū insup ēt patri indicares?) Duo obiicit: unum q male cōsuluerit: alterum, q male pdiderit cōsilia sua. Et bene indicates nā indiciū dr eius qui una peccauerit. ¶ Nā qd illi.) Adolescenti scilicet. ¶ Ni miserū insuper ēt indi. patri.) Ad inuidiā Parmenonis, miserū dicit adolescētē: eo mō quo Iuno accusans Venerē, ait, An miseros qui Troas Achiuis Obiecit. Sic nagimus, cum ab his qui falso rei sunt, in authores culpā sceleris remouemus. ¶ Quid ē? iā scis te perii.) Hoc nō stupētibus ac culpā patiētibus dicit. ¶ Hem, qd dixti pessima?) Nūc demū intelligit Parmeno se esse delusum. ¶ Etiā rides?) Apparet eā ex huius stomacho uehemētius cachinnare. ¶ Nos irridere?) Nos superbius dixit, q̄ si diceret me. ¶ Si qd istuc imp.) Subaudit, Tū nimiū. ¶ Verū?) Irridētis interrogatio. ¶ Sed in diē istuc.) In lōgā dilationē. unde dilatio est dicta, diei platio. ¶ Tu iā pendebis.) Iā, nimiā uelocitatē signat. ¶ Nobilitas flagitiis, & eundem indicas.) Duas res significat simul: & cogis flagitia facere, & facientem indicas. ¶ Vterq; exempla in te edent.) Noua ac mira tormēta, quæ p exēplis narrētur, aut quæ documēta sint cęteris ne delinquāt, exēpla dicunt. Et edent, & edet legit. si edēt, figuratū est. si edet, recte. Et plus est edet, q̄ dabit. ¶ Nullus sum.) Hoc secū Parmeno. ¶ Hic p il. mu. tibi ho. est ha. ab eo.) εἰρωνικῶς, & μεταφορικῶς p munere. Et honos cumigerulis haberi solet. ¶ Egomet meo īdicio miser, quasi sorex, perii.) Propriū soricū est uel stridere clarius q̄ mures, uel strepere magis cū obrodūt friuola: ad quā uocē multi se intēdētes, quāuis per tenebras noctis, transfigūt eos. Plautus, Cōfossiorē te faciā soricina nænia. ¶ Quasi sorex hodie perii. Quia latere potuit, nec occidi, si tacuisset. ¶ Egomet meo indicio. Prouerbiū in eos, qui ipsi se pdunt. qa sorex nō facile caperet, nisi emitteret uocē noctu.

Poenitet

Indiciū

Miser

In diem

Dilatio

ne. i. utrū irridere. i. illudere nos. uisum est tibi scelus. i. flagitium. ita lepidū. i. ita festiuū & iucūdū: uel pōt scelus eē uocatiui casus. & tunc alscuit litera o scelus. i. o scelerosa mulier: q uideris digna, q̄ uoceris scelus ipm. ne. i. utrū. uisum ē tibi ita lepidū. i. ita iucundū irridere nos. Py. nimiū. i. ualde. uel plurimum uisum est mihi lepidū te irridere. Par. intellige sic. potes Pythias bene dicere q nimiū tibi lepidū uisum est nos irridere. si qdē. i. si certe habueris. i. impune. i. sine pœna. i. si istud impune feras: nec pp istud puniaris. Py. ridēdo eum Pythia subdit. uerum. i. sed. qd fiet sup. cōtra me. uel qd facturum putas: q me non laturam impune uideris minitari. Par. hercle: idest per Herculē iurantis est reddā. i. rependam uices sup. stultitiam referam, & hoc in malā ptē. Py. credo. i. facile psuadeo ad id credēdum: q mirāda facies: sed o Parmeno istud qd minitare. i. minando polliceris: & dicis te facturū: fortasse dubitātis est. est in diem. i. in longā dilationē. Vñ dilatio est dicta diei platio. tu Parmeno iā. i. nūc, aut statim post. pendes pœnas sup. i. lues, & dabis pœnas meritas. qui denobilitas. i. infamas, seu deturpas flagitiis. i. turpitudinis. flagitiōe. i. increpatiōe dignis. istū adolescētulū. s. Chæreā stultū. i. incōsideratū & indicas. i. pdis: & qd nō pprie dr hic īcusās eūdē adolescētulum. uterq; s. pr & filius. edent. i. efficiēt, & quasi publicabunt exēpla. i. documēta cæteris seruis: ut sint tardiores ad inducēdos iuuenes ad malos mores. Pōt ēt esse edet sine figura. ut sit: Vterq; edet exempla in te. Par. nullus sum. i. nō sum: perii. occidi: exanimatus sum, & conseruatus: ac si nullus essem. Py. hic. i. talis honos. habitus est. i. impēsus tibi a Chærea. uel talis honos habitus est tibi. i. a te ab eo. s. Chæ. pro illo munere. s. p deductione eius ad Thaidē loco eunuchi: qd magni muneris loco reposuit tūc. Par. Egomet miser perii hodie meo indicio. i. mea pditiōe & manifestatiōe: quā feci de Chærea patri suo. quasi. i. uelut sorex sæpe perit suo indicio & stridore. Propriū est soricū, q sunt in multis similes muribus: & forsitā eiusdē spēi. pprium in q̄ est eorum uel stridere clarius, q̄ mures uel magis strepere cū obrodūt friuola. i. crustula: uel frustula: q ex edulis fractis decidunt, a frio as. friuola dicunt: qd significat frango is. nā ex rebus fractis quicquid decidit friuolum dr: ut ex panibus crustula friuola dicunt: sumit ēt friuola pro minutis suppellectilibus. Iuue. Iam friuola transfert Vcalegon. Ad uocē itaq; soricum multi intendentes transfigūt eos, q̄uis p tenebras noctis. Plau. Cōfessorem te faciam soricia uenia.

GVI. ¶ PAR. Quid est? Py. qd. q. d. petis qd sit. ne. i. utrū. te sup. pœnitebat flagitii. i. utrū tibi parū uidebat flagitiū: qd adolescēs. s. Chęrea fecisset. te authore. i. te suadēte & cōsulēte. nisi ēt insup. i. pterea. indicares. i. pderes ipm Chæreā miserū pri suo. s. Lachi. bñ aūt dixit indicares. nā indiciū est eius, q una peccauerit. nā qd aīa. quē aīum credis fuisse illi Chęrec. ubi. i. qñ patet. s. Laches uidit eū esse indutū illā ueste eunuchi. Dicimus aūt recte ego sum indutus hanc uestē, uel hac ueste. qd est modus interrogādi ridēdo illū: q prius nō poterat intelligere, qd ei dicebat. iam. i. nunc. scis te perisse. i. male te habere. hoc aūt dici solet nō stupētibus, ac culpā fatentibus. Par. hem: indignātis & dolētis. o pessima. i. iprobissima & petulātissima. qd dixti. i. dixisti. nūc demū Parmeno intelligit se esse delusum: an mēntita es dicēdo mihi qd prius dixeras. etiam. i. & cū hoc rides? Ex quo apparet eā ex huius stomacho uehemētius cachinnare. i. immoderate ridere.

Indiciū

Indicare

¶ QVID est mō? Ait nōne pœnitebat te flagitii. i. culpæ: quod flagitium fecisset adolescēs: te authore. ni insup ēt patri suo &c. Bñ dixi miserū nā qd &c. Verū. s. impune habeo. sed istuc qd minitare est tibi in hūc diē futurū. Nobilitas. i. notū facis & diffamatū fla. & pterea indicas eū Par. uterq; idest pater & Cherea dent uitæ exēplū aliis seruis: q ille seruus, qui sic operabitur tale premium recipiet. hic honos. i. hoc supplicium quod inde recipiet pro illo munere: scilicet quia huc eum adduxisti. honos dicit ironice. Sorea dat occasionem: ut interficiatur per hoc: q mouet se de abscōso: & uenit in apertum. Sic & Parmeno ab hac culpa immunis esse posset, si quiesceret. Sed non quieuit cū incitaret Chæream dices pro illo te ducam.

SER.

¶ Quid

DONA. Vid nunc? qua spe, aut quo cōsilio huc imus?) Reminiscere hunc esse, qui supra militi dixerit de Thaide, iādudū te amat. & rursus, Iam tibi haec aderit supplicās ultro. & hic uidebis quos exitus hēat assentatio. nā idē militi author est summę despe rationis. Et aīaduerte, q̄ semp a mēsa Gnatho inuitus abstra hat: nā & supra, cū ad litē uenit, ex uerbis Thrasonis manifestū ē, & Gnathonē inuitū seq, ubi dicit, Hācine ego ut cōtumeliā tātā, tā isignē inse accipiā Gnato? Mori me satius est. Et bñ, q̄ spe, & quo cōsilio: tanq̄ oīa expertus, & nec muneribus gratus, nec terroribus metuēdus.

ACTVS QVINTI SCENA OCTAVA.

GNATHO, THRASO.

G. QVID nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus? qd cœptas Thraso?
Trochaici catalectici

T. Ego ne? ut Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. G. quid est?

T. Qui minus q̄ Hercules seruiuit Omphale? G. exēplū placet Vtinam tibi commitigari uideam sandalio caput.
Sed fores crepuere ab ea, perii. T. quid hoc autem est mali?
Hunc ego nunq̄ uiderā & iam hic qd nā pperans prosiliit?

¶ Quid nūc? q̄ spe? Parasit⁹ intelligit qd agat miles: sed ad hoc inducit̄ iterrogare ipm militē, ut ppl's audiat quo ɔsilio ueniat ad Thaidē. ¶ Quid nūc? qua spe? Sūma desperatio est apud militē reconciliandae amicae, ad hoc, ut aequo, aīo ferat admitti Phaedriā, dū ipse quoq; recipiat. nā nō in fine fabulae cōtristandus est. ¶ Quid ince. Th.) Incipe, magnoȝ facinoȝ est, & audaciae. ¶ Vt Th. me de.) Post inductionē belli, & instructionē pugnae qd sequat̄, nisi deditio supatoȝ? ¶ Et fa. qd' iu.) Propterea nā in deditione uictores iubēt: uicti obsequuntur. ¶ Qui mi. q̄ Her. ser. Omph.) Hic Teren. exprimit consuetudinē, in qua ignauis rōnes crimini, & exēpla suppeditāt. nā sic & supra de Pyrrho. Omphale Lydiae regina fuit, quae Herculē sibi seruiētē ēt ad lanificiū cōpulit: cū ipsa calathū, & colū, cultusq; foemineos sagittis, & claua, leonisq; tegmine mutasset. ¶ Seruiuit Hercules Omphale. Subaudit̄, & ego seruiā Thaidi? ¶ Vtinā tibi cō. ni. san. ca.) Cōmitigari est tundēdo deprimi atq; deponi. ¶ Sandalio caput. Plus dixit caput, q̄ si aliā ptē corporis diceret uerberari. Et mire calceamēto caput uerberari. ¶ Perii. qd hoc aūt mali ē?) Eunuchi habitu Chaerea, sed uirili cōfidētia ꝓsilit, & militē uelut noui riualis terret aspectu. ¶ Hūc ego nunquam uiderā.) Ideo Chaeream miratur.

Cōmitigari Sādaliū

GVL. Vid nūc &c. Hic parasitus inducīt interrogare militē ut audiat ppl's quo cōsilio ueniat miles ad Thaidē ut uidelicet post istructū bellū: tāq̄ uictus se dedat: & eius uolūtati morem gerat. Gn. qd. i. cur. nūc imus huc. i. in domū Tha. aut q̄ spe. i. qua expectatiōe. & fiducia. aut quo cōsilio. i. q̄ mēte: quo ꝓposito imus huc ad Thaidē. q. d. oīa exptus est: nec muneribus gratus: nec terroribus metuēdus. O Thraso qd inceptas. i. faciēdū suscipis. icipere magnoȝ facinoȝ ē, & audaciae. Th. ne. i. utrū. petis qd ego icepco? icepto inq̄ uel eo huc ut dedā me Thaidi. i. tradā me in Thaidis ptātē: & ut faciam id qd' iubeat. i. uelit, & pcipiat. Gn. qd est qd' tu dicis sup. hoc interrogat q̄si nō possit credere militē, q se fortē iactitat in eā posse adduci sniam Thr. qn. i. cur minus seruiā supple huic. s. Tha q̄ Hercu. uir fortissimus seruiuit Omphale. i. reginę Lydię: quae Herculē sibi seruiētē ēt ad lanifi. ācū cōpulit: cū ipsa calathū, & colū, cultusq; foemineos cū sagittis, & claua, leonisq; tegmine mutasset. Gn. exēplū tuū placet mihi. i. probo exēplū tuū: quod tibi ꝓposuetis imitandum. utinā uideā caput cōmitigari. i. tūdendo deprimi: atq; deponi tibi sandalio. i. illo gñe calciamēti. Dūr nr̄a tēpestate sandalia illi calcei, qb⁹ utit̄ Papa, & epi in celebrāda missa: qbus nec pes totus tegit̄: nec nudus terrae allidit̄. Dūt insup qdā sandaliū esse pānū quo opiunt̄ eq magnatū. ut Papę: cardinaliū: & caeteroȝ. Itē esse pannū quo uulnera, uel corpora mortuoȝ tegunt̄. Ser. aūt, inqt sandaliū eē genus calceoȝ: uel caligaȝ aliorȝ. Sed qd fores ab ea Thaide. i. fores eius Thaidis. crepuerūt. i. patefactę sunt. & fores crepuerūt ab ea ē sili mō dcm n t pus: Ab andria ē ancilla hęc: p hęc ē ancilla Andrię. Tha. eunuchi hitu Chęreā uidet: a quo terret̄ tanq̄ a nouo riuali. pii aūt. i. sed. qd hoc mali ē. i. qd' malū ē istud. nunq̄ uiderā hūc Chęreā. s. ēt qd nā. i. cur. ꝓsilit. i. pdit: exit: ꝓrūpit hinc ex domo Thaidis. pperās. i. festinās cū q̄dā cōfidētia uirili. properabat. n. praegandio q̄rēs Parmenonē: cui suum gaudiū impertiret.

Cōmitigari

SER. Vid nūc. Fcā cōcordatione de pncipali parte. i. eunucho. Restat ut aliae ptes ad bonos exitus cōtrahant. Fit ergo cōcordia iter Thrasonē, & Phędriā. & prius iducit̄ Thr. talis q libēter uelit cōcordiā: ut quoquo mō saltē i pte amoris Thaidis frui possit. Inducit̄ ēt Phędria, q & Thrasonē prius absterreat: & Par. lętificet: referēdo q̄ intus fcā sunt: & p Par. nūciet frī Phę. qūo pr̄ sibi suā Tha. copulauerit. Deide cōuenīētibus Thr. & Phae. erit. Iste Chae. & Gn. mediatrices psonae ad cōcordiam. Qui. s. minus de re me huic, q̄ Hercules. s. c. extra pla. derisorie dicit. Quid hoc aūt ē. s q̄ iterū uideo aliū riualem meū. putabat enim q̄ item iste Chae. esset riualis eius. quē mō uiderat exire: & locū illū frequentare a Thaide.

DONA. Populares ecqs me uiuit ho. for.) Hic psona Chaereae est, feruens gaudio, ut adolescentuli est in ꝓspetis rebus. ¶ O populares. Nō miȝ si insane exultat nuptiis qui iādudū ob id solū q̄ uitiauerat uirginē laetabat̄. ¶ Nemo her. qsq̄) Et interrogauit, & rūdit sibi. ¶ Nemo hercle quisq̄ ... tertiū. ¶ Cui tam subito tot cōtigerint cōmoda.) Tam qualitatis, Tot quantitatis est.

ACTVS V. SCENA IX.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATHO, THRASO.

CH. Populares ecqs me uiuit hodie fortunatior? *Iāb. tet. aca.*
Nemo hercle qsq̄ nā in me plane Di potestatē suam
Oēm ostēdere, cui tā subito tot cōgruerint cōmoda.

GVL. Populares &c. Hic psona Chę. ē feruēs gaudio: ut adolescētuli ē in ꝓspis reb⁹ Chę. Chęrea isane exultās pp nuptias, q̄s uidet sibi patas i hęc uerba. ꝓspis alloq̄us Parmenonē: ut ppl's & miles instruant̄ qd ītus gestum sit O popu. i. o grosi & pplo grati, seu fauorabiles. uel o uos q estis de pplo aut q hētis aurā. i. fauorē ppli. iudicetis an sitis fortunatiores me. Ecqs. i. utrū aliqs uiuit hodie. i. hoc tpe fortunatior. i. felicior me. deide sibi rūdet. hercle nemo qsq̄, abūdat qsq̄ nemo inq̄ ē fortunatior me. nā plane. i. oīo uł certe Dii osiderūt. i. ꝓbuerūt, explicauerūt oēȝ suā ptātē i me. i. erga me. cui. s. mihi. tot bōa. i. tot ꝓspa ɔtigerūt mihi tā subito. i. repēte.

SER. Popu. i. uicini de eodē pplo. Ecce Chę. & Par. qa postq̄ Chae. uidit oīa itus eē firmata ad pacē exiuit: & dicit lętus hęc uerba. Nemo ꝓ nō. Dūt auditis pacationibus a Par. Phae. uenit gaudēs.

DONA

Inueni̅r Incipere Perficer̅

CQ VID hic lætus est?) Inuenta psona est ad quam gesta hæc narret Chærea, ut populus, & miles instruatur, quid intus gestum sit. ¶ Inuentor, inceptor.) Inuenire, sapientis est: incipere, audacis: perficere, constantis. Ergo plena laudatio est. & constat hoc Chæream laudatiue dicere. nam in subditis solum cōsiliū attribututus est Parmenoni. ¶ Scin' me in qbus sim gaudiis:) συλλήψις. Ergo nota, scin' me: cum sufficeret scin' ergo Me abundat: & est figura ἀρχαισμός. ¶ Scis Pāphilam meam.) Amatorie dixit Meā uel potius sponsam meā, uel quā amo. ¶ Inuētam.) Cognitam. ¶ Ciuem.) Deest, esse. ¶ Scis sponsam mihi.) Deest & esse. & est Sponsa, nunc participium. ¶ Audin' tu illū qd ait?) Hoc, uultu mutato & turbato dicitur. ¶ Amorē omnē in tranquillo.) Bene in tranquillo: quia mari, & tempestatibus amicæ mobilitas & instabilitas comparatur. Sic Horatius, Simplex munditiis. Heu quoties fidem Mutatosq; deos flebit: & aspera Nigris æquora uentis Emirabitur insolens, Qui te nunc fruitur credulus aurea. &c. ¶ Thais se patri commendauit.) Hoc est qd' prosunt Phædriæ ¶ Vna est domus.) Post Pamphilæ nuptias ¶ In clientelam, & fidem.) Clientelam, ut ametur: in fidem, ut defendatur. ¶ Fratris igitur tota est Thais.) Bene tota: ut ne ex parte quidem sit militis ¶ Miles pellitur foras.) Sunt gaudia ex nostris bonis: sunt gaudia ex aliorum malis, hostiū, aut inimicorū. Ergo utrunq; genus gaudiorum complexus est. ¶ Visam domum.) Bene domi quæritur amator exclusus nam neq; ruri, neq; in foro est. ¶ Perpetuo perierim.) Quia illud perisse supra, temporale uidebatur. ¶ Quin ego perpetuo perierim. Hic iā militi neq; se ruedi amicæ, ut apparet, præbetur locus. ¶ Sine dubio, opinor. Quia non quis dicitur perpetuo perisse, quid enim opus hac exceptione est, quando nemo ita perit, ut temporaliter pereat, & postea fiat non perditus? correxit parasitus stulti dictum militis: non illū perpetuo, sed sine dubio perisse opinari respondens. non est enim cōtrarium opinor te perisse sine dubio, pro certo perisse. Cōfirmatur perisse miles: ut post tāta munera ex desperato supplex, ex supplice patiens riualis existat. ¶ Quid commemorem primum?) Αὐτοσόφησις oratoria familiaris laudātibus. Cicero, Vnde igitur potius incipiam? Hoc autem fit, ubi omnia & magna uidentur, & paria. ¶ Illum qui mihi dedit consilium?) Attribuuntur personis consilia, facta, casus, & orationes. Ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Chæreæ, casus fortunæ, id est euentus: oratio seni. ¶ Illum qui mihi dedit consilium. Tria sunt in uita hominum, consilia, facta, successus. Consilium, animi est: Factū, corporis: Successus, fortunæ. ¶ Illum, Parmenonē scilicet. ¶ Quæ tot res.) Bene, tot res, quasi dicat, eunuchum, pro quo duceretur, commendationem uirginis, absentiam meretricis, occasionem uitii inferendi, patris interuentum in nuptias. ¶ An mei patris festiuitatem. Etiam patri laus impartienda est nam nō erat transeundum festiuitatem, qua & festiuus amatori non obstitit, quod ignouit ut facilis: unde festiuitas in dictis, Facilitas uero in animo & factis. ¶ Festiuitatem: lætitiam, ut festiuus dies est.

Cliētela Fides

Quid commemorem primum

Festiuitas. Facilitas

PA. Quid hic lætus ē? C. o Parmeno mi, o mear(um) uoluptatū oium,
Inuentor, inceptor, pfector: scin' me in qbus sim gaudiis?
Scis Pāphilā meā iuētā ciuē? PA. audiui. C. scis spōsam mihi?
PA. Bene, ita me Dii amēt, factum. G. audin' tu illum, qd ait? C.
tum autem Phædriæ.
Meo frī gaudeo amorē eē oēm i trāqllo una ē dom(us). Nō eliditur m.
Thais patri se cōmendauit in clientelam, & fidem:
Nobis dedit se. PA. fratris igitur Thais tota est? C. scilicet.
PA. Iā hoc aliud est, qd gaudeamus miles †pellit' foras. d's pelletur
C. Tū tu, fr, ubi ubi ē, fac q̃ primū hæc audiat. PA. uisam domū.
T. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego perpetuo perierim?
G. Sine dubio, opinor. C. qd cōmemorē primū? aut laudē maxu(me)?
Illū, q mihi dedit cōsiliū ut facerē, an me q id ausus sim?
Incipere an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit:
Quæ tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem?
An mei patris festiuitatem & facilitatem? o Iuppiter

GVL.

CPAR. qd. i. cur hic. s. Chæ. est lætus. Chæ. o mi Par. o inuentor tanq̃ sapiēs: o inceptor tanq̃ audax: o pfector tanq̃ cōstās oim meatū uoluptatū. i. delitiarū. Scin. i. utrū scis me abūdat me: i qbus gaudiis sim: scis Pāphilā meā. i. quā amo inuētā. i. cōptā eē sup. ciuē atticā. s. q. d. igenuā. Par. audiui. i. accepi ita eē. s. Chæ. scis Pāphi. eē spōsam. i. pmissā mihi hic ali. sponsus sa. sum. deriuat & ē participiū. Par. Dii ita me amēt: modus iurandi. q. d. ita me Dii amēt sicut ex aīo dico hoc bene fcm eē. s. q tibi Pāphila pmissa ē. Gn. audin. i. utrū audis id: quod hic. s. Chæ. ait. & hoc uultu mutato & turbato ait. Chæ. aūt. i. sed. tū. i. deinde. gaudeo oēm amorē esse frī meo i trāqllo. i. i tuto. sine pturbatiōe ulla: aut cōtētiōe. & bn̄ i trāqllo: nā mari & tempestatibus ois amicæ mobilitas & instabilitas cōpat. una ē domus. i. unica ē māsio fratri & Tha. Thais cōmēdauit. s. Lachi in cliētelā. i. in ptectiōe, ac defensiōe, ac patrociniū: cū pater sit aduocatus. a cliēs dr̄ cliētela. Est aūt cliens cōsultor, qui patronū sequit' seu aduocatū: ut ab eo cā ipsius cliētis agat'. & ita cliētela dr̄ illa defensio. & illud patrociniū. capi ēt pōt p illa amicitia, quā cōciliat sibi aduocatus cū clientibus cās eor(um) defendēdo: ut hic aduocatus multas hēt cliētelas. i. qd' inepte dr̄ multas practicas. Aliq codices hn̄t: cōmēdauit se i cliētulā: & tūc sic itellige. cōmēdauit. i. tradidit: cōmisit se in clientulā. i. p clientula & famula pr̄i meo. i. cuius sit p̄r patronus futurus. nā a cliens fit cliētulus, la, lū: ut mācipiū diceret. clientulū in neutro saltē legi satis cliētulus & cliētula. Th. inquā dedit se nobis in fidē. i. fidelitatem & beneuolentiam, ut essemus illi fideles & bene illi cupemus. Par. igit' Thais est tota fratris tui. s. Phædriæ. Chæ. scilicet. i. certe. ipsa est tota eius. hic. n. scilicet affirmatiue sumit'. Par. Iā. i. nūc. hoc est aliud qd'. i. pp qd' gaudemus: q miles Thr. pellet'. i. exturbabit' foras. Chæ. tū. i. deinde. tu Par. fac. quā primū i. citissime ut frater scilicet Phę. audiat hęc. s. & amorem suū esse in trāquillo: & militem pelli foras. ubi ubi est. i. ubicūq; sit. Pa. uisam. i. ibo ad uidēdum an sup. sit dom. alii hn̄t domū: & tūc est sensus uisam domū. i. ibo domū ad uidendum an inueniā eū. Thr. o Gna. nunqd dubitas. q. d. nō qn. i. q non. ego nūc perierim. i. sim pditus. perpetuo. i. sine remedio. Gna. sine dubio. i. pculdubio. opinor. i. mea ē opinio te Perisse perpetuo. uel opinor te perisse sine dubio: non aūt ppetuo. Chæ. qd cōmemorē. i. exponā aut laudē i. cōmēdē primū. i. ante cętera. maxime. i. plurimū. q. d. nescio ex his reb' tā psperis q̃ cui p̃ferre debeā utrū sup. laudē illum. s. Parme. q mihi dedit consiliū. ut facerē. i. ut deducerer suppositus ad Tha. an laudē me: q ausus sim incipe. i. inire tale factū: an collaudē. i. debeā collaudare fortunā. i. successum. q. s. fortuna fuit gubernatrix. i. directrix in eo facto. i. quæ. s. fortuna cōclusit. i. cōtulit: cōiecit. tā opportune. i. tā apte: ita tēpestiue. tot res & tātas. i. tā psperas & tanti pōderis in unū diē. an. i. utrū. collaudē festiuitatē. i. sermonis seu orōnis lepiditatē, ac suauitatē. & facilitatē. i. benignitatē patris, q & mihi amāti nō obstitit: & ut facilis ignouit: uū festiuitas in dictis est facilitas uero in aīo & factis. Tria aūt sūt in uita hoīum: cōsiliū factū successus. Cōsiliū ē ai: factū corporis: successus fortunę. o Iuppiter obsecro: q̃si p sacra rogo,

Ciens Cliētela

Cōsiliū Factum Successus

CDii uestram

Serua obsecro hæc nobis bona. PH. Di uestrā fidē, icredibilia
Parmeno mō q̄ narrauit. sed ubi ē frī CH. pſto adest. Troc. cat.
PH. Gaudeo. C. satis credo, nihil ē Thaide hac tua fr̄ digni⁹ Octo.
Quod amet ita nr̄æ est oī fautrix familiæ. PH. hui mihi
Illā laudas! T. perii, q̄to minus spei ē, tāto magis amo. Troch.
Obsecro Gnatho in te spes est. G. qd uis faciā? T. perfice hoc
Precibus, pretio, ut hæreā in parte aliqua tandē apud Thaidē.
G. Difficile est. T. si quid collibuit, noui te. hoc si effeceris,
Quod uis donū, & pmium a me optato: id optatum, feres.
G. Itane. T. sic erit. G. si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus
Te præsente absente pateat inuocato ut sit locus
Semp. T. do fidē ita futuꝝ. G. accigar. PH. quē hic ego audio?
† O Thraso. T. saluete. PH. tu fortasse q̄ facta hic sint nescis?

† *Suspicor carmen inuersione ordinis deprauatum, Constabit si sic legas, O Thraso saluete. tu fortassis hic quæ facta sunt nescis. Scio, cur ergo in his te conspicor regionibus, ut ego pronomen elidatur.*

DONA. ℂ DII ue. fi.) Cito interuenit Phædria, utpote qui domi erat. ¶ Quæ narrauit.) Nimius affectus in utrāq; ptē, defectus orationis amat: est ergo ἔκλειψις, deest enim gaudeo. ¶ Satis cre.) Sic dici nota agētibus solet. Recte igit hunc dr̄ cū fiunt nuptiæ, Gaudeo: & ille sic r̄ndet, ut amicis gratulātibus decet, Satis credo. Credo aūt ideo, qa multi sese fingunt gratulari, cū inuideant: gaudere cū doleāt. ¶ Mihi istam lau.) Scilicet amatori eius. Et mihi pnūciatiōe iuuādum est. ¶ Perii, q̄to minus spei est, tanto magis amo. Hic uero est ardor insanissimus. ut Virg. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delitias dn̄i. Et pfecto sic est. Sapientes spe maxime ad amorē coguntur: stulti forma tm̄. ¶ Obsecro Gnatho, in te spes est.) Mire quasi desperatis oībus auxilius, abiecta nimis supplicatio inducit. Nā & obsecro, & Gnato id significant: &, in te spes ē. ¶ Quid uis faciā?) Nō est hoc interrogātis, sed ostēdētis nō esse qd faciat. ¶ Precibus, ptio.) Nihil militi supest pter precē, ut uicto: & ptiū, ut diuiti. Nihil aliud optat, q̄ sic res eāt, ut psona Thaidis cōuenire possit. ¶ Precibus, ptio. ἀσύνδετα uelut afflicta, & lassa, pnūciāda sunt. ¶ Pretio. Variet qa alibi dixit, pcario. ¶ Vt hæreā.) τὸ hæreā ultimū genus bñficii est. ¶ Et in pte aliqua) Nō .n. pte dixit, ut æqua intelligatur. ¶ Tandē.) Et desperātis est, & difficulter credētis. Tandem, nō est aduerbiū tpis: sed, nūc saltē signat. ¶ Noui te.) Deest, perficis. sed ubiq; plura gestu signat miles, utpote insantissimus. ¶ Difficile est.) Vultu, & pnūciatione, asseueratione firmādū est. ¶ Si qd col.) ἔκλειψις: pro, si qd collibitū est, efficis. ¶ Quod uis donū, & pmiū, a me optato.) Donū, pmiū est: & munus, pmiū: sed donū, pmiū diis dat: munus pmiū hoibus: nā separatim, donū deoꝝ est: pmium uiroꝝ est fortium: munus hoium. & donū, munusq;, tā ante factū q̄ post factū dat: pmiū nō nisi post factū est. Donū, uolūtariū: pmiū, debet. Alii ergo ἀσυνδέτως pnūciant, primo donū, & sic pmiū, quasi unā pte orat ōis. ¶ Quoduis donū, & pmiū. Donū, ut a largo hoie: pmiū, ut a pclaro facinore. Quoduis donū & pmiū, a me optato, id optatū feres. Donū optato, ob qd pmiū accipias. ¶ Pręmiū a me optato. Totū militariter: & nā optatio dr̄, & optari a militibus. ut alibi, Vir fortis optet qd uolet pmiū. ¶ Si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus te pſente absente ut pateat. Prouerbiale est pñte absente: ut sursum deorsum, ultro citro, & cætera. hmōi, fanda infanda, iusta iniusta, digna idigna, uelit nolit. ¶ Inuocato ut sit locus semp.) Inuocato, nō uocato signat. In etenim auget, & meminit dictione. ¶ Inuocato. Male intelligit precibus uocato, cū sit ἀντονομαστικῶς, id est ēt nō inuitādo, qn ultro uenire debeat suā domū. ¶ Do fidē.) Iuro, ɔfirmo, spōdeo. ¶ Accingar.) Nō qa facile est qd negauit supra: sed iuis nostris parasitus adductus est ad cœnādū: iō & accingar dixit. sic enim dicimus in magnis rebus suscipiēdis. Vt, Accingūt oēs opi. ¶ Saluete.) Supplex sine gratia & sine timore, modo inimicus & infestus. ¶ Tu fortasse quæ facta hic sint nescis?) Hoc totum superbe, ac minaciter inquit adolescēs.

Satis credo

Quid uis faciam?

Donum Præmiū Munus

Optatio

Præsens absens Sursum deorsū Vltro citro Innocatus Do fidē Accingi

GVI. ℂ SERVA .i. cōserua nobis. hęc bona .i. has psperitates. Di &c. Hic itroducit Phę. e domo sua uenietē: ut fratri congaudeat. audierat. n. q̄ gesta eēnt apud Tha. ex Par. relatione. ibi ēt iteruētu parasiti. Th. miles i ptē amoris meretricii admitti a Phędria. Phę. Di urām fidē p admiratiōe eoꝝ: q̄ audiuit scā erūpit i exclamationē hāc ad deos factā: iplorās de amore eoꝝ fidē. opē & auxiliū: ut satis ē iterpratū. hic tm̄ pprie nō iuocat: sed tm̄ admirat: ut solemus christiani admirātes aliqd dicere. bone Deus q̄ta pbitate uir ille uiget: deide subdit cāꝫ admirationis ingens. q̄ icredibilia .i. mixia, & sua magnitudine excedentia fidē Parmeno narrauit mō .i. pauloan̄. sed ubi frater ē .s. Cherea. Chę. frater tu⁹ .s. ego. adest pſto .i. pñs ē, uel ppe uel iuxta te. & loquit i tertia psona de seipo. Phę. gaudeo & te adesse: & te res tuas ex snia bñ gessisse. Chre. satis credo te .s. gaudere mea gaudia. o frater nihil ē digni⁹ qd amet .i. nulla meretrix ē dignior, q̄ amet hac Tha. tua amica. ubi usus ē Tere. orōne neutra p orōne fœminina suauitatꝫ grā. ita .i. adeo. ē fautrix .i. fauorē pbens nr̄ę familię .i. nr̄ę cognatiōi. Ph. hui ridētis ē iteriectio hic: & amatoris dcā. laudās mihi illā Th. q. d. mihi gaudētī: & q eā optīe norim. Thr. Perii. q̄to minus spei ē mihi. tāto magis amo .i. amor capior. o Gn. obsecro te ut .s. me i hac re iuues spes ē in te. q. d. nihil mihi spei ē reliquū nisi i te ipso. Gn. qd uis .i. cupis me facere. Deide subiūgit faciā si admonitus .s. fuero. qd uelis efficiā & laborabo morē gerer tuę uolūtati. Pōt ēt sic sumi iterrogatiue: Quid uis faciā .i. qd petis a me fieri: ul qd uis qd ego faciā: uel sine iterrogatōe sic faciā qd uis: ut sit cōpositū nomē p faciā qdlibet. q. d. faciā q̄ qd uolueris. Thr. pfice pcibus .i. pcario: aut ptio .i. donis. hoc .s. ut hęreā .i. maneā. tādē .i. saltē. dicit Do. apud Tha. in aliq̄ pte .i. q̄ sit mihi aliqd loci saltē apd eā. Gna. id qduis ē difficile factu .s. Th. siqd collibuit tibi .i. siqd capessis, aut suscipis faciēdū: facile ē pficere sup. uel .i. facile factu sup. Do. uult siqd p siqdē capi: ut sit sensus: Si collibuit tibi pficere illud sup. de quo locut⁹ sumpus .i. facile factu tibi. noui te .i. tuā idustriā: si effeceris hoc .s. ut hęreā apd eā. optato a me qduis .i. qdlibet donū & pmiū. feres .i. hēbis. tolles a me id optatū: qd a me optaueris. Donū tā an̄ factū, q̄ post factū dat. sic & munus pmiū uero nō nisi post fcm̄. donū isup uolūtariū ē. munus uero dētur. Gn. ita ne .i. ita ferā a te donū et pmiū si effecero qd uis. Thr. sic erit .i. ita fiet. Gna. si efficio hoc qd petis postulo ut toa dom⁹ pateat .i. sit apta mihi: & qd uulgo dr̄: sit ad meū pceptū. & te pñte .i. qñ tu eris pñs. & te abiēte .i. cū fueris abñs. postulo inq̄ ut loc⁹ sit sp mihi iuocato .i. inuitato. si i augeat: qd si puet. sensus ē: Loc⁹ sp sit mihi nō uocato .i. q̄uis nō sim iuitat⁹: sꝫ mea spōte ueneri. nisi qs uelit inocato futuꝝ eē iperatiui. uersm̄ lōge melior ē supior expositio. Thr. do fidē .i. spōdeo iuro: ɔfirmo futuꝝ .i. qd erit ita ut petis. Gn. accingar .i. me parabo ad id: ac uirib⁹ utar: siue qd barbare dr̄. iplebo me ad faciēdū. Accingar aūt dicimus i magnis reb⁹ suscipiēdis. Virg. Accingūt oēs opi. Phæ. quē hoies audio hic. Deide aīaduerso eo seu pcepto subdit supbe & minaci o Thr. Thr. saluete .i. salui estote uos ābo fr̄es Phæ. & Chęrea. Phę. Tu for. nescis q̄ scā sunt hic.
ℂ Incredibilia sūt q̄ narro. Par. Siqd col. te iuenire noui te posse. Inuocato .i. nō uocato. Tu for. Phę. nō uult eū salutar.

Virgi.

SER.

T. Scio. PH. cur ergo in his ego te conspicor regionibus?
T. Vobis fretus. PH. scin' q̃ fretus? miles, edico tibi
Si in platea hac te offendero post unq̃, nihil qđ dicas mihi,
Aliũ quærebã iter hac habui · periisti. G. eia haud sic decet.
PH. Dictũ est. G. nõ cognosco uestrũ tam sup̃bum. PH. sic erit.
G. Prius audire paucis · quod cum dixero, si placuerit,
Facitote. PH. audiamus. G. tu cõcede paululũ istuc Thraso·
Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehemẽter uelim,
Me huius quidquid facio, id facere maxime causa mea·
Verum idem si uobis prodest, uos non facere inscitia est.
PH. Quid id est? G. militẽ riualẽ ego recipiẽdũ censeo. PH. hem.

DONA

¶ SCIO.) Cõpendium poetæ ne rursus eadẽ diceretentur. ¶ Cõspicor.) Cõmune uerbũ est cõspicor. ¶ Vobis fretus.) Et hoc stulte. q̃s .n. & riualibus & inimicis fretũ se eẽdicat? Deinde οὐ κυρίως λέγων & uitiosa r̃nsio est, nisi enim addideris sum, erit solœcismus cõueniẽs loq̃ndi impolite hoĩ & militi. ¶ Scis q̃ fretus?) Est ab * ea subaudiẽdum est. ¶ Miles edico tibi.) Hoc cõtumeliose & p̃prie ut militi, Miles inq̃t, edico tibi. ¶ Si te in pla. hac offen.) Hoc ẽ, si uel casu inuenero. Et in platea, inq̃t, nõ circa meretricis fores. ¶ Nihil ẽ qđ di.) Nihil p̃ nõ: ut sit: nõ est quod dicas mihi. i. nihil est qđ dicas p̃ ut dicas mihi: ut sit qđ p̃ ut: aut qđ pro qđ dicas mihi. Certũ est aũt sic ueteres locutos esse. ¶ Aliũ q̃re.) Aut aliũ p̃ quendam posuit: ut sit, quẽdã q̃rebã. i. aliquẽ. aut aliũ, hoc est nõ quẽ tu putas, hoc est aliũ, nõ Thaidẽ. sed si aliã diceret: neq̃ cõmode, neq̃ ἐμφατικῶς loq̃ret. p̃ualet .n. masculinũ genus. ¶ Periisti.) Ordo ẽ, postq̃ in platea hac te offendero, periisti.

Eia

¶ Eia.) Interdũ hortãtis ẽ. ergo nũc eia, correctionẽ signat. ¶ Nõ cog. ue. tã su.) Locutio annotanda· mire laudauit, ut p̃suadere potuisset ¶ Vestrũ tã sup̃bũ. Nõ, uestrũ sup̃bum. ¶ Vestrũ sup̃bũ. Absolute: ut, Pol Crito antiquum obtines. Ergo subaudiamus uel ingeniũ, uel aĩum, uel morẽ, uel institutũ. ¶ Prius au. pau.) Mira insinuatiõe agit: q̃ nõ ut cõsentiant, sed ut audiãt paucis petit. Et bñ prius, q̃si nõ obstet quo minus faciãt qđ uelint. Tũ deinde quo attẽtiores existãt, addidit Paucis. deinde si Placuerit. facilius .n. flectũt, cũ quo nõ pugnamus ut cõsentiat. ¶ Prius audire. Fiduciam ostẽtat p̃suasoriã rẽ dicturi. ¶ Audiamus.) Bñ, nõ, faciamus, sed, audiamus dixit: nã prima oratoris impetratio in mala cã est, audiri meruisse. ¶ Tu cõce. pau. istuc Thr.) Thraso hoc in bonã p̃tẽ accepit: & iõ paret. putat .n. uel turpe esse, si humiliter p̃cer̃ suo noĩe seq̃ audiẽte parasitus· uel incongruũ sibi, si in os p̃sens a Gnatone laudet̃. ¶ Istuc Thraso. Nõ ad se uocat: sed locum ostẽdit quo abeat, atq̃ cõcedat. ¶ Principio ego uos.) Videt neq̃ se odio haberi, neq̃ offendi animos audiẽtũ in militis noĩe. Hoc ergo oratorie· p̃ eo hoĩe in quo offendiť, eũ i quo nõ offendiť posuit. ¶ Me huius q̃cq̃d facio, id facere maxĩe cã mea.) Deest Rei, aut Est· ut sit, me huius q̃cq̃d ẽ qđ facio, id facere maxime cã mea. Hic a p̃sona discessit: & rẽ nõ odiosã p̃ odiosa posuit, id est parasiticã, p̃ æmuli amore, & cõmodo. ¶ Verũ idẽ si uobis p̃dest.) Multũ attulit ad p̃suadẽdũ: nõ esse cũmodũ militi admitti: & suũ cõmodũ ip̃soꝝ esse cũmodũ. ¶ Vos nõ id face. insci. est. Oratorie, & f̃m insinuatiõis p̃cepta sic dixit· nã remittẽdo, & dubitãdo, magis flectũt aĩos, q̃ si apte ac p̃tinaciter asseueret.

Riuales

¶ Militẽ ego riualẽ recipiẽdũ cẽ.) Artificiose satis, semel intulit oẽ qđ durũ dictu ad p̃suadẽdũ erat. nam q̃ militẽ & riualẽ dixit, ad eã rẽ ualet, ut magis admittẽdus sit q̃ excludẽdus: & simul fiducia sic dicẽtis, p̃at aĩos ad audiẽda quæ dicet. ¶ Militem ego riualem recipiendũ censeo. Riuales dicunť æmuli de mulieribus. facta trãslatione noĩs a feris bestiis, quę sitientes cum ex eodẽ riuulo haustũ petunt, in præliũ cõtra se inuicẽ concitantur. Sic Cice. pro Cælio, Sin erit ex illo fonte riualis, inq̃t. ¶ Cẽseo.) Vide uirtutem poetæ· non enim dixit, peto: sed, censeo· tanq̃ illis modo consultat, neq̃ p̃ro milite agat. ¶ Militẽ ego riualẽ. Considera quo uultu hoc dicẽdũ sit· & intelliges, & militem, & riualẽ, & recipiendũ, & ego censeo· quãta significat. Nõ .n. dixit Thrasonem, sed militẽ: quod nomẽ ad stultitiã ualet.

Non socium, sed riualẽ: quo ostendit, quandoq̃dem riualis in meretrice capiẽdus est. hunc potius eligendum. Nec, non excludendũ, sed recipiendum dixit: ut ostẽderet adeo p̃desse, ut etiam de industria retinẽdus sit. Non, uolo aut rogo, sed censeo: ut cõsiliarius, non parasitus, uideať loqui. Nam q̃ Ego addidit, eo dicto usus est quo uti solent qui plus in negocio uidẽt. nã sic in Phormione Iurisconsulti, Ego quæ in rem tuam fuerint, ea uelim facias. Ego sedulo hũc dixisse credo. Ego amplius deliberandum censeo.

GVL.

¶ THR. Scio ea .s. q̃ facta sunt. Phæ. ergo si tu scis. cur cõspicor .i. uideo: conspicio te. in his regionibus .i. in his locis: in q̃bus moratur amica. Thr. sũ supple fretus: idest confisus uobis .i. uestra amboꝝ dementia. Phæ. Scin .i. scis ne. q̃ .i. quãtum. fretus .s. confisus esse debeas nobis: ut si diceremus: Tam illo fretus esse debes, q̃ inimico & inuido .i. tantum illis debes confidere quãtũ inimico. O miles· inmaciter & acerbe hic cum milite agit. edico .i. præcipio tibi. ut dux edicit militib⁹ suis. si posthac .i. postea: post hoc tempus. offendero .i. inuenero te. unquã .i. aliquo tempore. in hac platea .i. plateitie & parte urbis. nihil est .i. non oportet ut sic loquatur quod tu dicas mihi. uel nihil ẽ quod .i. propter quod. dicas .i. dicere debeas mihi. quærebã alium .i. non illum quem putas: ubi masculinũ genus præualet. q̃uis forsitan intelligat poeta fœminã forsitan dico. Nam quid prohibet etiam rite intelligi masculum: ut si q̃s me rogaret: quid mihi nellem: uel quẽ quærerem. respõderem de more: nõ illum quęro quem tu putas. Dicit aũt aliũ quærebã· nõ p̃ alio: ut uulgus grãmaticoꝝ somniat. Nihil est unquã quod dicas mihi habui iter hac .i. per hunc locũ: hoc est mihi fuit hac eundum: seu transeundũ. Periisti: idest mortuus es si hoc feceris: seu perditus es. Gna. Eia: interdũ hortantis est. nunc eia correctionem significat. haud .i. non decet .i. non est honestum sic uelle facere .s. Phæ. dictũ est .i. sic stat sententia: certũ est. Gna. non cognosco uestrum genus sup. uel ingenium: uel morẽ: uel institutũ: uel animũ eẽ. sup. tam superbum .i. tam insolens· ut id efficere nõ dubitetis. Phæ. sic erit: ut dictũ est Gna. prius audite paucis .i. breui sermone: quod dicturus sum. quod cum dixero facitote .i. faciatis. si placuerit .i. sederit animo uestro· & si uisum fuerit bonum. Phæ. audiamus qđ dicat sup. Gna. o Thra. concede .i. uade: uel confer te paululũ istuc .i. in istum locũ: quẽ tibi ostendo. non enim eum ad se uocat: sed locũ ostendit: quo abeat, atq̃ cõcedat. Principio .i. in primis. ego uehemẽter uolo uos ambos credere mihi hoc .i. hanc habere mihi fidem. quicquid .i. quãcunq̃ rem. huius· idest ex hac re faciã me facere id maxime: idest precipue. mea causa .i. p̃ mea utilitate. uerum: idest sed. si idem quod faciam & dicam nunc prodest uobis. inscitia est: idest simplicitas. ignorãtia· uel imprudentia est. uos non facere .i. si uos non faciatis. Phæ. qđ est? Gna. censeo: idest iudico. militem riualem .i. æmulũ eiusdem meretricis amatorem. Facta est autẽ nominis huius translatio a feris: quæ sitientes cũ ex eodem riuuolo haustũ petunt in prælium contra se inuicem cõcitantur. censeo ego riualem recip̃iẽdum .i. admittẽdũ in aliqua parte apud Thaidem Phæ. Hem: indignantis est.

Fretus p̃ cõfisus

Eia corrigentis

SER.

¶ REGIONIBVS quasi partibus. Scis qui: idest quã tus fretus. per Deum hoc modo fretus miles edico & cæ. Nõ nosco uestrum genus tam superbũ placando dicit. Tu concede: idest remoue te.

¶ Cogita

DONA. ¶ COGITA modo.) Modo, aut tantummodo significat: aut temporis est aduerbium, & simul incerta distinctio est. ¶ Et libenter uiuis.) Id est bonorum ciborum edax es. ¶ Suppeditare possit sine sumptu tuo.) Aut suppeditare, pro suppeditari. aut deest se Vt, Accingunt omnes operi. ¶ Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.) Locutio ē ex negatiuis tertia: ut Agrum in his regionibus meliorem nemo habet. ¶ Ex usu magis. Pro utilior. & magis opportunus, ꝑ opportunior. ¶ Nemo est. Hoc ē opportunus. ¶ Hēt qd det.) Vt diues ¶ Et dat nemo largius.) Vt liberalis. ¶ Fatuus est.) Hoc est ex usu tuo. ¶ Insulsus.) Sine sale & sapientia: aut sine saltu & facilitate ¶ Tardus.) In Venerem. s. ¶ Stertit.) Plus dixit q̄ dormit. ¶ Noctesq; & dies.) Plus significat q̄ si diceret, diebus & noctibus: ut hoc ipso nomine consiliarii authoritas inesse uideatur. ¶ Fatuus.) Inepta loquens, a fando fatuus dicit: inde Fauni Fatui: & nymphę Fatuę dictę sunt. ¶ Fatuus & insulsus. Fatui sunt, q uerbis & dictis fatui sunt. Insulsi uero, corde & animo. ¶ Tardus. Corpore: & membris. quāq̄ & itellectu tardos uocamus qui stulti sunt: sed melius est sic intelligi, ut ea uitia uideat dicere, quæ inamabilē faciant ēt diuitem, largūq; amatorē. Nam aut uerba cōmendantur, Pendetq; iterum narrantis ab ore. hic fatuus. Aut sapientia gratum facit: ut Multa uiri uirtus animo. hic insulsus est. Sed mihi uidetur fatuum dicere, q tantũ glorietur, & blandiri amicæ nesciat. Insulsum, q nō sit salax, & cupidus coitus. Tardum, q non facile explicet Venerem: quæ res meretricibus odiosa est. ¶ Fatuus est, insulsus. Sunt qui fatuum aīo putant: Insulsum dictus. sed male. Nā Fatui quoq; dii sunt, q & Fauni dicuntur: & non stulti, sed multũ fantes, id est loquētes. ¶ Fatuus est, insulsus. Hæc quæ iunior addidit, nō ex superioribus pendent: sed cũ superiora ualeant plurimũ (nam quia diues & liberalis, potuit obesse riualibus) hęc omnia bona in Milite corrumpuntur, qd fatuus, qd insulsus, & cætera, quæ ipse ꝑsequitur. ¶ Fatuus, & insulsus. Hæc bñ adduntur: qa dixit, Et habet quod det, & dat nemo largius. Ad rem eam ualebat ut amaretur Miles a meretrice, & præponendus oibus esset: sed ingrata sunt mulieribus, maximeq; lasciuis, hæc oīa quę subiicit. ¶ Fatuus & insulsus. Hoc pro aceruo uitiorum: cũ quadam uultus improbitate prolatũ est quo magis res in medio posita esse uideatur. ¶ Vbi uelis.) Qñ uel cum. ¶ Quid agimus?) Initium consensionis, dubitatio est eius qui negauerit. ¶ Hoc etiā.) Deest uel abest. ¶ Qd ego.) Parasitus scilicet ¶ Primũ puto.) Primũ puto, quasi parasitus. ¶ Accipit hominē.) Accipit, pascit, inuitat. ut, Illos porticibus rex accipiebat in amplis. ¶ Nemo melius prorsus, neq; prolixius.) Horum alterum apparatum indicat, alterũ copiam. ¶ Mirũ ni illoc homine quoquo pacto opus est.) Facete dixit adolescens rei parcus, & qui putet amorē sine damno esse oportere, quiq; fefellerit meretricem: nō solum eiiciendum non esse militem, sed etiam quouis modo sustinendum, ac perferendum. ¶ Mirum ni illoc homine. Obtinuit parasitus iam quod negabatur. Primo deliberatum, ut Quid agimus? post concessum, ut, Mirũ ni illoc hoie quoquo pacto opus est ¶ Mirũ ni illoc Hic ingt, eiusmodi est, ut ēt cũ mala cōditiōe patiēdus sit. ¶ Idē arbitror.) Sāe opus fuit cōsensiōe, ꝑcipue Phędrię, cuius res agitur ꝑ̄ itā & seruata ꝑsona est tarde cōsentiētis amatoris.

Suppeditare

Magis ex usu

Insulsus

Dies & noctes

Fatuus

Fatuæ nymphę

Tardus

Fatui & Fauni dii

Accipere

Recipiendum? G. cogita modo, tu hercle cum illa Phædria
Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas.
Et qd des, †paululũ & necesse ē multũ accipe Thaidē, *paulu*
Vt tuo amori suppeditare possit, sine sumptu tuo ad *(lũ dissyl.*
Omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex usu tuo
Nemo est principio, & hēt quod det, & dat nemo largius.
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesq;, & dies.
Neq; istũ metuas ne amet mulier, facile pellas ubi uelis.
PH. Quid agimus? G. præterea hoc ēt, qd ego uel primũ puto
Accipit hoiem nemo melius prorsus, neq; prolixius.
PH. Mirũ, ni illoc hoie quoquo pacto opus est. C. idem arbitror.

GVI. ¶ RECIPIENDŨ: uidelicet censes. Repetit. n. Phę. id uerbum qd sibi accidit molestũ. Gna. mō. i. tāmō. uel nunc cogita, cōsidera. hercle tu libēter uiuis. i. consuetudinē habes & familiaritatē uiuendo cũ illa. etenim: uel sit unum uerbũ pro qa: uel sint duo. i. & certe. bñ. i. ualde. libenter uictitas. i. bonorũ ciborum edax ex usu cũ illa. & qd des. i. dare possis. paululũ est. i. paruulum admodũ est. & necesse est Tha. accipere multũ donorũ. s. ut possit suppeditare se sup. i. subministrare se faciendo copiā sui. aut ut possit inseruire. i. indulgere tuo amori se suppeditando tibi: & tuæ uoluntati morē gerēdo: & hoc sine sumptu tuo. i. sine impendio fortunarũ tuarũ: quæ paucæ sunt: nec diu possent continuare. nemo est magis opportunus. i. magis congruus: ac magis ex usu tuo. i. utilior tibi. nam ex usu significat ex utilitate. usus enim interdum pro utilitate capitur. nemo est ergo magis ex usu tuo ad hæc omnia uidelicet: ut sine sumptu tuo: & uictites cũ ea: & Thais multum accipiat &c. Principio. i. in primis. & hēt quod det. i. habet unde possit munera factitare: tanq̄ diues & nemo dat largius. i. copiosius, uelut liberalis. hæc autem in eo bona corrumpuntur eo q fatuus. i. inepta loquens: a fando. insulsus. i. sine sale. i. sapientia, uel urbanitate. Id enim sal significat. nam sales sunt facetiæ, seu urbanitates. Inde sallus homo dicitur. i. urbanus, facetus, lepide loquens. Inde insulsus a mutata in u. quasi non salsus. i. non urbanus aut facetus sed potius insipidus, & illepidus. est etiam tardus. i. hebes: torpidus corpore & membris & forte intellectu & ingenio obtusus. Itaq;, ut Dona. inquit, Fatui sunt, qui uerbis & dictis fatui sunt. insulsi uero qui corde & aīo. tardi aūt sunt q corpe & mēbris torpidi sunt: ēt & itellectu tardi dos uocamus. Stertit. i. dormiens i somnũ ꝑrumpit. noctes & dies. i. diebus & noctibus: uel die ac nocte: uel noctu, diuq;: aut luce, ac tenebris. ista enim oīa idē sibi uolũt. Neq; metuas. i. ne uerearis. ne. i. ut. & ut. i. q mulier Tha. amet istum. s. militem. per contemptum dixit istũ. facile pellas. i. repellas eum ab ea. ubi. i. quando uel cum uelis. Phæ. quid agimus. initium hoc est consensionis. Gn. ꝑterea. i. præter ea, quæ dixi de eo hoc deest sup. uel habet hoc quod. uel: idest etiam. puto. i. reputo primum. i. præcipuum: quia parasitus: qui cupio laute epulari & replere uentrem. Nemo accipit. i. inuitat: excipit: tractat: pascit. Virgilius. Illos porticibus rex accipiebat in amplis: idest pascebat, tractabat. Nemo ergo accipit hominem aliquem prorsus: idest omnino melius i lautius: apparatius, neq; prolixius: idest largius: copiosius. nam prolixus interdum significat largum. ut sæpe Cic. habet in suis epistolis. Phæ. mirũ est sup. ni. i. si non. opus est. i. si non indigemus illo homine s. milite. quoquo pacto. i. quocunq; modo sit opus. Chæ. ego arbitror hoc idem. s. opus esse illo homine.

Virg.

Cicero

SER. ¶ TV uiuis cum illa, & libēter: & uere dicis libēter cũ illa: & splendide. Nam ubiq; uictitas. i. soles uictitare. libenter: idest conuiuari ne dum cum illa. suppeditare: idest subseruire, & placere bene ornando se. & hoc necessarium: idest utile est sine tuo sumptu. Ad hoc ut habeas quod des sine tuo sumptu. nemo &c. Ex tuo usu. i. ex utilitate tua. Fatuus & quia ideo q largus est Thra. dādo posset ei auferre Tha. remouet suspitionē. Fatuus in factis. insulsus in dictis &c. & iō non metuas. ne. i. ut istũ amet mu. Præterea alia cōmoditas est qd te honorifice suscipiet quoties diuertes ad eũ.

G. Recte facitis. unum ēt hoc uos oro, ut me īri ueſtrum gregem
Recipiatis, ſatis diu hoc iam ſaxum uoluo. PH. recipimus.
C. Ac libenter. G. at ego pro iſtoc, Phædria, & tu Chærea,
Hunc comedendū, & deridendum uobis propino. C. placet.
PH. Dignus ē. G. Thraſo, ubi uis, accede. T. obſecro te qd agim⁹?
G. Quid? iſti te ignorabant poſtq̃ eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & uirtutes tuas,
Impetraui. T. bene feciſti, gratiā habeo maximam.
Nunq̃ ēt fui uſq̃, quin me oēs amarent plurimum.
G. Dixin' ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam?
PH. Nihil prætermiſſum. G. Ite hac oēs uos. Valete, & plaudite.

CALIOPIVS RECENSVI.

¶ AE. Eho interiectio audientis qd̄ optabat. nōne hęc quę dixit Sostrata. s. illum, ex quo natus est puer, esse priorem & praeferendum. nōne ea uident tibi iusta. postea. i. postq̄ dicta sunt: & ea considerasti: uel quę postremo loco dixisti. Mi. nō uident mihi iusta. Aesch. obsecro non. i. dicis nō uideri illa tibi iusta. & hoc nō uultuose est pnunciandū. An. i. utrū. o pater utrū ipse amicus tuus abducet. i. abstrahet illam. hinc. i. ex hoc loco. Mi. qd ni. i. cur nō abducat illam. Aeschi. id sup. s. transactio: & pactio de nuptiis factū est a nobis duriter. i. dura mente & inflexibili: & non dure ac crudeliter, & immisericorditer. i. austere: aspere sine misericordia: sed cū rigore. atq̄ etiā o pater si dicendū. i. si licet dicere magis aperte i. clarius: aptius. factū inquā est a nobis illiberaliter. i. iniuste: inclemēter nō bene. quia liberalis bonus dr̄. Mi. quamobrē i. quare est ita factū a nobis illiberaliter Aeschi. Rogas me. i. interrogas. quare tandem: idest fine longis ambagibus & uerborum circuitionibus. quid animi: idest quem animum creditis fore: idest futurum esse illi misero. qui consueuit: idest consuetudinē & conuersationem habuit prius cū illa puella. Dona. legit consueuit illi uel illam. nam ueteres hanc rem consueui dictitarūt. qui infelix propter hāc surreptionem. haud scio. i. nescio an amat nunc illam puellam misere: idest ualde: & in miseriam suam ac infelicitatem: quid ergo illi animi creditis fore. cū. i. quando. ipse pręsens uidebit hanc puellam eripi: idest abduci. sibi praesenti. uel cape praesens aduerbialiter pro coram: quo etiam modo capi potest. Cice. ad Curionē. Praesens tecum egi: idest sum collocutus tecū. Apposuit autē: nescio an illam nunc amat: ut tolleret suspitionē de seipso: quia nimis aperte fuerat locutus, & ex affectu prae nimio amore: & qd animi creditis illi fore: cū ipse uidebit hāc puellam abduci. i. auferri. ab oculis suis: idest a conspectu suo. o pater facinus: idest factum uestrum. est indignum. idest inhonestum: & nō dignum quod a uobis fieri debuisset. Mi. Qua ratione: idest quo modo uel qua causa dicis istud. quis despondit: idest pmisit illam ei quem defendis. quis dedit illam puellam? quasi dicat prius rapta est, q̄ daretur? cui homini desponsata est supple aut data? quando nupsit: idest data est nuptui illi, quē tantopere defendis. dissimulat enim Mitio se nosse Aeschinū fuisse illum, qui eam stuprauerit. eum tamen latenter obiurgat q sine patre rem gesserit. quis est author his rebus: idest quis praeest seu praefuit his rebus faciendis uidelicet transactionibus: & pactionibus de connubio puellae: cum illo quē defendit. cur ipse quem miserum dicis. duxit: idest cepit in uxorem. alienam: idest eam, quae sibi non erat desponsata: neq̄ data: ac ideo aliena? Aeschi. an: idest utrū oportuit uirginem tam grandem: idest tantae aetatis, quantę est: inde grādis natu: idest annosus. Oportuit ergo uirginē tam grādem sedere: idest cessare: otiosam esse: torpere domi expectantem. dum: idest quousq̄. cognatus. i. aliquis de cognatione ueniret hinc illinc: prouerbialiter dictū: idest ex hac aut illa parte. O mi pater equum fuit te dicere hęc: idest honestum erat ut diceres haec quae dixi. s. eam non debuisse iamdiu sedere domi &c. & aequum fuit inquam te defendere id. s. quod nō oportuit eam tam grandem sedere domi expectātem: dum hinc illinc ueniret cognatus.

Illiberaliter
Pręsens
Cicero
Sedere

¶ CCVI. quasi dicat quis est ille iuuenis: & quādo nupsit. SER.

M. Ridicule, aduorsum ne illum causam dicerem,
Cui ueneram aduocatus? sed quid ista Aeschine
Nostra, aut quid nobis cũ illis? abeamus. quid est?
Quid lacrumas? AE. pater obsecro, ausculta. M. Aeschi-
ne audiui omnia,

Trocha. cata. quedra.

Et scio nã te amo · quo magis q̃ agis curæ sunt mihi.
AE. Ita uelim me ꝓmerẽtem ames, dum uiuas, mi pater,
Vt me hoc delictũ admisisse ĩ me id mihi uehemẽter dolet,
Et me tui pudet. M. credo Hercle · nã ingenium noui tuũ
Liberale · sed uereor ne indiligens nimium sies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem uitiasti, quam te ius non fuerat tangere ·
Iam id peccatum primũ magnum, at humanum tamen ·
Facere alii sæpe, item boni · at postq̃ id euenit, cedo,
Nunquid circũspexti? aut nunquid tute prospexti tibi
Quid fieret? qua fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,

DONA. ❡RIDICVLE.) Vocatiuus ẽ casus, ab eo qđ ẽ ridiculus. ❡ Quid ista Aeschino.) Hic iã ultima desperatio, & Aeschinũ in cõfessionẽ ꝓtraher, & in finẽ fallaciç senẽ deduect. Et bene qdẽ, nr̃a dixit. memor est enĩ se tridisse Aesch. interrogãti, Ti bi uero qd istic rei est? Nihil mihi qdẽ. Totum aũt hoc senex ad id redegit, nõ tã ut torqueret Aesc. q̃ ut maius faceret beneficiũ suum, exponẽdo in quod pene periculuз amor eius incideret. ❡ Quid est? qd lachry.) Quasi repẽte aiaduerterit flẽtem, & quasi cãm oẽm nesciat. sic inquirit. ❡ Aeschine.) Non exhibuisset psonã patris, n si pietate uictus, pan filiũ nollet cõfessione torqri. Virg. Nec plura q̃rẽtem Passa uenus, medio sic ĩ terfata dolore est. Bene ergo itelligũt, q sic accipiunt, perrectuꝝ adhuc fuisse Mitionẽ, nisi uict⁹ affectu fallaciã pieciisset. ❡ Nã te amo.) Bene addidit, nam te amo, &c. nam & inuidis, & inimicis moris est scire qd agamus. ❡ Ita uelim me ꝓme. ames.) Quam pie additum est ꝓmerentẽ: tanq̃ illic sit uotũ Aeschini, cũ possit pater ẽt immeritum amare. Et aiaduertendũ est, Vt sempet sequi, uel statim, uel ex interuallo, maxime in huiusmodi confirmationibus. sic Cicero, Ita uelim mihi deos ꝓpitios, ut cũ illius tpis mihi uenit in mentem, &c. ❡ Velim autem, ꝓ uolo antique dicit̃. ❡ Admisisse in me.) Me in me. *δυσεκτικῶς* adiectũ est. ❡ Et me tui pudet.) Ambiguũ quidam hoc dictum putãt · sed apparet adolescentẽ pp suum peccatũ dicere, non ꝙ qcq̃ turpe fecerit patri. ❡ Ne indi. nimiũ sies.) Non ergo ingratus, sed negligens Aeschinus. nec negligens, sed indiligens nec in alterũ, sed in se deliquit. Miræ clemẽtiæ genus est: aut omnino ignoscere: aut crimen in lenius cõmutare: nam tota obiurgatio ita amica est, ut nõ multũ a blandimento discrepet: magisq; ꝓficiat apud audientem, ut uult Teren. q̃ illa aspera atq; præfracta. ❡ In qua ciuitate tandẽ te arbitrate uiuere?) Cõmune ẽ locũ inducit, a psona, a facto, a tempore. ❡ In qua ciuitate Aliter pronunciandũ est, id est presse ac leniter, ne faciat illud Tullianum, Pro Dii imortales ubinam gentium sumus? quã remp. habemus? in qua urbe uiuimus? Et tandẽ pro tñ ❡ In qua ciuitate. Hoc est, oblitus es Athenis te esse, ubi uiuitur legibus? Vide oẽs snias poni accusatorias, & nihil amoris. isti sunt orationũ colores difficillimi: sed elaborauit Terẽ. Mitionẽ facere leniter accusantem, & inducere Demeã durissime blandientem. ❡ In qua ciuitate. Quod obiurgat Mitio, magni amoris est, & necessaria pro persoua assentatio. nõ enim cõuenit patrẽ nimiũ diligentem filium, eius p̃terire peccata. ❡ Virginẽ uitiasti.) Vide & rẽ dici, & abesse tragicã inclamationẽ, & ostẽdi delictũ, & ad ueniã festinari. nã statim dicet, Iã id peccatũ primũ est magnum, at humanum tñ. Et tota ꝓnũciatio hmõi uerbis summissa debetur. ❡ Fecere alii sæpe item boni.) Moris est exemplo lenire, qđ purgare non possis. ❡ Fecere alii sæpe Itẽ boni. Cõsolatio ab exẽplo. Et boni, non cũ hoc facerent, sed aliis boni ❡ At postq̃ id euenit. Euenit ingt, nõ, cõmissum est. nihil innocẽtius dici potuit. ❡ Nunqd circũspe.) *συγκοπή*. pro circũspexisti. Circũspicimus præsentia: Prospicimus futura. ❡ Quid fieret?) Id est qua rõne, quo modo fieret? & qua ratione, id est qbus adminiculis, uel per quas personas? ❡ Si te ipsum mihi puduit dicere.) Optime hoc additũ est: quasi nõ debuerit Aeschinũ apud Mitionem pudere.

Indili-
gens

Tãdem

Circum
spicio
Prospi-
cio

GVI. ❡ MI. O ridicule. i. deridende. qui. s. dignus es, qui ridearis cũ tuis uerbis absurdis & stultis. ne. i. utrũ. dicerem. i. dicere debebã cãm aduersus, uel aduersum (utrũq; enĩ dr̃) aduersus illũ. i. amicũ. cui. s. ad cuius defensionẽ. ueneram aduocatus. i. intercessor futurus, & auxiliari seu defendere paratus. sed o Aeschine qd ista facta: & ista negocia de hac puella intersunt sup. nr̃a: in ablatiuo fœminino. i. qd ad nos spectãt: aut qd nobis cum illis. i. qd negocii: qd cõmercii habemus cum illis: atq; (qd dici inepte solet) quid hẽmus agendũ de illis mulieribus, & negociis suis. abeamus. i. discedamus. ut aũt hoc dixit: aiaduertit repẽte eũ flentem: ticq; subiunxit. qd est? qd. i. cur. lachrymas. i. fles. Aesch. o pater obsecro ausculta. i. audi. Mi. non est passus pater filium torqueri in cõfitẽdo crimine suo: ppterea ingt audiui oĩa: noli detegeř. & nõ solũ audiui: sз scio oĩa qño se hẽant nã amo te quo. i. qua re. s. qa te amo: uel quo pro quãto · sed melius est ut capiatur q̃ re. ea, quæ agis sunt magis mihi curæ. Aesc. uelim. i. nolo utinã o p̃r ita ames ꝓmerentẽ. i. bene meritẽ & dignũ, qa te amet. nã ꝓmeremur bona tñ. dum. i. q̃diu uiuas. ut. i. sicut id quod seqtur. s. me admisisse in me. i. cõmittendo recepisse in me. hoc delictũ de uirginis stupro. dolet uehementer mihi. i. est mihi maximo dolori: siue affert mihi dolorẽ maximum: & ita inq̃ me ames. ut. i. sicut. me pudet tui. i. pp te. qm̃ pudore afficior: ꝙ sim tibi causa pudoris qa aliqd. s. ifamię mea cã contraxeris pp crimen meũ. Mi. hercle credo te pudere facti & mei nã noui. i. cognosco. ingeniũ tuũ. i. naturam tuam. esse sup. liberale. i. bonũ. qa liberalis bonus. sed uereor. i. timeo. ne. i. ut pro ꝙ. sis nimiũ indiligens. i. incurius: negligens. tandẽ. i. sine multis uerbis uide: uel considera: nam hic tãdẽ hẽt qddã urgens, & accelerans. Dona. uult capi pro tñ. in qua ciuitate. i. in qua cõmunitate. arbitrare. i. putas te uiuere. uiuis eni in ciuitate Athemensi: ubi legibus uiuit̃. Vitiasti. i. stuprasti: & corrupisti uirginẽ ciuem · quã uirginẽ ius non erat. i. nõ licebat te tangere · quod sine comparatione minus est, q̃ stuprare. iamprimũ. i. in primis. id peccatum est magnũ. i. enorme. attñ. i. sed tñ. ẽ humanum. i. a fragilitate humana defluxum: quę uariis luditur cõcupiscẽtiis. sæpe. i. pletunq; alii boni: non tunc cum facerent, sed alias. fecerunt item. i. similiter ut tu. at. i. sed. postquã id euenit. i. contingit tibi hoc facere. cedo. i. dic. nunqd. i. nunqd aliqd circumspexisti. i. considerasti tanquam præsens. Circũspicimus p̃ñtia: pspicimus futura. aut nunqd tu te. i. tumet. prospexisti tibi. i. prouidisti tibi: tanq̃ de futuro uidelicet. qd fieret. i. factu bonum esset. quo modo. i. qua ratione: qua uia quibus adminiculis · quibus personis fieret. illud quod esset faciendum: si teipsum puduit dicere mihi.

❡SED qd ista ĩ nr̃a te. s. referrẽt hoc delictũ. i. q cælaui. Me tui pudet. s. erga te habeo pudorẽ. In q̃ cõputabas te uiuere. q. d. nõ ĩ q̃libet ciuitate: sed Athenis ubi minime hoc posset: qa hic ẽ lege uetitũ nõ tangere ciuẽ: & hoc dicit uirginẽ &c. Multa peccata in hac re apparent: & iã in priĉipio id primũ peccatũ est magnũ. Sed tñ hu. i. tolerabile. Nunqd circũspexti. i. cogitasti. apud te quãtũ esset illud qđ feceras. An nũquid prop. i. puidisti tibi quid fi. i. an duceres illam: an non. & si cogitasti te ducturum: prouidisti qua ratione fieret hoc cũ tu mihi illud cælasses: & hoc est: si te mihi &c.

Prome-
ren

Libera-
lis

Item
Circũspi-
cere &
pspiceř

SER.

❡Qua

Qua resciscerem? haec dum dubitas, mẽses abierunt decẽ.
Prodidisti & te, & illã miserã, & gnatum, qđ qdẽ in te fuit.
Quid credebas? dormienti haec tibi cõfecturos deos?
Et illam sine tua opera in cubiculũ tuũ deductũ domum?
Nolim caeterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. AE. hem. M. bono animo es, inquam. AE. pater,
Obsecro nũ ludis tu nũc me? M. ego te? q̃obrẽ? AE nescio,
Nisi qa tam misere hoc cupio esse uerũ, eo uereor magis.
M. Abi domũ, ac deos comprecare, ut uxorem accersas. abi.
AE. Quid? iam uxorem? M. iam. AE. iam? M. iam quantum potes. AE. Di me pater
Omnes oderint, ni magis te, q̃ oculus nunc amo meos.

DONAT.

Qua

Abeo

¶ Q V A re.) Qua.i.p quos. & ad oia subaudit: nunqd circũspexti. ¶ Qua re. Deest Re, uel rõne. ¶ Mẽses abie. de.) Mi te abierũt. q.d. Te cessante mẽses cessere: & locus est incusatiõis a tpe. Et abire dr̃ qđ paulatim nos deserit: hoc autẽ ex partu intelligit.

Quod i te fuit

¶ Quod qdẽ in te fuit.) Sallu. Quod in familia nr̃a fuit, pstitit, ut in oibus bellis adesset uobis. Et Cice. Senator P.R. qđ in oibus fuit, iacuit, & pnoctauit in publico.

Prodo

¶ Prodidisti & te & illã mi.) Vide festiuũ senẽ quãtũ se adolescenti accõmodet: nõ enĩ illũ quẽ cã deposcit, sed amatorium ordinẽ fecit, prius dicẽdo pdidisti te, q̃ illã, tum ẽt gnatum, ut ex animo amare uideat id qđ natũ est. ¶ Prodidisti. Decepisti uel deseruisti, ut Virgil. Vnius ob irã Prodimur. ¶ Qđ quidem in te fuit. Pro, id quod in te erat.i. quantũ in officio tuo spei & auxilii partisq̃ tuaꝶ uel, quãtum ad te spectabat. Et hic est illud qđ obsequẽtissimus pr̃ uult oia p se eẽ correcta. ¶ Dormiẽti haec tibi cõfe. deos?) Quam mitis, q̃ faceta obiurgatio. Videt satis Mitio ille esse qui ante est descriptus. ¶ Quid credebas? dormiẽti tibi, &c. Incerta distinctio: nã & p se qđ &, quid credebas, legi põt: & uelut per hoc subaccuset Aeschi. Dormiẽti haec tibi cõfecturos deos? inferr̃. Et quae sint quae a diis, cessantibus pstari nõ possint, sequenti uersu docet, ne uideat̃ de diis male sensisse. ¶ Dormienti. Multo melius q̃ si diceret cessanti & nõ, facturos: sed qđ plenũ est, cõfecturos.

Facere

Cõficer̃

Et mire deos ponit in eo negocio qđ ipse pstat: tanq̃ hic & se & deos excuset, q non fecerint Aeschino, quae uolebat, ẽt dormiẽti. ¶ Et illã sine tua ope. in cubi. tui dedu. do.) Ordo, deductũ iri domũ. ¶ Nolim caete. re. te socor.) Quã nihil imperiose ac p authoritate patria fit. nolim, inqt, te socordem caeteraꝶ reꝶ esse. nõ dixit, ne sis socors.

Bono aio es

Es, esto

¶ Bono aio es.) Apparet flenti haec dicta oia esse. & hoc decuit uerecũdũ adolescentẽ & ex in tãtae orõnis, & metu amittẽdae puellę. Et Es, mõ imperatiui modi est, tpis praesentis. nam esto, futuri est. ¶ Duces uxo.) Dat in ultima obiurgatiõe, & breuiter & plena securitas. ¶ Hem.) Singultiẽs fletu & gaudio dixit hem. ¶ Obsecro, nũ ludis tu nũc me?) Moestus amatoris animus ludentẽ serio loqui credidit: uera dicẽtẽ, qa optata sunt, putat ludere nũc. Potest & ob hanc cãm dicere, ludis tu me nunc: q nunq̃ eũ antea luserit. ¶ Ego te? quãobrẽ?) Magna uis pnoium cur nõ ludat. qbus & accessit cõsideratio rei. nã primo ego: deinde de te. deinde causae propositio. Et recte Ludis. Est enim amãtis, in falsum metũ cõncere imminẽte laetitia, qualibet sniam. inimici uero in falsum gaudium quemq̃ impellere sub alicuius moeroris aduẽtũ. & iõ negat se Mitio in hac parte lusuꝶ Aeschinũ qui in aliis luserit.

Misere

Nimis

¶ Quia tam mi. hoc cu. esse ue.) Pro nimis: qa timiũ miseria: ut, Ne qd nimis. hoc eni putãt, qui uirtutes mediocritates esse dixerunt. ¶ Nescio.) Religiose dixit nescio: quasi nõ sit rõ quare non credat patri, quis subiecerit cãm.

Abi, abi

¶ Abi do. ac deos cõ.) Magnus institor sui beneficii est, qui a diis petendũ esse dixit, qđ ipse praestabit. an ideo qa ordinis fuerat, prius rẽ diuinã facere, & sic uxorẽ accersere? Et bene repetitũ est Abi: quasi haerenti morãtiq̃: ut, Vos istaec intro auferte: ab te. ¶ Quid? iã ne uxo.) Accessit ad bñficiũ tps. & iõ Iã quasi gestiẽs repetit adolescẽs. ¶ Quãtũ po.) Aut deest cito, aut q̃tũ potest esse.

GVL.

¶ Q V A.i. per quos. uel qua.i. quare: qua uia: qua rõne resciscerẽ.i. cognoscerẽ: qđ feceras. nunqd inquã circũspexisti quod te factuꝶ putares: dũ te ita pudebat. dũ.i. quãdiu dubitas.i. nõ audes haec dicere mihi. decẽ mẽses abierũt.i. fluxerunt. pdidisti.i. decepisti te & illã puellã miserã. & pdidisti.i. decepisti. natũ.i. filiũ quẽ ex ea sustulisti qđ qdem in te fuit.i. q̃tũ ad te spectauit: hoc est decepti estis tu & gnatus & mr̃ q̃tũ ad te spectauit: hoc est decepti estis tu & gnatus & mr̃ q̃tũ ad te spectauit: quis q̃tũ ad te spectãt q̃tũ poteratis decipi p tuã neglẽgẽtiã: quis q̃tũ ad te spectauit oino oĩm tuũ defuit: & est elegãs dicẽdi modus. ubi qs diceret quantũ potui & debui adiuui eũ elegãtius sic: Quod qdẽ in me fuit adiumentũ illi suppeditaui. Similiter ubi dici solet: Quãtum potuisti pauperẽ me reddidisti. elegãtius sic: Quod qdẽ in te fuit ad inopiã redactus sum. Simil'r hic qđ in te fuit.i. quãtũ potuit fieri p tuã indiligẽtiã pditus es. itẽ mater: itẽ natus ex ea.

Quod i te fuit

Quid? modus interrogãdi: & melius ẽ ut fiat hic distinctio ac scortum legat. Credebas Deos pfecturos.i. ad plenũ facturos haec.i. ut tibi crimẽ ignosceret & cõnubia crãsigerent. & credebas illã puellã deductũ in futuꝶ: infinitiui passiua. deducẽdã esse.i. credebas q illa deduceret in futuro tibi dormiẽti.i. cessanti & nõ uigilãti in tuis negociis. & deduceret ergo domũ aduerbialr̃ ad locũ & i quã partẽ domus? in cubiculũ.i. in camerã: in qua dormire soles: & q̃ uxore habita diceret thalamus: in quo ẽ lectus genialis. Credebas inq̃ ut hoc fieret sine tua opera.i. sine tuo labore & sine tua industria ac diligẽtia. Noli.i. nõ uolo. te esse secordẽ.i. imprudẽtẽ: improuidũ: incõsideratũ: ignauũ caeteraꝶ reꝶ.i. in aliis rebus, & negociis. eodẽ mõ quo.s. fuisti in hoc negocio.

Cõficer̃

Secors

Cordatus

Secors dr̃ quasi seorsum, aut semotũ a corde.i. uel a fortitudine & audacia uel a prudẽtia. Nã cordati hoies dicunt sapiẽtes, aut prudẽtes: ppterea secordes nõ imerito dicunt iprudẽtes. Et qm inter haec dicẽda flebat Aeschinus nõ subdit securitatem. es.i. sis: secũda psona imperatiui singularis. bono aio.i. hẽas bonũ aium. & (qđ dici solet) facias bonũ uultum. duces hãc puellã uxorẽ.i. hẽbis eã in uxorẽ. Aesc. Hem interiectio emissa est a singultiẽte fletu & gaudio. Mi. inquã.i. dico tibi es.i. sis bono aio Aesch o pr̃ obsecro te. nũ.i. nunqd. quasi optet negatiuã rñsionẽ. tu ludis.i. alludis: derides me: ludificas me tuis uerbis nunc quasi prius non luseris. Mi petis utrũ ego ludam te? quãobrẽ.i. quare ludẽrẽ te uel quare petis. Aesch. Nescio qua rõne nõ credo tibi. Iõ.i. eã ob rẽ magis uereor: qa cupio tã misere.i. tã nimis uel uehementer: uel obnixe dictum tuũ sup. esse ueꝶ uel qa cupio tã misere ueꝶ esse me illam ductuꝶ uxorẽ.

Misere

Misere interdũ capit̃ p ualde: & qdẽ ubi est aliqd miseriae: ut in cupiẽte nimis est passionis aliqd quod est aio molestũ nã esse nimis a uirtute recedit Mi. abi domũ ac comprecare deos.i. pces effunde Diis: tanq̃ ante sit res diuina facienda: deide uxor accersenda. ut accersas.i. aduoces: uenire facias ad te uxorem. deinde quasi haerenti Aeschino & moranti repetit. abi.i. fac quod est tibi iam dictũ Aeschi. qd modus interrogandi. iã ne.i. utrum iam nũc ducã uxorẽ. Mi. Iam i. nunc duces uxorem. Aesch. Iã.i. nunc ducam: quasi prae gaudio tãtae suae felicitatis saepius repetit. Mi. iam duces quantum potes.i. cito, & quãcelerrime fieri potest a te. Vel potest referri id ad quod prius dixerat abi. & tũc est sensus. Abi inquã quantum potes.i. quãcelerrime potes abire: uel quantum potest a te fieri: uel a te abiri: & abscedi p impersonale uerbum. Aesch. o pater Dii omnes oderint.i. odio habeãt me. hic enim ponitur pro odiant: si haberemus. ni.i. nisi ego magis amo te nunc q̃ oculos meos.

SER.

¶ N V M i. ludis? hoc ideo dicit qa superius eum illuserat.

DONA. ¶QVID: quã il.) Cõmẽdat se Mitio, & familiariorẽ amatori fac, mẽtionẽ faciẽdo sęp° de amica i uxorẽ ducẽda. ¶ Nimã te, quã oc.n.a.m.) Mire Nũc addidit. & elegãter iuẽtũ est qd' i se amator multũ diligat. i. oculos. ut ecõtrario i Eunu. Adolescẽti ipsi eripere oculos. i. ipsos de qb° amat. ¶ Aeque.) Sic ifert hoc, q̃si dubitãdo iueneri. ¶ Perbenigne.) Mitũ putat, q̃a amator hoc dixit: ergo benigne, large abũdeq;. ¶ Quid, il. u. ẽ Mi.) Nõ amat, si statĩ timeri desinit. uñ Virg. Oia tuta timẽs, eadẽ ipsa fama, furẽti Detulit, amari classẽ, cursumq; parari. ¶ Abiit. na. ascẽ.) Facete, abiit: ne diceret, mẽtitus sum. atq; ita dixit, ut ĩfantib° nutrices de terriculis dicere solẽt q̃s cũ ipsę ꝯfixerit, aboltas uolũt, postq̃ illos uidẽt nimiũ pauere. Et mihi uĩ ridens hęc dixisse: ut itelligat Aes. Mitionẽ ioco fuisse mẽtitũ. ¶ Tibi ob. ma.) Mira sñia, deos obseq bonis, q̃si bonis hoib° multũ debeãt. & i excusationẽ precãdi deos uide q̃ facultas nata sit patrẽ sine assentatõe laudãdi. nõ ẽ aũt iniuriosũ, ad patrẽ referre depcationẽ deoꝝ: sed magis honorabile. nã tale ẽ apud Vir. Tu genitor cape sacra manu, pf'iosq; penates. ut ipse patrẽ portet, hic deos. ¶ Ego eo itro, ut q̃ op° sũt, parent: tu fac ut dixi, si sapis. Hic uersus, ĩ qbusdã nõ iuenit. ¶ Quid hoc ẽ ne.) Et mirãtis hęc, & laudãtis oro ẽ. & pene uĩ hmõi patrẽ Ter. pbari. ¶ Qui ma. m. g.) Qui, quo mõ, q̃ te, q̃ rõe. ¶ Hic nõ a.) Oia pfecit hic pr̃, ut & ametĩ, & laudetĩ, & foueatĩ. ¶ Magnã mi. in. sua cõ. cu.) Mira sñia, mala ẽt de bonis nobis nasci. an bon° patẽs magnę curę ẽ filio? ¶ Sciẽs ca. Facerĩ qd' nolit. s. ¶ Sed ces. ire l. ne mo. m. nu. eg. si.) Bñ si, utpote obiurgat°.

Qui

GVI. ¶MI. Quid? modus iterrogãdi. amas sup. me magis q̃ illã? Pã. Aesc. aeq. i. ita aeq̃lr te amo: atq; illã M. pbenigne. i. ualde benigne: seu ualde large: plixe: ac liberaliter me amas: si illã ęquo q̃rẽ ad tuũ amorẽ i me & eã. Aes Quid? modus iterrogãdi. ubi ẽ ille Milesius. i. uir de Mileto: q ad eã ducẽdã ueneratĩ. Mi. abiit. i. discessit. periit. i. multũ pditus fuit mẽte: ac saucius i corde ut cognouit te illã ductũ: ascẽdit nauẽ q̃ ueherẽ Miletũ. sed cur cessas. i. moraris: cũctaris: tardas: nec mihi obseq̃ris abeũdo: & Deos cõprecãdo, ut accersas uxorẽ. Aes.

M. Quid? q̃ illã? AE. aeque. M. perbenigne. AE. qd, ille ubi est Milesius?
Abiit: periit: nauẽ ascẽdit: sed cur cessas? AE. abi pr̃.
Tu potius deos comprecare nam tibi eos certe scio,
Quo uir melior multo es, q̃ ego sum, obtemperaturos magis.
M. Ego eo itro, ut q̃ op° sũt parẽtĩ: tu fac ut dixi, si sapis. *Iãb. qua aca.*
AE. Quid hoc ẽ negotii? hoc ẽ patrẽ eẽ, aut hoc ẽ filiũ eẽ? *Iãb. oc. scaꝫ.*
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amandus? hicine non gestandus in sinũ est? hem,
Itaq; adeo magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciã, quod nolit: sciens cauebo.
Sed cesso ire itro, ne mora meis nuptiis egomet siẽ? *Troch. cat.*

o pr̃ abi. i. discede tu potius, q̃ ego. cõprecare Deos pcibus. nã certo scio eos deos magis obtẽperaturos. i. morem gesturos tibi quo. i. q̃to es uir multo melior q̃ ego. Mi. ego eo itro in domũ: ut ea q̃ sũt opus. i. q̃ sunt reqsita & necessaria ad nuptias parentĩ. i. apparentĩ. Dicimus hęc sunt mihi opus, & op° est mihi his reb°: ut satis est manifestũ. tu Aesc. fac, ut dixi, si sapis. Aes. admiratĩ Aeschi. benignitatẽ pr̃is: pariter & laudat. qd hoc negocii ẽ. i. qd sibi uult hoc negociũ: admirãdo dicit: cũ tot negociũ iter patrẽ, & filiũ agaĩ ita benigne. hoc. s. qd pr̃ erga me facit. est. i. signat: ne ipm sup. eẽ patrẽ. i. uti seueritate pr̃is. q. d. non: cũ benignitate sodalis poti° utatĩ. aut hoc qd s. ego facio ita familiariter agẽdo cũ pr̃e. est ne. i. utrũ signat me eẽ filium. i. uti timore filiali: quo solẽt angi filii apud parẽtes de uitiis responsuri: si pr̃ meus eẽt frater: aut sodalis. i. ꝯiunctor pari familiaritate utẽs: & q solet et uelut familiaris socius mecũ i mẽsa micitare. q. i. quo mõ: qua rõne: q̃ te magis morẽ gereret. i. magis cõplaceret, q̃ cõplaceat. Nõ. i. nõne. q. d. sic. hic. s. pr̃ talis est amãdus. i. amore dignus. hicne. i. utrũ hic pr̃ nõ est gestandus. i. fouẽdus: portãdus in sinu. i. inter brachia. si qñ debilitate cõfectus egeret ut portarerĩ: q cũ sit talis dignus est q gestari deberet in amplexu brachioꝝ. Hem: iteriectio admirãtis uel anxii ac timẽtis offenderĩ. itaq. i. & sic si sint duo uerba: uel ideo si unũ. aniecit mihi. i. incussit: itulit: irrogauit mihi adeo. i. ualde. magnã curã. i. sollicitudinẽ sua cõmoditate: sua opportunitate: sua mititate ac benignitate: sua bonitate & clemẽtia. ne. i. & nõ faciã i optatiuo. forte. i. casu aliquo imprudens. i. p iprudẽtiã id sup. qd' nolit me facere. ego sciẽs. i. aiaduertẽs: & attẽdẽs cauebo. i. ꝓuidebo ne' qd faciã quod nolit. sed cesso. i. nimis tardo ire intro: & iõ celeriter uado. ne. i. ut nõ egomet sim mora. i. sim retardatio meis nuptiis.

Op° esse mihi hęc & his

SER. ¶QVID. s. dicis? diligis me plusq̃ illã. Ego eo q. d. nõ sum ociosus ad deprecandũ Deos: sed tu fac ut dixi. i. deprecare. Itaq; q̃a tã bonus est: facit me sibi obnoxiũ & curiosum. Ne faciã impru. tale qd qd' nolit sciẽ. i. postq̃ resciuerit, uel aliter ne faciam impru. quod nolit. Nam sciens bene cauebo.

ACTVS IIII. SCENA VI.

DEMEA.

DEfessus sum ambulãdo, ut Syre te cũ tua *Senarii.*
Monstratione magnus perdat Iuppiter.
Perreptaui usq; oẽ oppidũ, ad portã, ad lacum.
Quo non? neq; illic fabrica ulla erat, neq; fratrẽ homo
Vidisse se aiebat quisquam: nunc uero domi
Certum obsidere est usq; donec redierit.

DONA. DEfessus sum am.) Hic exẽplũ inducitĩ senis ex affectu uero, & ob hoc iuisi oib°. nõ aũt tñ amare uultu q̃ ipsa te inducitĩ. nã neq; sibi, neq; cuiq̃ alii, sed filio tñ cõsultũ cupit. De aũt, ualde signat. ¶ Vt Syre te cũ tua mõ.) Vt, p utinã. & hęc oia anhelitus dixit. ¶ Te cũ tua. Adhuc nõ credit in errorẽ se missum fuisse. ¶ Te, cũ tua mõst. i. Ἀιαυτικῶς. Te cũ tua mõstratiõe. ¶ Perreptaui usq; oẽ op.) Tardus icessus nõ pambulatio, sed preptatio dr̃. ¶ Ad por. ad la. quo non?) Mire ꝓpinqora omisit, utpote porticũ, macellũ, Ctatini, ędes tẽplũ Dianę: & ultima posuit, ut q̃rũ pagrauerit demonstraret ¶ Ad lacũ. Facete Poeta memorẽ iducit senẽ, quoꝝ minime opus fuit meminisse. ¶ Quo nõ? Duob° dictis, Quo nõ addidit: q̃si & ad dicẽdũ lassus appareat. ¶ Certũ ob. est usq; do. re.) Proprie obsidere dixit. cõmunit. n. & irato, & repẽte aggressuro. & ab eo qd' est obsideo, obsidere facit, ꝓducta media syllaba. ab eo qd' ẽ obsido, obsidere facit, eadem syllaba correpta.

De

Vt

Perreptatio

GVI. DEfessus &c. Hic D. quem instituerat Syrus ut q̃reret fratrẽ p urbẽ totus defessus hic cõquerirĩ de Syro: q nõ signate mõstrauerit locũ: in quo esset frater. De. solus anhelãs secũ loqtur. Defessus suꝫ. i. ualde fessus suꝫ ambulãdo. ut. i. utinã. o Syre magn° Iupiter pdat. i. destruat te cũ tua mõstratiõe. ego preptaui. i. lẽto passu incessi: q̃a senex. p totũ oppidũ. i. p totã urbẽ Athenaꝝ. usq;. i. ꝯtinue sine ulla itermissiõe laboris: nullaq; qete iteriecta: uĩ usq; ad portã: usq; ad lacũ quẽ mihi dixerat Syrus. quo. i. in quẽ locũ urbis nõ preptaui inquã. uel sic dicas. quo. i. in quo loco urbis. s. ad portam & lacũ nõ erãt: neq; ulla fabrica. i. officina fabri. neq; quisq̃ hõ aiebat se uidisse fratrẽ Mitionẽ. & hoc modo astruẽdo tres negatiões nõ plus efficiũt, q̃ duae. Vero. i. sed. nũc certũ ẽ mihi. s. i. deliberatũ ẽ apud me, & decretũ. obsidere. i. sedere

re.i.sedere tanquã in aliqua obsidiõe. domi.i.ĩ domo fratris. usq.i.assidue: cõtinue. donec.i.quousq. fr rediẽrit.i.sit reuer sus. & bñ obsidere inqt tanq̃ iratus sit fři & repẽte eũ aggres surus cũ pmũ uenerit. Reptare significat tarde icedere seu lẽto passu ambulare: ut faciũt senes amplius igredi nõ ualẽtes. tardus.n. icessus nõ pambulatio: sed perreptatio dici debet. Mitionem interrogat. & huiusmodi interrogatio, sm figurã suam non habet responsionem: sed mitio sic respondit, qua si simpliciter inquirenti. ▼ Illinc huc transfertur uirgo.) Vir ginẽ q̃ etiã cũ uiro fuit. uocat. Vir. Ah uirgo infelix. ▼ O Iup piter, istocine pa. fieri opor.) O Iuppiter tragice adiecit a Mi tiõe uersus. Istocine pacto, ad ipm Mitionẽ respiciens dixit.

ACTVS IIII. SCENA VII.

MITIO, DEMEA.

M. IBO, illis dicã nullã esse in nobis morã. *Senarii.*
D. Sed eccum ipsum, te iam dudum quæro Mitio.
M. Quid nam? D. fero alia flagitia ad te, ingentia,
Boni illius adolescẽtis. M. ecce autem. D. noua
Capitalia. M. ohe, iam. D. nescis qui uir sit. M. scio.
D. Ah, stulte tu de psaltria me somnias agere.
Hoc peccatum est in uirginem ciuem. M. scio.
D. Eho, scis & patere? M. quid ni patiar? D. dic mihi,
Non clamas? non insanis? M. non. D. malim quidem.
Puer natus est. M. Di bene uortant. D. uirgo nihil habet.
M. Audiui. D. & ducenda indotata est? M. scilicet.
D. Quid nunc futurum est? M. id enim, quod res ipsa fert:
Illinc huc transferetur uirgo. D. o Iuppiter,
Istocine pacto oportet? M. quid faciam amplius?

SER. DEfessus sum. Postquã res Aeschini cõ uenientibus personis mitigata est: in ducitur Demea ut quali ter de hac re se habeat, ostendat: & ita per hoc negociũ, sicut ĩ aliis qua litas eius duritiæ osten datur. habet occasionẽ ueniendi: quia cum dece ptus monstratione Syri fratrem non inueniat redit domum: ut eum ibi præstoletur: & cũ se deceptũ itelligat: sic ma ledicat Syro. ut.i. utinã &c. Quo nõ: scilicet fui.

DONA. IBo, illis d.) In hac scena est exẽplum intempestiuæ obiurgationis, ac p hoc ridienlæ. ▼ Ibo, illis dicã. Moris est secũ loq uel senes, uel maxime ali qd ex aĩo agentes ▼ Illis dicam. ▼ Sostratæ & filiæ. ▼ Fero alia fla. ad te in.bo. Magno sonitu, ac ingẽti ostẽtatiõe futuræ accusatiõis exorsus ẽ. magna sunt.n. oĩa, & fero, &, alia flagi tia, &, ĩgentia, & qd εἰρωνικῶς, bõi illius adolescẽtis: dicit. Bõi illi⁹ adolescẽtis. εἰρωνεία, q̃ semp amarius ponit, q̃ criminatio mãifesta. ▼ Ecce aũt. Ecce dr̃, cũ repẽte triste aliqd rebus iter uenit lætis, aut certe cũ aliud agitur, aliud emergit nouũ. ut Virg. Ecce aũt gemini a Tenendo trãquilla per alta, Horre sco referens, immensis orbibus angues. Et, ecce trahebatur passis Priameia uirgo Crinibus. Et Cicero, Ecce aũt repente ebrio Diomene, esurientibus cunctis, &c. ▼ Noua. Recẽtia. an mira & magna: ut Pollio & ipse facit noua carmia. ▼ Ne scis q uir fiet.) εἰρωνεία. nã uir, ad laudem sumi solet. ut alibi Virũ te iudico. ▼ Scio.) Satis ridicule, nec qd' ille enpit, aboe gat Mitio ut cõsentiendo, iracundiam De meæ actiorẽ fieri * possibilem sibi, mitigare queat. nam Scio ad negotii totius gestionẽ retulit, nõ ad illud quod ait, Nescis q uir fiet. ▼ Eho, scis, & patere?) Iã & illi irascitur, nõ Aeschino. ▼ Nõ malim qdẽ) Alii uolunt Mitionem dicere, Malim qdẽ alii De meam. ▼ Puer natus est Di bñ uertant.) Hic bono exẽplo in ducitur Mitio irascentẽ iuste Demeam leniter ferre: qa exa nimato ob mœrorẽ nõ cõuenit inclementer ire obuiam, cũ possit in tẽpore obiurgari postq̃ destomachatus fuerit. Et ui de q̃ facete: cũ ille, Puer natus est, ad argumentũ mali attule rit: hic ita rñdit, quemadmodũ solent illi quibus puellã nasci metuentibus nuntiatur, puerũ natum esse. nã in oĩbus quæ cupite uenerit, Di bñ uertant, dici solet: qa sæpe homines ea optauerunt quæ aliis aliter atq expectauerunt, contigissent quam potestatem rerum uertentium semet in utranq par tem, Vertumno deo superesse ueteres existimauerũt. ▼ Vir go nihil habet.) Volt rem sine remedio uideri: quia scit pos se nuptiis finiri solicitudinem. Et uide amaritudinẽ Demeæ cõtra omnes, ut nec uirgini ipsi parcat. ▼ Audiui. ἀφελῶς, & enim [illegible] respondendum, quasi leue sit quod ad missum est ▼ Et ducenda indotata est? Ducenda s. nisi dam nandus sit Aeschinus. & hoc uerbum, necessitatis uim habet ut, Pa em Troiano ab rege petendum. ▼ Quid nunc futu rum?) More irascentium, cum ipse sciuerit quid futurum sit,

Ecce

Nouum Vir.

Dii bñ uertant

Vertumnus

GVI. IBo illis &c. In hac scena est exẽplũ in tempestiuæ obiurgatiõis: & p hoc ri diculę. Mi. ibo ad Sostra tam. dicã illis matri & fi liæ nullam esse morã in nobis: me & filio. De. cõ stituerat diu illic domũ obsidere: sed interea ui dit fratrẽ, dixitq. sed ec cũ.i. ecce hic ppe ipm fra trem. o Mitio quæro te: & nõ quæro pro te iam dudum.i. ex multo ante tpe. Mi. quidnam.i. cur q̃ rebas me? De. fero.i. affe ro: & ĩ pectore gesto re condita alia flagitia ingẽ tia.i. enormia illius boni adolescentis. boni dixit per ironiã, quẽ flagitiosissimũ intelligat. Mi. aũt.i. sed ecce.i. abest repẽtinũ malum & turbatio gaudii. Ecce dicitur cum repente aliquid triste rebus interuenit lætis: aut certe: qñ cũ aliud agitur: aliud emergit nouum. De. fero inq̃ flagitia no ua.i. recentia uel mira: seu magna & capitalia.i. ppter quæ, qui commisit, dignus sit capite plecti. Mi. Ohe interiectio oñdens tædiũ afferri. iã.i. nunc. desine.i. desiste ista inculcare & loq. De. ah: interiectio dolentis. nescis q.i. q̃lis uir sit. Mi. scio q uir sit. De. ah: hic q̃si ridẽtis est o stulte.i. incõsiderate. & tu somnias me agere.i. loq de Psaltria q̃ fuit rapta a leno ne. hoc pctm̃.i. flagitiũ hoc: qd fero. est.i. extat. in uirginẽ.i. er ga uel cõtra uirginẽ ciuẽ atticã. s. ac ppea graue & capitale p leges Mi. scio ẽt illud. De. eho: interiectio irascẽtis. nsc. n. ipsi Mitioni irascit, nõ soli Aeschino. Scis.i. cognoscis illud flagi tiũ eẽ factũ & patere.i. pateris, seu pmittis, & fers. q.d. nõ de beres. Mi. qdni.i. cur nõ patiar pferri cũ mederi non possim. De. dic mihi nõ clamas.i. uociferas aduersus Aesc. iurgiis & pprobriis nõ insanis.i. nõ uerteris in furiã: cũ hęc certiis. Mi. nõ qdẽ.i. nõ ẽt dico sup. ille Aeschinus. malũ uerbũ.i. molestũ aliqd: & nõ malim: ut legi in aliqbus codicibus. nã Donatus malũ dicit: nec ẽt cohæret sensus. De. puer natus ẽ ex Pam. s. Mi. Di bñ uertãt.i. qd' dici solet, bñ possit euenire: seu bñ, fe liciterq euenuat. uel Di agãt plerisq. n. bõa ĩ peius: mala mu tatĩ in melius. De. uirgo Pã. nihil hẽt.i. est paup. Mi. audiui.i. intellexi eam nihil hẽre. De. & ipsa uirgo est ducenda.i. capi enda in uxorẽ. indotata.i. sine dote Mi. s.i. certe est ducenda indotata. De. qd nunc est futurũ de hac re. Mi. enim.i. certe id est futurũ. qd' ipsa res.i. ipsa necessitas fert.i. affert, & postu lat, seu cõpellit. Virgo.i. ipsa Pam., q̃ prius erat uirgo: anteq̃ ab Aeschino stupraret. trãsferet' ur.i. traducetur illic.i. ex do mo sua huc in domũ nram. De. Proh Iupiter irascentis excla matio tragica potius, q̃ comica: quasi sit: Testor te Iouẽ id ita fieri non debere. Istocine.i. utrum oportet fieri sup. nu ptias isto pacto.i. isto mõ quẽ dicis ẽt sine dote. Mi. qd faciã amplius.i. ultra q̃ feci: uel quid pter nuptias a me fieri põt.

SER. IBo dicã illis.i. matri & filiæ morã de nuptiis ca pitalia.i. digna puniri capite. mali qdẽ s tibi au ferri oculos: qui insanirem ut tu facis. s. aduerbiũ affirmandi. Quid nunc futurum est. q.d. morien tur fame. id. n.i. certe. quæ res.i. euentus attulerit.

D. Quid facias, rogitas? si non te ipsa tibi istuc dolet,
Simulare certe est hominis. M. quin iam uirginem
Despondi res composita est fiunt nuptiæ
Dempsi metum oēm. hæc magis sunt hominis. D. ceterū
Placet tibi factum Mitio? M. non, si queam
Mutare. NVNC, CVM nō queo, æquo animo fero.
ITA VITA EST HOMINVM, qsi cū ludas tesseris
Si illud quod est maxume opus iactu non cadit:
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
D. Corrector nempe tua arte uiginti minæ
Pro psaltria periere, quæ quantum potest,
Aliquo abiicienda est, si non pretio, uel gratis.
M. Neq; est, neq; illam sane studeo uendere.
D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. pro diuum fidem,
Meretrix, materfamilias erit una in domo?
M. Cur nō? D. sanumne te credis esse? M. equidem arbitror.
D. Ita me Di ament (ut uideo ego tuam ineptiam)
Facturum credo, ut habeas qui cum cantites.
M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc discet? M. scilicet.

DONA. ℂSI non te ipsa tibi istuc dolet.) Nūc rem pro ueritate posuit. ℣ Simulare certe est hominis.) Nō hoc dixit quia hominis est mentiri, sed quia sæpe iracundiæ simulatio, custodia disciplinæ est. ℣ Iam despōdi res cōposita est. fiunt nuptiæ.) Ne diceret, despondi, composui, facio Et despondet puellā qui petit. Spondet a quo petitur. Recte ergo socer futurus despōdi dixit. ℣ Hæc magis sunt hominis.) Bene repetit hominis ille eni dixerat, Simulare certe est hominis. ℣ Caeterum placet tibi factū Mitio.) Nihil aliud uolebat Demea, nisi ut sentiret Mitio. quod impetrare non potuit, ēt ab eadem sententia de prauitate & peccato Aeschini. ℣ Si illud quod maxime opus est iactu non cadit.) Vtrum quod opus est iactu: an iactu nō cadit: incerta distinctio. ℣ Quasi cū ludas tesseris.) Rectū erat si diceret, Ita uita est hominum quēadmodū tesseris ludere aut quemadmodum ludus est tesseratū. Nota ergo genus locutionis. ℣ Illud qđ cecidit forte, id arte ut corrigas.) Ars adhibenda pro fortuna. nō eni si male iactus cecciderit, deserendus est ludus. Et forte nunc pro fortuna intelligēdum. ℣ Corrector.) Quia dixit, Arte ut corrigas. sed moris est iratis ab ultimo uerbo cōtradicentis incipere. ℣ Neq; est neq; illā sane stu uēde.) In scopulo uersatur Mitio, in quo eligit ineptus potius uideri, q̄ pdat Ctesiphonē patri. ℣ Cur non?) posset dicere Nō est Aeschini amica: sed celanda est culpa Ctesiphonis. ℣ Ita me Di ament ut ego uideo tuam ineptiam.) Ordo est, Ita me Di ament, te facturum credo ut habeas qui cū cantites. Ipse se fallit, nō inquirendo ulteriorem caussam retentæ in domo meretricis. Mire ait cantites: quasi turpius sit cantare senem cum psaltria, q̄ coire. ℣ Et noua nupta eadem hæc discet?) Alius subaudiet dicere, sed o magna in uerbis elegantia. unde enim quam uim significet Discet. & ideo non uxor, sed noua nupta, quam ad omnia docilem esse, ipsum indicat nomen. ℣ Hilarum.) Vetuste. non, hilarem.

[margin: Despondere Spondere. Forte Hilarus]

GVL. ℂDE. Rogitas. i. petis. quid facias. si istud: scilicet nuptias fieri indotatas non dolet tibi: idest non est tibi dolori: re uera, uel re ipsa: idest ipso effectu & in rei ueritate. Donatus tū dicit ibi rem capi pro utilitate. Si ergo reuera tibi istud non dolet. certe. i. saltem. est hominis: idest spectat ad hominem: & congruum & decens & licitum est homini. simulare: idest fingere dolorem. Vnde Virgili. Spem uultu s. p. a. c. d. in tali re gcaria utilitatis sui propinqui: nō quia hominis dicat esse mentiri: sed quia sæpe iracunda simulatio custodia est disciplinæ. Mi quin. i. quinimmo immo uero seu atq; etiam iam despondi. i. tanquam socer futurus filio meo petiui illam filiam. despondet enim puellam qui petit: spondet autem a quo petitur. inde sequuntur sponsalia & sponsus & sponsa & actiones ex sponso ut ait Gellius. res: idest negocium de coniugio. est composita i. pacta transacta: confecta: nuptiæ fiunt. dempsi praeteritum a demo is: idest abstersi omnem metum Hæ q̄ facta sunt: magis sunt hominis. i. magis decēt hominem & spectant, q̄ id qđ dixisti s. simulare. Nam simulatio & mendaciū nō cadunt in uirū bonū. De. cæterū. i. sed. o Mitio factū istud de cōiuge indotata placet ne tibi. i. pbas tu illud? Mi. nō placet mihi si queā. i. si possim mutare nunc: cum non queo mutare. fero æquo aio. i. patienter: neq; me ob id excruciādū duco. uita hoium est ita. i. eiusmodi ut corrigas. i. corrigat aliquis secunda persona pro tertia: hoc est ut aliquis in rectum reducat. arte. i. calliditate: cōsilio. id qđ accidit sup. quasi. i. tanquam. cū ludas tesseris. i. talis. si illud quod maxime opus est. i. qđ plurimū requirtur ad hoc. q lucrificat. non cadit in alueolo iactu. i. proiectione tesseræ. uel iungi potest iactu cum opus sit, si illud quod opus est iactu non cadit. opta tibi lector utrū uis. ita est sup. ludus ut tu corrigas inquā arte: idest astutia: calliditate: consilio: industria illud quod forte cecidit iactu tesseræ: neq; statim propterea deferendus est ludus. & ideo: ut recte intelligatur: sic dicendum est: ita est uita hominum ut corrigas: idest emendes id quod accidit arte: idest consilio & industria: quasi cum ludas tesseris: si iactu tesseræ illud quod maxime opus est non cadit. ita est sup. ludus ut corrigas arte, quod forte cecidit. De correctoridest dicis esse corrigendum arte qđ accidit. o corrector. q. d. qualis corrector tu es ridendo eum: q̄ lis emendator filius in quo est erratum. nempe: idest certe. tua arte idest tuo consilio. & tua correctione. uiginti minæ: idest libræ. xx. periere idest perditæ fuerunt pro Psaltria: quæ Psaltria est abiicienda: idest detrudenda: eiicienda. aliquo: idest in aliquem locum. quantum potest: idest q̄ celerrime potest abiici. uel quantum fieri potest: ut abiiciatur: si non pretio est abiicienda: idest si non uendatur alicui: qui det pretium. quo constitit. uel idest saltem. uel etiam gratis: i. sine ptio: aut uenditione est aliquo eiicienda accedente noua nupta. Mi. neq; est. i. neq; expedit. neq; sane. i. certe studeo idest uolo capio: laboro uendere illam. uel sic: Neq; est abiicienda gratis neq; studeo uendere illam. De. igitur quid facias ex illa? Mi. ipsa erit domi meæ. De. Proh. fidem Diuum: idest Diuorum idest imploro sup. fidem: idest opem Diuorum. meretrix, & materfamilias: idest uxor honesta: quam ab aliis mores discernunt. erit una: idest simul. congregandi: aduerbium est: in domo. uel melius erit in una domo: idest sub uno tectu. Mi. cur. non erit in una domo meretrix & materfamilias. De. ne: idest utrum credis te esse sanum: idest sanæ mentis, siu animi compotem: qui talia dicis. Mi. equidem arbitror me esse sanum De. ita Dii ament me. iurantis est, & asseuerantis est. credo te esse facturum: scilicet ut una sint in domo. ut habeas: qui cum: idest cum qua. cantites, idest frequenter cantes more puellorum cum iam sis senex. ut: idest quantum. ego uideo: idest perspicio. tuam ineptiam: idest tuam fatuitatem: & inconsiderationem. Mi. cur non facerem s. De. & noua nupta discet hæc eadem, q̄ fient a Psaltria Mi. s. idest certe. discet illa eadem.

[margin: Virg. Despondere spōdere Res]

SER. ℂSIMVLARE scilicet dolorem ad correctionem filii. Factum quidem modo est caeterum: idest sed placet tibi. corrector derisorie. periere q frustra empta est cum ille aliā ducat. quantum. idest q̄ cito potest abiici. siue pretio potest reuendi. ut habeas qui cum. i. cum qua latenter & derisorie tangit eum ad opus proprium uelle retinere.

ℂTu inter

DONA. Restim ductare

¶ Tu inter eas restim ductans saltabis.) Lusus est natus ab eo fune quo introductus equus Durius in Troiam est. Connexis manibus, fune, chorum ducunt saltantes. Hoc a quibusdam dicitur, sed ego puto manu consertos choros puellorum, puellarumque cantantes, restim ducere existimari & id maxime conuenire ad exagitandam importunitatem senis, uelut pueros imitantis. Simul etiam quia iste cōnexus manuum lasciuus ac petulās adimit discretionem conditionis, dignitatis, ætatis, inter meretricem, nouam nuptā, & senem. Et hoc, quemadmodum dictum est? & quanto stomacho tā ab Aeschino recessum ē, & trāsitum ad Mitionis luxuriam describēdam? ¶ Iam uero omitte Demea.) Mire urbanitatem expressit ultro obiurgantis qui obiurgatus est. ¶ Tuam istanc iracundiam.) Nam ira, de caussa est: Iracundia de uitio multum irascentis. ¶ Atque uti decet hilarem ac lubentem) Bene addidit lubentem multi enim hilares se simulantes, nō lubentes sunt. ¶ Fac te.) Non dixit Esto: sed, elabora ut esse possis. ¶ Hancine uitam? hoscine mores? hanc dementiam?) ἐλλειπτικῶς omnia, utpote stomachose secum loquens. de est enim esse, aut quid tale. ¶ Domus sumptuosa.) Domus; idest homines ¶ Ipsa si cupiat salus, seruare prorsus non potest hanc familiam.) παροιμία. Plautus, Lubentiorem te faciam, q̄ ipsa Lubentia est. Etenim ὑπερβολή est, Ipsa salus si cupiat seruare, prorsus non potest hanc familiam. Hinc licet æstimare quantum & caloris & grauitatis apud Terentium sit ad imitationem Cæcilianam. Vide quantum creuerit a superioribus, ut sic finiat.

Ira
Iracūdia
Lubens
Facte
Domus

GVI. ¶ DE. Tu ductans: idest frequenter ducens, & agitans restim: idest funem saltabis: idest quod dicunt, tripudiabis inter eas: scilicet nurum & Psaltriam: more puellorum & puellarum: qui connexis manibus choros ducentes restim du-cere existimantur. Alii dicunt hunc lusum esse natum ab eo fune: quo introductus equus ligneus in Troiam est: cum cōnexis manibus fune chorū ducunt saltantes. Restis facit restē uel restim in accusatiuo singulari: qd' unicuique liquet. Mi. probe. i. pulchre id faciam: & tu saltabis una uobiscū si sit opus. De. hei mihi. i. dolor inest mihi: uel dolore afficior ob hāc rē. Hęc dicta tua: ul hęc inhonesta facta. nō pudent te. i. nō afficiūt te pudore? interrogatiue legēdo. ubi pudent psonale est uerbū, a pudeo ea. habetque actūm post se: ut hoc pudet me. i. affert mihi pudorem. Mi. o Demea iā uero. i. præterea, uel sed. nunc omitte. i. amoue: dimitte a te istanc. i. istā hanc iracundiam tuam. Ira) ait Don.) est de caussa: iracundia uero est de uitio multum irascentis, atque fac. i. labora efficere te hilarum pro hilarē. antiq. nā antiqui dictitarunt hilarus ra rum. ac lubentem. i. boni animi in nuptiis gnati tui. ita uti decet. i. honestum est te esse hilarem & lubentem. ego conueniam. i. alloquar hos quos ei oñdebat: quosque alloqui uolebat. post. i. deinde. redeo huc ad te. De. o Iup. hancine. i. utrum decet sup. hāc uitā eē sup. uel agi: uel duci. hoscine. i. utrū decet hos. i. tales mores pditos esse. i. perseuerare in hominibus. decet ne inquā hanc dementiā. i. hanc insaniam esse subaudi. uxor ueniet sine dote. Psaltria est intus. domus. i. familia: hoc est homines de familia. est sumptuosa. i. auida sumptus: & multa consumens: ac expendens adolescens Aeschi. est perditus. luxu. i. libidine & lasciuia. senex. s. Mitio. est delirans. i. desipiēs: & a recta lira: seu a recto tramite discedens. Si ipsa Salus: quasi q̄ sit Dea: quēadmodum Concordia: Victoria: Pax &c. cupiat seruare. i. saluare: conseruare incolumem hanc familiam prorsus. i. omnino poterit seruare eam nunq̄.

Iā uero
Ira & iracūdia
Hilarus
Domus

SER ¶ RESTIM. i. funes hilarū: dicit sm antiquos: qa sicut dr̄ ibecillus & ibecillis: unanimus unanimis: sic hilarus hilaris.

D. Tu inter eas restim ductans saltabis. M. probe.
Et tu nobiscum una si opus sit. D. hei mihi,
Non te hæc pudent? M. iam uero omitte Demea
Tuam istanc iracundiam, atque ita uti decet,
Hilarum ac lubentem fac te in nati nuptiis.
Ego hos conueniam post huc redeo. D. o Iuppiter,
Hancine uitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote ueniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senex delirans: ipsa si cupiat Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

SYRVS, DEMEA.

DONA. AEDepol Syrisce.) Hic exemplum inducitur licentię seruorum sub miti domino. ¶ Aedepol Syrisce te curasti mollit'. Quia detexit Cte. iā oportet ut ebrius inducat' Syrus p cuius fallacias tegat' adeo. Et Syriscū se dicit, nō Sy. τῷ ὑποκορισμῷ. ¶ Mollit'. Delicate ¶ Lauteque mu. ad.) Vt qequ eēt bellissimū carpes cyathosque sorbillares. Aut mun' seruile, eē & bibere. ¶ Abi. Verbū uel sibi uel alteri cū laudatiōe blādiētis. nā sic dicūt, q̄ iā cōpotes sunt uotorū oiuz, pfectique i reb' uniuersis.

Molliter
Abi

S. AEDEPOL Syrisce te curasti molliter, *Senarii*
Lauteque munus administrasti tuum.
Abi sed postq̄ intus sum omnium rerum satur,

GVI. AEdepol &c. Hic ebrius iducit' Sy. adeo ut Syriscū se dicat nō Syrū. Alloqtur prio seipm. o Syrisce. ædepol: iurandi aduerbiū. curasti. i. tractasti te. molliter. i. delicate & administrasti. i. exercuisti. laute. i. oppipare: abunde: delicate. tuū munus. i. tuū offiir edendo q' qd esset lautū: & cyathos sorbillādo. Abi sibi ipsi dicit cū blandiētis laudatione nam sic dicunt: q iam cōpotes sunt uotorū oium pfectique sibi uident' i rebus uniuersis post quā suz intus satur. i. igurgitatus: refertus: repletus oium rerū. i. oium ferculorū. i. libitū ē. i. placitū est: siue placuit. idē. u. sunt libitū est & libuit: placitū & placuit: posset hinc forsitan lib eū ē capi, p pñti. i placet: tāquā libitū eēt nomē: quēadmodū & placitū. ut dicimus dictiones ipositas fuisse ad placitū: tūcque eū diceret' hoc ē placitū meū: nomē est placitū: sic existimo. reuera hic ita capiēdū libitum: ut sit nomē & tūc sensus ē pñtis sic: ē libitū meū. i. ē placitū meū: ut ita dicam.

SER. AEdepol. Incipit quintus actus: qui est de conueniētia & cōtemperantia moralitatis senum. oñdetur. n q̄liter unus cōtēperet' p alterū: q duritia De. cōtemperatur p molliciem Mitiōis: & e cōuerso lenitas Mitionis al' q̄tulū exaspabit' duritie Demeæ. & sic discordia moralitatis senuz prius cōtraria sequētiū: dū ad unū mediū cōuenit, oīno sedabit': & prius tēperātia Demeę oñdet' hēt autē occasionē lenitatis ex hoc q psensit amorem Ctesipho. In quo ēt aliud psensit. s. filium a quo diligi se sup oia credebat: se pRem deuitare: & hēre odio pp duriciem: per quā eū semp itelligat sibi prouenire tristitiam: & infortuniū: incipiet eam postponere: ut autē filiū suū eū amica inueniat: efficitur p ebrietatē Syri: qa ipse, sicut supius dixit quōdam Aes. otiose cessat. & Ctesipho in amore est. Ego pspiciā mihi. postq̄ intus oium rerū satur fu't: egredit' deambulatū ita dicens. Aedepol &c. Cū aūt egressus eēt: & oia in turba eēnt Ctesipho misit quēdā puerū p Syro: q puer reuocando Syrum pñte Demea noiabit Ctesiphonē: quo audito pr̄ in domum irruet. Syriscus est græcum diminutiuum.

Prodeambulare huc libitum est. D. illud sis uide.
Exemplum disciplinæ. S. ecce autem hic adest senex
Noster: quid fit? quid tu es tristis? D. ohe scelus.
S. Eho iam tu uerba fundis hic, sapientia?
D. Tune si meus esses? S. dis quidem esses Demea,
Ac tuam rem constabilisses. D. exemplum omnibus
Curarem ut esses. S. quamobrem? quid feci? D. rogas?
In ipsa turba, atq; in peccato maxumo,
Quod uix sedatum satis est, potastis scelus, quasi
Re bene gesta. S. sane nollem huc exitum.

qdẽ.i.certe. ille agellus dabit̃ Hegioni. Aeschi. o mi p̃r: blandictus est dictũ: & uultuose applaudẽtis. De. nũc es mihi germanus.i. frater uterinus: & aĩo & corpore.i. q̃tũ ad aĩum & coepus es alter ego. nã r̃ñdes oĩbus uotis meis. d̃r. n. fr: quasi fere alter. Mi. gaudeo esse tibi sic gratũ ut talia dicas. De. iugulo.i. occido. meco hũc frẽm gladio suo sibi. ita gaudebant loq ueteres: ait Don. est aũt allegoria: hoc est ꝓprius uerbis suis eũ uinco: & supero: & deturbo de sua s̃nia & conuerto in meã. Cũ ẽr uidemus aliquem contra se locutũ: & in.

QVOD NIMIVM ad rẽ in senecta attẽti sumus· hãc maculã
Effugere. dictum est uere, & re ipsa fieri (nos decet
Oportet. M. qd istuc? dabit̃ qdem, quando hic uolt. AE. mi p̃r.
D. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & aĩo. M. gaudeo.
D. SVO SIBI HVNC GLADIO IVGVLO.

GVL. SVMVS nimiũ attẽti.i. plus æquo icũbẽtes: inhiãtes. ad rẽ.i. ad pecuniã ꝯgerẽdã: & rẽ familiarẽ augẽdã: seu ad singularẽ utilitatẽ. nos decet effugere.i. uitare: euadere. hãc maculã.i. hãc labẽ cupiditatis. nã sordes auari hoĩs dñr, & sordid⁹ ipse auarus. id uerbũ ẽ uere dcm: & bñ dixit uere: nã (ut testatur Varro) uerba a ueritate dicta sunt & oportet id uerbũ fieri ipsa re.i. deduci ad effectũ ita: ut nõ uerbotenus sit dictũ. Mi. qd istud est. s. hoc dicit uidens se uictũ ꝓprijs uerbis. uerba sibi noxia erupisse: uel qñ se prodidit suis uerbis: dicimus recte ille suo sibi gladio se iugulauit. in quo dicto nõ est opus addere sibi: oĩ quis antiquitatem uelit imitari.

Verbũ Varro

SER. DICtum ẽ. q. d. nõ mẽtraris mõ. qa uere.i. pfecto dcm̃ ẽ a te. hic Aes. Gaudeo fecũ suo sibi.i. ꝓprio gladio. qa psuadẽdo ei multã dispositionẽ suarũ rerũ. & ĩpellẽdo eũ in suos mores nimiũ faciles adducã eũ ad hoc: ut suo gladio.i. nimiũ agẽdo suã facilitatẽ se stultissimũ percipiat: & hoc est iugulabo.

ACTVS QVINTI SCENA NONA.

Fragmentum. Trochaici catale. quad. ultimus Secion.

SYRVS, DEMEA, MITIO, AESCHINVS.

S. FACTVM est quod iussi Demea.
D. Frugi homo es· ædepol hodie mea qdem sententia
Iudico Syrũ fieri esse æquũ liberũ. M. Istunc liberũ!
Q d̃ nã ob factũ! D. multa. S. o nr̃ Demea, ædepol uir bon⁹ es·
Ego istos uobis usq; a pueris curaui ambos sedulo·
Docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia.
D. Res apparet & quidem porro hæc, obsonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium·
Non mediocris hominis hæc sunt officia S. o lepidum caput.
D. Postremo, hodie in psaltria ista emunda, hic adiutor fuit.
Hic curauit· prodesse æquum est; alii meliores erunt.

DONA. FActũ est quod iussi Demea. Id est, diruta est maceria. Frugi hõ es.) Vtilis, ut fruges. Aedepol hodie mea qdẽ s̃nia iudico Syrũ fieri liberũ. Hoc est qđ iãdudũ ꝓmiserat Syro: sed nũc opportune. uĩ. n. mõ meritũ pcessisse. &, S̃nia iudico κυριολογία. Multa.) Oratorie maluit gñalr̃ dicere, q̃ q̃rere specialr̃ qđ in uenire non posit. Et Mit. singulariter unũ q̃rit, hic pluraliter multa r̃ñdet. Q d̃ nã ob fa.) Iure. a scribũ. n. cãs manumissiõis in iure formola ẽ. Aedepol uir bo.) Iurat bonũ qa p̃ter opinionẽ ẽ. Ego istos uo. usq; a puer.) Intelligit Syrus laborãtẽ p se Demeã nõ hr̃e qđ dicat: & iõ ipse ꝓsequit̃ ordinẽ meritoꝝ. s̃m quẽ appet pędagogũ fuisse. Docui, mo. bñ p̃.) Ridicule addunt̃: & tñ cõsuetudine: qa iputant̃ ẽt fcã praue p bonis. Quę po. oĩa.) Bñ, q̃ potuit q̃si plura uellet. Res ap.) Mire irridet De. sic tñ, ut serio agere uideat̃. Appare de die cõ.) Id est repẽte, neq; añ p̃dictũ, nec pridie cõstitutũ. Postremo, ho. in ps. ista emẽ.) Et hoc totũ serio dĩ: ut magis ridiculũ uideat̃. Hic ad. fuit.) In re bona adiutores, in re mala impulsores dñr. Ergo hic adiutor d̃r a nõ irascẽte a criminante aũt & irato, ĩpulsor. Hic adiutor fuit: Hic curauit. De more repetitũ est Hic: cũ d̃r, hic adiutor fuit, hic curauit. Sic. n. solemus onerare audiẽtẽ meritis eius quẽ laudamus. Deinde quid nõ præstitit, qui & officiũ corporis, ut adiutor & curam animi p̃buit, ut consultor?

De. ob sup. m̃ra.i. ꝓ m̃tas cãs. Sy. o nr̃ De. ędepol es uir bonus. ego curaui uobis.i. curę habui: custodiui: ad monstraui: moderat⁹ sum tãq̃ pædagogus istos ãbos: Cte. & Aes. usq;.i. assidue: sine itermissiõe a pueris.i. ab ineũte ętate: seu cũ ad huc pueri eẽnt. docui.i. istitui: erudiui: cosedulo.i. istãter: q̃si sine dolo. monui.i. admonui eos qd facer̃ dẽrẽt sp bñ pręcepi.i. docui uel iussi tãq̃ custos eorũ oĩa q̃ potui p̃cipere

De. res.i. effect⁹. appet.i. añ oculos res ẽ ĩ ꝓptu: & h̃ dic̃ ridẽdo eũ & qdẽ porro.i. certe: ꝑticulę sũt expletiuę dcm̃ affirmãtes. hęc officia, q̃ sequunt̃. sũt hoĩs nõ mediocris.i. spectãt ad maximũ hoĩem: & magni momẽti p ironiã dixit. hęc ãt sũt officia: uidelʒ obsonare.i. ꝓuider̃ de obsonijs.i. de oĩb⁹ edulijs p̃ter panẽ & uinũ. cũ fide.i. fidelr̃. ꝓuidere de obsonijs est offm̃ magni uiri. nã obsonor obsonaris uĩ obsono obsonas (utrũq; n. d̃r) sign̄at uel emere obsonia: uel ꝓuidere de obsonijs: q̃s pitãtias uocãt. ut si diceremʼ: h̃ fu⁹ optie obsonar̃ oĩ uit.i. scit bõ emer̃ obsonia: neq; decipit̃ ĩ emẽdo, inde obsonator dici posset: ubi pitãtiarũ dñt· quidelʒ de obsonijs ꝓuidet & eoꝝ q̃rẽdoꝝ curã hẽt. h̃ sũ officia: obsonar̃ fidelr̃: abducer̃.i. rape a lenõe. scortũ.i. meretricẽ. Itẽ appare.i. pare: dispõer̃ ꝯuiuiũ de die.i. repẽte ñ añ p̃dcm̃: aut pdie ꝯstitutũ. Sy. o caput lepidũ.i. o hõ iucũde: & festiue· seu urbane. nã caput p̃ci ꝑuã ptẽpõit p hoĩe toto. De. postrẽo.i. tãdẽ. h̃ fu⁹ fuit hodie adiutor ĩ ista Psaltria emũda: p emẽda.i. ĩ emẽdo istã puellã cãtatricẽ h̃ fu⁹ curauit.i. curã aĩ p̃buit ut ꝯparet̃ Psaltria. & bono mõ hẽret̃. ęquũ est.i. bonũ est: ac decet ꝓdesse ei. nã alii serui hoc facto erũt meliores. nã dabũt operam: ut bene seruiẽtes sint libertatẽ consecuturi more istius.

Obsonare Obsonator

Aiutor Impulsor

GVL. FActũ &c. Hic oĩa fine iucũdo claudunt̃: ubi & seruis libertas donat̃: & ambob⁹ filijs optatę uxores cõcedunt̃. Sy. o. De. id qđ iussisti est fcm̃.i. maceria dirura ẽ. De. tu es hõ frugi.i. utilis ut fruges. terdũ sign̄at modestũ. ędepol ego iudico æquũ eẽ.i. iustũ. qdẽ.i. certe. mea s̃nia.i. meo iudicio: męa opiniõe. Syꝝ fuũ fieri.i. effici. hodie liberũ.i. manumitti: ac libertate donari. Mi. dicis ęquũ eẽ istũc Syꝝ fieri liberũ: interrogatiue legẽdũ ẽ. deinde subdit. ob.i. pp. qđ ñ fcm̃.i. pp qđ fcm̃ æquũ est eũ fieri liberũ.

SER. FActũ ẽ, Inducit̃ Sy. ot liberet̃ s̃uitute. Destructa.n. maceria reuert̃ ĩ nũciãs se obtẽperasse p̃cepto Demeę, eo qđ q̃uis hęc sint mala, tñ ad laudẽ Syri dicit cũ fide.i. fidelr̃. qa nihil inde surripiebas sibi furto. uĩ scortũ cũ fide.i. cũ corde, h̃ Aes. uult uere serio dico.

Deniq; hic uult fieri. M. uin' tu hoc fieri? AE. cupio. M. si qdē
Tu uis, Syre eho accede huc ad me, liber esto. S. benefacis:
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea Demea.
D. Gaudeo. AE. & ego. S. credo, utinā hoc perpetuū fiat gaudiū,
Phrygiam ut uxorem meam una mecū uideam liberam.
D. Optumā qdē mulierē. S. & qdē tuo nepoti huius filio *In quidē*
Hodie primam mămă dedit hæc. D. hercle uero serio *fit elisio*
Si quidem prima dedit haud dubium qn emitti æquum fiet.
M. Ob eam rē? D. ob eā postremo a me argētū, quāti est, sumito.
S. Di tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerant.
M. Syre processisti hodie pulchre. D. si quidem porro Mitio
Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululū præ manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. M. istoc uilius.
AE. Frugi hō ē. S. reddā hercle, da mō. AE. age pr. M. post cōsulā.

DONA. ℭDENI q; hic uult fieri.) Abutitur Demea, sciens pdigā uolūtatē adolescētuli. Syre accede huc ad me.) Vtrū ut eūdē māu emittat: an ut palā fiat, iubet propius accedere, iuria publici cōsuetudine ludēs? Et uide q̄ comicā manumissionē q̄ facete induxerit atq; cōdigne. Et seorsum tibi pterea De.) Effecit De. plus q̄ uolebat uā q conabat amari, pferi ē his q amantur. Gaudeo & eg.) Gratulātiū Syro hęc uerba sunt: qbus demor ille Credo rūdet.

Credo

Vtinā hoc ppetuū fiat gau.) Integrū, solidū, & nusq̄ iterruptū. Phrygiā ut uxorē meā.) Vt ipse, Syrus: ita uxor, Phrygia, fm ueteres, q seruis noīa a natōibus iponebāt. Vna mecū ui. libe.) Hoc sic pnūciādū est, q̄si gaudeat se recordatū Demeę: qd' eū ul tro cogitat habuisse * plene oblitus fuit. Hodie primam mammam dedit hæc.) Ridiculum meritum: siquidem opportuerit primam esse quancunq;: an quia caussa est: q in genui dicuntur serio a nutricibus liberis educandi? Hercle uero serio.) Aduerbia sunt confirmatiua. Ob eam rē?) Hoc eo uultu dicit, quo rem ueluti excutimus, & ostendimus momenti esse nullius. Argentum quanti est, sumito.) Quanto pretio ualet. Argentum quāti est, sumito. Hoc uerbo utimur, ut faciunt qui persuadere aliquid cupiunt. Dii tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerāt.) Omnes, omnia: antiqua elegantia, & figurata. Processisti hodie pulchre.) Nunc uere pulchre processit Syrus. Si qdem tu tuum officium facies.) Hoc est patroni, ut libertum non deseras, sed ut alas manumissum. Plautus, Facis melius q̄ ps lenonum, qui libertos habent, & eos deserunt. Vnde utatur.) Vtatur, uiuat unde usura, uita dicitur. ut, Vnius usurā horę gladiatori isti nō dedisset. an unde alatur, de quo usum fructum capiat, & cuius tibi sortem reddat? Et hoc melius nam ideo addidit, Reddet tibi cito. Istoc uilius.) Hoc egit Terentius, ut conuersis officiis usqueadeo prodigum faceret Demeam, donec parcum redderet Mitionem. Istoc uilius. Quasi, nihil minus. negatio enim est floccum ostendentis aut quid tale: cū ἐλλείψει, qua subaudit, qcq̄. &, nō dabo.

Hercle uero serio

Quāti ē

Oēs oia

Vtor

Vsura

GVL. ℭDENI q; hic Aesch. uult hoc fieri. i. uult ut libertate seruus donetur. Mi. uin. i. utrum uis tu hoc fieri hoc dicit Aesc. interrogans cupiat id fieri nec ne. Aeschi. cupio id fieri. Mi. si quidem. i. quoniam tu uis eho: interiectio admonentis: & attentionem incitantis. o Syre accede huc ad me: deinde ut accessit eum: manumisit inquiens: Esto liber. uerba sunt iuris: quibus manumittitur seruus. Sy. o Mitio benefacias. q me manumittis. habeo gratiam. i. sum deuinctus seu obligatus omnibus & præterea. i. præter alios. o De. gratiam habeo tibi seorsū. i. separatum: præcipue: particulariter. De. gaudeo q liber sis Aeschi. & a etiam ego Aeschi. gaudeo. Sy. credo q ambo gaudetis mea libertate. utinam hoc gaudium fiat perpetuum. i. integrum: solidum: & nusquam interruptum. ut i. ita uel quatenus. uideam meam uxorem. s. Phrygiā. i. sic appellatam a natione. liberam una mecum. De. quidem: idest certe. cognoui, uel inueni eam sup. optimam mulierem: uel optas sup uidere uxorem tuam optimam mulierem liberā: uel constat esse optimam mulierem. Sy. & quidem. i. certe. hæc uxor mea dedit hodie primam mammam tuo nepoti filio huius Aeschi. filii tu. De. hercle uero. i. at certe. serio. i. remoto ioco: extra iocum. siquidem. i. si certe. uxor tua dedit primam mammam filio huius. haud. i. non est dubium: quin sit æquum. i. iustum eam emitti. i. extra seruitutē mitti. Mi. ob eam rem. i. dicis æquum esse eam emitti propter eam caussam quasi dicat non est causa sufficiens. De. ob eam inquam rem æquum eam emitti. postremo si nō uis id facere liberaliter. sumito a me argentum quanti est. i. quanto pretio ipsa Phrygia ualet. Sy. o De. omnes Dii ferant. i. præstent & afferāt semper tibi oia optata. i. desiderata tibi. Mi. o Sy. pulchre processisti hodie. i. bñ (ut ita dicam) prosperasti hodie: uel ad magnum bonum prouectus es hodie: qui te & uxorem manumitti obtinuisti. De. atq; siqdem. i. si certe. dederis huic Syro aliquid paululū pręmanu: quo utat. i. alatur: de quo usum fru. capiat & cuius tibi sortē reddat. porro. i. proculdubio. si hoc feceris: facies tuum officium. i. qd' decet facere patronum. Vbi animaduerte præ manu posse expoui: quemadmodum præ me. i. in comparatione mei. ut tu es præ me beatus ait Cice. i. in comparatione mei. & tunc sic iungas cum paululum: si dederis huic aliquid paululum. i. aliquid quod est res parua. præ manu. i. in comparatione potentiæ tuæ: & tuæ liberalitatis: ac promptitudinis tuæ in dando. uel si intelligatur præ manu: pro in promptu ut dici uulgō solet: semper habet hæc uerba. uel leges pręmanibus pro in promptu: recte an inepte ipsi uiderint. quod si est ita iungetur eum dederis: ut sit: si dederis ei in promptu aliqd paululum. aut si quis uelit interpretari præ pro ante sic: si dederis ei præ manu. i. ante manum: ut dici uulgo solet: uult me hoc date ante manum: quod etiam legentium iudicio relinquo. nam præ pro ante non inueni: nisi in compositione: ut prędico: pręporo. inuenio etiam præ in tali dicendi genere lachrymatus est præ gaudio præ timore recessit præ nimia multitudine exire non potuit. & in iam dicto modo uidelicet sic: præ multis sumus felices. i. in comparatione multorum. De illo autem genere dicendi usitato habere pręmanibus aliquid. i. in promptu fateor me non legisse: neq; Priscianus assignans significationes huius particulæ præponit alias a prædictis: nisi q etiam præ in compositione auget & adhibet maiorem uehementiam, q̄ per capitur q; pro ualde: ut prępotens pręditues: præclarus &c. Si itaq; dederis ei aliquid quo utatur: & fungeris officio patroni: & reddet tibi sortem & usuram cito. i. propediem. Mi. ego supple non dabo quicquam: uel nihil dabo ei. etiam uilius: idest minus uel minoris ualoris. istoc: idest ista re uilissima, quam ei ostendebat. Aeschi. quamuis neges re daturum quicquam: tamē ipse est homo frugi. i. bonus: utilis: ac modestus. Sy. hercle reddam sortem: cuius utar fructu. da. i. præbe: præsta. modo. i. uel tantummodo: uel modo pru nūc. ut sit temporis aduerbium. Aesc. o pater age. i. fac quod petit. i. da modo. Mi. ego consulam. i. deliberabo post. nam consulere interdum significat consultare seu deliberare: ut Laurentius sentit.

Proceß te

Pręmanu

Præ me

Cicero

Cōsulā

SER. ℭSI quid pri. &c. emitti manumissione. Postremo si nō uis eam liberare: reddam tibi argentū quod pro ea dedisti. præ manu. i. ad præsens dederis Mitio: quia postquam lucratus erit: reddet tibi tuum capitale: & cum ita De. postquam spoliauit Mi. ab agro & seruo: uellet etiam eum spoliare pecunia sic respondet Mi. Istoc est uilius. s. dare pecuniam: est ualde uile q̄tū ad ea q̄ iā feci rogatu suo: & iō fortasse istd' faciā.

ℭFaciet

D. Faciet. S. o uir optime. AE. o mi pater festiuissime.
M. Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?
Quod prolubium? quæ istæc subita est largitas? D. dicã tibi·
Vt id ostenderem, quod te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex uera uita, neq; adeo ex quo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Nunc adeo si ob eam rẽ uobis mea uita inuisa est Aeschine,
Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor·
Missa facio, effundite, emitte, facite quod uobis lubet.
Sed si id uultis potius, quæ uos propter adolescentiam
Minus uidetis, magis impense cupitis, consultis parum,
Hæc reprehendere & corrigere me, & obsecundare in loco·
Ecce me, quid id faciam uobis. AE. tibi pater permittimus·
Plus scis quid facto opus est·sed de fratre quid fiet? D. sino
Habeat, in istac finem faciat. AE. istuc recte. Plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

DONA ¶ FACIET.) Ne quid negatum in fine fabulæ uideatur, addidit Demea, faciet. & faciet quod petis scilicet: quod irridens dixit, quasi de prodigo dicere uideatur. Et mire faciet: quia nec credibile erat statim consensurum qui negauerat: & perpetuo negatio esse in fine non debuit. ¶ Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?) Animaduertendũ est qua calliditate Terẽtius quærans finem fabulæ, complere lætitiã per ipsum Demeã mittitur in uniuersos, qui in tota comœdia tristis ac sæuus interturbauit & uociferatus est.

Prolubium

¶ Quod prolubium?) Prolubium quod Græci προθυμίαν idest promptus animus ad largiendum. ¶ Subita ẽ largitas?) Repentina: ac pro hoc ipsa est ingrata & immoderata: ut euenit cũ ex nimis parcis nõ largi & liberales, sed effusi prodigiq; redduntur. ¶ Vt id ostenderem.) Abundat Id. Aut, ἔκλειψις est, pro, per id. ¶ Quod te isti facilẽ & festiuum putant.) Multum detraxit Mitioni, dicendo, Te isti putant, per quod significatur errare adolescentes & hunc non esse festiuum. ¶ Quod te isti festiuum & facilem putant. Bene in postremo dignitas personæ huius seruata est, ut non perpetuo commutata uideretur: ut Truculenti, apud Plautum.

Indulgeo

¶ Indulgendo.) Attende indulgentiam a Demea culpæ ascribi denuo. ¶ Et largiendo Mitio.) Sceuere additum est nomẽ uerbis ex animo plorantis. ¶ Quia nõ iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor Prouerbiales sunt huiusmodi elocutiones, fanda nefanda, digna indigna, uelis nolis. ¶ Effundite, emitte facite. Effundite, ad Aeschinum pertinet· Emitte ad Ctesiphonem, Facite ad omnes. ¶ Facite quod uobis lubet.) Proprie redit rursus ad amaritudinẽ pristinam. Hæc ἐπιτροπὴ est figura, quia inuitos nos permittere ostẽdimus, quod nolumus fieri. ¶ Quæ uos potius propter adolescentiam minus uidetis.) Hic ostendit Terentius magis Demeã simulasse mutatos mores, q̃ mutauisse. ¶ Minus uidetis: magis impense cupitis: consulitis parum.) ἐναντίωσις, minus, magis, parum. ¶ Hæc reprehendere, & corrigere me, & secundare in loco.) Tribus tria redduntur: & utraq; αὐξητικῶς. ¶ Illa in malam partem superiora: hæc in bonam, quæ in inferiora sunt. non tantum enim culpæ est, minus prouidere, q̃ impense cupere: nec tantum mali est impense cupere, quantum parum cõsulere. Item reprehendere bonum est· melius corrigere· optimũ, secundare. nã q reprehendit, nõ continuo corrigit, q corrigit, nõ ilico secundat, idest lætissimũ reddit & fidelissimum. Alii secundare, obsequi dictũ putant. & iõ additũ esse, i loco: q̃si nõ semp faciẽdũ sit. Ergo secũdare, uel i melius puertere, uel obseq itelligimus.

Secundare In loco

¶ Tibi pr̃ p.) Noluit Terẽtius ab amoribus filiorũ ppetuo repulsum patrẽ. ¶ Sino, ha. i istac fi. fa.) Hæc qdẽ pmissio ẽ: sed & exceptionẽ i se cõtinet: & cũ quodã stomacho & uelut minaci denũtiatiõe pfertur. ¶ In istac finẽ faciat. Hoc ẽ, aut ne aliã amet, aut ne alterã cõparet· ne post istã luxurief ulteri⁹ ¶ Istuc re. Bñ & Mitio nõ discessit de pposito suo, q ut peccasse alias oñderet fratrẽ ob nimiã asperitatẽ, cũ exceptiõe q̃dã laudãs uerba eius, istuc recte, dixit: q̃si diceret, nõ ut cætera: & simul reposuit ei q supra dixerat: Vt id oñderem· q te isti facilem, & festiuũ putant id non fieri ex uera uita, neq; adeo ex æquo & bono, &c.

Istuc recte

GV ¶ D. E. Ipse Mitio faciet quod petitur. Sy. o optime uir. de Demea dicit, uel de Mitio Aes. o pater festiuissime. i. iucundissime: lepidissime. Mi. quid istud est? modus iterrogandi. quæ res mutauit tam repente. i. tam subito tuos mores. quod prolubium. i. quis promptus aĩus ad largiendum. proluuium dixit pro pfusione. q. d. q̃ est ista profusio & pdigalitas tua, q̃ est ista i. tua largitas. subita. i. subito tibi ex orta. cũ prius parcus esses. De. dicam tibi q̃re mutauerim mores ut oñderẽ id. s. q isti filii mei putant te fuisse facilem. i. benignum. & festiuum. i. iucundũ. uel isti potest eẽ dtĩs singularis: sicut ut oñderem tibi. dicã. s. q hoĩes putant te esse facilem & festiuũ isti filio. Aesc. non fieri ex uera uita. i. ex uero modo uiuendi. immo uero fieri ex fallaci uita· & deceptiua: ut sic dicam. & ut ostenderem id non fieri ex æquo & bono: idest secundum quod est æquum & bonum· sed fieri ex assentando: idest blandiendo uerbis. & ex indulgendo: idest plus æquo permittendo: siue concedendo. & ex largiendo: idest ex nimia largitione, qua est corruptio dotis facta. nũc adeo idest certe: uel ualde. si o Aeschine mea uita est uobis filiis meis inuisã: idest exosa. ob eam rem: idest propterea. quia non obsequor omnino: idest quia obsequendo uobis non permitto prorsus ista omnia iniusta: quæ permittit frater. missa facio i. omitto omnia· & uobis dilapidanda relinquo. effundite. i. dispergite. emittite. i. extra manus uñas mittite. bona uobis acquisita luxuriose uiuendo & perdendo substantiam uestram. facite quodlibet uobis: permissio plena amaritudinis. Sed si potius uultis id: scilicet me reprehendere: idest improbare. corrigere idest emendare: castigare, recta facere: & obsecundare· idest in melius conuertere uel(ut alii uolunt) obsequi. in loco· idest ubi opportunum & commodum erit. siue in opportunitate & occasione. Vel dic obsecundare· idest prospera facere hæc quæ uos minus uidetis idest minus consideratis, quam deberetis. uel minus pro nõ capitur. & quam cupitis magis impense· idest magis obnixe. magis acriter seu uehementer, quam est æquum. & quæ parum consulitis· idest non satis prouidetis, seu prospicitis. ecce me: idest habetis me in promptu & ante oculos. qui: scilicet ego faciam uobis id· hoc est reprehendam: corrigam: & obsecundabo. Aeschi. o pater permittimus tibi·· idest tuæ uoluntati ac dispositioni relinquimus. scis plusquam nos: scilicet quid est opus facto· idest facere. Sed quid fiet de fratre· idest de Ctesiphone. Demea sino: idest permitto q supradicto habeat Psaltriam: scilicet faciat finem: idest modum suo amori: & suæ libidini faciat in istac: idest in Psaltria. Aes. istuc recte fit sup. uel dicitur. Valete. i. discedite incolumes. plaudite. i. congratulamini poetæ & actoribus. ego Calliopius. i. poetæ defensor. recensui: idest recognoui hanc comœdiam. uel (ut alii uolunt) recitaui.

Largitio

SER. ¶ FACIET. hæc dicit ad Syrus quid iam recognoscit Mi. stultitiam suam. & durescit dicam. Postquam uidet cum Demea a lenitate sua stulta remotum esse: aperit ei totam rẽ qua intentione hæc ei persuasisset. ex quo: quia non obsequor: idest concedo ista quæ uos facitis prorsus iniusta: tunc missam faciet illam.

DONATI PROLEGOMENA IN HECYRAM TERENTII.

HAec fabula, Apollodori esse dicitur Græca. nam & ipsa & Phormio ab eodē dicuntur esse translatæ: cū reliquę quatuor sint Menandri comici. Hecyra aūt dicitur ideo, quia per socrus & soceros in ea agūtur multa. Nā & ἑκυρὸς & ἑκυρά, soceri nomen, socrusq́ significāt. ℉ Est autem mixta motorus actibus, ac statarijs: multumq́ sententiarum & figurarum continet in toto stylo. Vnde cum delectet plurimum, non minus utilitatis affert spectatoribus. ℉ Atq́ i hac, primę partes sunt Lachetis, secundę Pamphili, tertiæ Phidippi, quartę Parmenonis: ac deinceps aliarum personarū quæ his adiunctæ sunt. ℉ Diuisa est autem, ut cęterę, quinque actibus legitimis, quos in subditis distiguemus. ℉ In hac prologus est & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea ꝙ sæpe exclusa hæc comœdia, diligentissima defensione indigebat. Atq́ in hac protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. ℉ Acta sane est ludis Megalensibus, Sex. Iulio, C. Rabirio Aedilib. curulibus. Egitq́ L. Ambiuius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota Græca est, Factaq́ & edita quinto loco, Cn. Octauio, T. Manlio Coss. Cātica & deuerbia summo ī hac fauore suscepta sunt. τὰ προτατικὰ πρόσωπα, id est personæ extra argumentū duæ sunt, Philotidis & Syræ. ℉ In tota Comœdia hoc agitur, ut res nouæ fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim beneuolæ socrus, uerecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus & itē deditus matri suæ, meretrix bona,

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Philotis	Sosia seruus
Syra	Phidippus senex
Laches senex	Myrrhina matrona
Sostrata matrona	Philumena meretrix
Pamphilus adolescens	Bacchis meretrix
Parmeno seruus	

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN HECYRAM.

VXOREM duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorās uirgini uitium obtulit·
Eiusq́ per uim quem detraxit anulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ·
Dein profectus in Imbrum est· nuptam haud attigit·
Hanc mater utero grauidam, ne id sciat socrus,
Vt ægram ad se transfert· reuertit Pamphilus·
Deprehendit· partum celat· uxorem tamen
Recipere non uolt· pater incusat Bacchidis
Amorem· dum se purgat Bacchis, annulum
Mater uitiatæ forte agnoscit Myrrhina·
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

ARGVMENTVM

VItiatam in tenebris ante nuptias, cui anulum extorserat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus, duxit uxorem grauidam ex compressu suo. Quam peregre profectus, cum reliquisset domi, rediens parientem offendit furtim & apud matrē suā. Qua re cōmotus, dum repudium inuitis parentibus, & causam repudii nescientibus, parat per meretricem apud quam anulus inuentus est, cognoscit tandem ita a se uitiatam uxorem, & ex se natum filium. ℉ Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lenæ Syræ cū Parmenone: ut per harum personas, quæ προτατικοὶ dicuntur, argumentum spectator discat. ℉ Secundi actus tenor in hoc est. Immeritam uxorem ueluti malam socrum, accusat Laches· & conuenit Phidippum de eadem caussa, statim post quorum colloquium, conquestio inducitur Sostratæ. ꝙ falsum crimē inuidiosumq́ sustineat. ℉ Tertio actui hæc ascribuntur, Cōquestio Pāphili peregre redeuntis, de amore suo circa uxorem, partitudo Philumenæ. Sostratę uerba super ægritudine nurus, quam morbo credit afflictam. Fletus Pamphili errantis, cum putat non ex se filium natum esse. Colloquium Parmenonis cum pueris a naui uenientibus, ut mox loquatur cum ipso Pamphilo, a quo in arcem mittitur. Item Lachetis Phidippiq́, & Pamphili uerba de reconcilianda illi coniuge: & eorum ab inuicem litigiosa dissentio. ℉ Quartum actum hæc complent. Perturbatio Myrrhinæ ex interuentu mariti: & eiusdem cum eo nimis callida ac muliebris astutiæ disceptatio. Sostratę, Pamphili, Lachetisq́ colloquiū. Inclamatio patris & soceri aduersum Pamphilum uxorem recusantē. conuentio meretricis pmittentis se iusiurandū matronis exhibiturā de non admisso ad se Pamphilo. ℉ In quinto actu Bacchidis narratio de mutus gestis, & colloquiū cum Parmenone inducitur: quem nuntium mittit ad Pamphilum: Pamphil q ad ultimuʒ actio gratiaq́ apud ipsam Bacchidem. ℉ Docet autem Varro, neq́ in hac fabula, neq́ in aliis esse mirandū, ꝙ actus impares scenaruʒ paginarumq́ sint numero: cum hæc distributio ī rerum descriptione, nō in numero uersuū cōstituta sit. nō apud Latinos modo, uerum etiam apud Græcos ipsos.

GVI. Arg. Hecyræ

PHilomenam uirginem olim compresserat Pamphilus in tenebris, tanq̄ meretricem· a qua puella detraxerat annulum, quem dederat Bacchidi meretriculę. Deinde processu temporis Pamphilus exarsit in amorem puellæ, quam ignorabat esse in tenebris a se ipso compressam, stimulanteq́ amore eam duxit in uxorem· iam grauidam ex illo compressu facto in tenebris: ipso quidem ignorante. Quam ubi duxit: priusq̄ ingrederetur ad eam peregre profectus est. interea mater puellę ad se reuocauit filiam: ut furtim domi pareret: sicq́ socrui partus cælaretur: interim redit Pamphilus: eamq́ parientem apud matrem deprehendit: quare multum commotus absq́ detectione partus uxori repudiū mittere parat parentibus suis nescientibus quidnam id faceret. Tandem per Bacchidē meretricem: apud quam annulus inuentus est· cognoscit Pamphilus & a se uitiatam uxorem: & ex se natum filium. Nomen fabulæ huius est Hecyra: ꝙ multa fiant in ea per soceros & socrus. i. per patres & matres nuruuʒ Hecyros enim græce dicitur socer. Hecyra autē socrus Est præterea Apolodori græca· quemadmodum & Phormio. nam cæterę quatuor ex Menādri fabulis translatæ sunt. Est etiam mixta motoriis actibus & statariis multum sniarum & figurarum cōtinetur in toto stilo unde cum delectet plurimum non minus utilitatis affert spectatoribus. In ea prologus est multiplex & rhetoricus nimis: propterea ꝙ sæpe exclusa hæc comœdia. defensione diligentissima indigebat. psonæ protaticæ. i. psonæ extra argumentum duæ sunt: Philotidis, & Syræ. Primæ autem partes sunt Lachetis: secundæ Pamphili: tertiæ Phidippi· quartæ Parmenonis: & deinde aliarum personarum: quæ his adiunctæ sunt.

Hecyra Hecyros

SER.

HEcyra nuncupatur hęc fabula & interprætatur socrus quia cũ moralitates in comœdiis præter negocia tractẽtur: moralitas socruum in hac comœdia describetur: licet quantum ad negociũ: & argumentum Pamphi. pars sit huius comœdiæ principalis. ostenditur enim per istas, & q̃ malæ sint omnes socrus erga nurus, & erga generos: quamuis sub falsa criminatione istarum & q̃ bonæ aliquando appareant: quoniam licet Sostrata immerito culparetur de expulsione Philomenę & Myrrhina de reductione odio generi sui Pamphili: tamen in criminatione istarum licet iniusta: quid soleant facere socros in nurus: uel generos odio. s. habere pati non posse. dissidium inter eos quærere hæc omnia hic notificantur: prætereа tamen bonitas Sostratæ in nurum suam: & Myrrhinę in generum suum Pamphilum apparebit ex hoc autem: ꝙ immerito accusatur: datur intelligere ꝙ discordiam inter se: & litigium naturaliter omni die machinantur: maxime ꝑ hoc cũ sine culpa sua accusarentur: argumẽtum præmittitur ut in aliis.

ASCE.

IN huius argumenti narratione pauca sunt, quæ ipse aliter dicerem: propterea ꝙ non recte procedere uidẽtur. Et primum quod dicit puellam compressisse, tanq̃ meretricem: non cohæret illi quod Bacchis in penultima scena dictura est: Homo se fatetũ in uia uirginem nescio quam compressisse &c. sciebat ergo Pamphilus uirginem esse: ꝙ si meretricem putasset non staret œconomia. ut tam faciliter induceretur ad credendum puerulum ex se natum. Item qđ sequitur: A quo puella &c. si latinitas stat: ut sit a quo Pamphilo puella detraxerat annulum: falsa est sentẽtia. lege ergo: a qua puella &c. & ita auctorem edidisse non dubito. Præterea ꝙ dicit Pamphilum exarsisse in amorem eiusdem puellæ: & eam stimulo amoris duxisse est contra id: qđ in prima scena dicit Parmeno. Tundendo atq; odio deniq; effecit senex & reliqua. Item cõtra ea quæ Pamphilus ipse profitetur. Similiter & Laches. In scena: Tibi quoq; ædepol: ubi dicit impulsu duxisti meo &c. Itẽ quod dicitur priusquam ingrederetur ad eam peregre profectus est. Non procedit. Nam Myrrhina dictura est: concedente & recitante Pãphilo ubi secum loquitur. Nam aiunt tecum post duobus occubuisse eam mensibus. Verum quidem est quod dicit Parmeno in prima scena Pamphilum abstinuisse in principio: sed nõ semper. unde ipse Pamphilus in scena. Nequeo mearum &c. Nam olim illi soli credidi ea me abstinuisse in principio cum data est.

GVI.


VXorem duxit &c. Pamphilus duxit Philomenã uxorem: cui Philomenæ uirgini. quondam. i. lõgo ante tempore. ipse Pamphilus ignorans. i. nesciens esse uirginem illam. obtulit uitium. i. stuprum ei attulit. & dederat amicæ Pamphili. s. Bacchidi meretriculæ annulum eius Pamphili · quem detraxit. i. de digito eius traxit. per uim. i. uiolenter. Dein. i. deinde. Pamphilus ꝓfectus est in Imbrum. i. in eum locũ remotum ab uxore sua. haud. i. non. attigit suam nuptam antequã iret. i. ad eam non est ingressus: qua de re non poterat ex eo esse granida. uero. i. sed. mater eius puellæ transfert ad se hanc puellam grauidam utero. i. fructum habentem in utero. ut. i. tanquã. ægrã. i. ægrotam. ne socrus id sciat. Pamphilus reuertitur ex imbro. deprehendit. i. resciuit totum factum cælat partum. i. non reuelat alicui partum puellę: tamen noluit recipere uxorem. Pater puellæ incusat. i. uituperat: dat uitio: uertit crimini amorem Bacchidis. i. amorem quem habebat Pamphilus com Bacchidem. nam putabat eam esse causam repudii. dũ Bacchis purgat. i. excusat se. mater Myrrhina nom ne mater puellæ. agnoscit. i. recognoscit. forte annulum uitiatæ. i. stupratæ filiæ suæ. Pamphilus recipit uxorem una cum filio.

SER.

VXorem duxit Pamphi. &c. Illud quod ponitur in ipso principio argumenti est quasi schema: & materia unde omnes partes comœdię originem habent: quia tota comœdia ex ignorantia pendet quam ignorantiam notat, cum dicit: cui quondã &c. Si enim propalatum foret & cognitum ꝙ Pamp. uxori, quam duxerat, uim prius intulisset: & prægnans ex eo fuisset: oẽs partes comœdiæ periissent: quia nec Philomena ad domum patris transferretur. Nec socrus de dissidio uituperaretur. Nec Pamphi. cognito partu uxorem renuere: & alia omnia, quæ in comœdia tunc tm̃ locum ꝑdidissent. de quinto actu quomodo independeat non reticet: qui. s. est de mitigatione totius perturbationis cum dicit. Eiusq; impetium &c. Nisi enim ablatus fuisset: nulla mitigatio huius rei extitisset. Primum actum comœdiæ quodammodo prælibat cum dicit: Deinde profectus i &c. Nuptã haud. At hęc eni sunt illa peccata, qua in primo actu rememorabunt. Primus enim actus est de narratione peccatorum Pamphili: & profectus est in imbrum: locum habet nisi enim abesset Pamphilus illa non traduceretur ad matrem · & sic non posset partus cælari: sed statim Pamphi. recognita eam abiiceret · & ita partes fabulæ perirent. Quod dicit nuptã haud &c. Intelligendũ est quod in principio quando duxit: quia post duobus mensibus exactis antequam ad Imbrum proficisceretur: cum repudiaret eam Bacchis rem habuisse cũ ea in sequentibus inuenietur. Secundus actus non ponitur: qui est de falsa opinione odii: quæ refusa est in Sostratam. Sed quodammodo innuitur ꝑ causam ꝓmissam: ubi dictum est: Socrus ut ægram &c. Hoc enim qui adducta est fuit causa criminationis Sostratæ. Tertius actus manifestus est de cognoscendo partu · & eo cælando · & uxore repudianda, cum dicat: Reuenit Pamphi.

ASCE.

QVemadmodum (modo diximus) Argumentũ huius fabulæ ab interprete non omnino integre acceptum uidetur: itaq; in argumentum textus illud quondam & illud ignorans: non determinat dictionem uirgini: sed obtulit. dic ergo cui uidelicet Philomenę uirgini Pamphilus ignorans: ꝙ Philomena esset: obtulit quondam uitium &c. ꝙ si ignorasset uirginem esse: diceret: cui quondam ignorans uirginem uitium obtulit. Falsuꝫ prætereа est quod dicit Pamphilo detractum annulum, immo Pamphilus ipse detraxerat Philomenę annulum: quem dederat Bacchidi. Dic ergo eiusq; &c. ꝙ pro &. Pamphilus dederat amicæ suæ Bacchidi meretriculæ annulum eius uidelicet Philomenæ: quem detraxit per uim: ꝙ uero Pamphilus, non Philomena detraxerat: uidere licet in penultima scena: ubi Bacchis omnem rem aperit: Prætereа ipsa Myrrhina in scena quæ incipit: Perii quid agam &c. apertissime dicit. Neq; detractum eitum quicquam est: qui possit noscere qui sietipse eripuit ut in digito quem habui uirgini abiens annulum. Quod uero textus dicit: nuptam non attulit. intellige diebus nuptiarum: dum reuera nupta. i. obnubilata pudoris gratia fuerat.



ACTA LVDIS MEGALENS. SEX. IVLIO, CN. CORNELIO DOLOBELLA ÆDIL. CVRVL. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS PARIBVS. TOTA GRAECA APOLLODORV FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECVNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST LVCIO AEMILIO PAVLO LVDIS FVNERALIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA, Q. FVLVIO, L. MARCIO AEDILIB. CVRVLIB. ECIT L. AMBIVIVS, L. SERGIVS TVRPIO. PLACVIT.

PROLOGVS.

DONA. Hecyra est huic nomen fa.) A nom.ne cœpit, ut in cognitā probaret, & iō spectandā. ⁋ Hecyra est huic nomē fabulæ. Nominatiuo casu figurauit: cū in usu ut datiuo dicamus, quāuis præsto sint exēpla, qbus ueteres poēs fere casus hoc genus locutionis enuntiabant. ⁋ Hecyra est huic nomē fabulę. Hęc primo data est sine plogo, ludis Megalēsibus: quos Sex. Iulius, & Cornelius Dolobella edi derunt. sed occupato ppſo studio funambuli, displicuit Postea data ē ludis funebribus L. Aemilii Pauli: quos fecerunt Q. Fabius Maximus, & Cornelius Africanus. Tunc quoq; nō pacta est p studiū populi circa gladiatores. Tertio ad postremū introducta, Q. Fuluio, L. Martio ædilibus: uirtute actorum L. Ambiuii, & L. Turpionis est cōmendata. ⁋ Hecyra est huic nomē fabulæ. Totus hic prologus subtilē cōquestionē ɔtinet, ob hoc, ne apte populū neglectæ fabulæ reū faciat, & facile reuocet in fauorem. ⁋ Hæc cū da. est no.) Ita dr, data est fabula, ut data est cœna, datū est prandiū. Et edidit, a dato descendit ⁋ Hęc cū data est noua, nouū interuenit uitium. Sic & Homerus ⁎ Et dari dr̄ fabula, cū agit Stare, cū placet. ⁋ Hęc cū data ē noua, nouū iteruenit uitiū. συλλη ψις prima: deest. n. huic, & est figura προσωπο[illegible] Noua nouū. ⁋ Vitiū & cala.) Bū secundū augures. Vitiū. n. est, si tonet tantū: Vitiū & calamitas, si tonet & grandinet simul, & ēt fulminet ⁋ Vitiū & calamitas. Trāslatio ē ab augurio: & uitio creati dr̄ consules. Calamitas παρὰ τὴν καλάμην dr̄ clades, q̄a calamatur: ut aliud sit grādinis ulmū frangētis, aliud furti aut doli mali. Sic Probus. ⁋ Vt neq; spe.) Vitiū, q̄ nō spectata ē: Calamitas, q̄ nō cognita. ⁋ Vt neq; spectari neq; cognosci. Mira defensio. siq̄dē nō iudicio comœdia exacta est, si spectari cognosciq; non potuerit: cognituris. s. si audirēt. ⁋ Vt neq; spectari neq; cognosci. Ideo theatrum, iō spectatores, iō actores: q̄a maior ps in gestu est q̄ i uerbis ⁋ Cognosci. Vel pbari, uel sciri an Hecyra

Datur fabula

Stat fabula

Vitium

Calamitas

HECYRA est huic nomen fabulæ. hæc cum data est
Noua, nouum interuenit uitium, & calamitas,
Vt neq; spectari, neq; cognosci potuerit.
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc plane est pro noua.
Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum possit uendere.
Alias cognostis eius, quæso hanc noscite.
Orator ad uos uenio ornatu prologi.
Sinite exorator ut siem, eodem ut iure uti senem
Liceat, quo iure sum usus adolescentior.
Nouas qui exactas feci ut inueterascerent,
Ne cum Poeta scriptura euanesceret.
In his, quas primum Cæcili didici nouas,

an Hecyra sciri dicat, q̄ scita sit nomie. ¶ Ita populus studio stu.) A deriuatione cāæ. nō q̄ mala, inq̄t, exclusa ē: sed q̄a populus funambuli admiratiōe obstupuit. qđ ifra de gladiatoribus dicet, ad cōmutatiōnē cāę inducendā. ¶ Ita ppl̄s stupidus. Hic excusat̃ & populus, q̄ neq̄ iudicauit de fabula neq̄ tñ stulte errauit. Stupidus, p̄ stupēs. ut, Timidisq̄ supuenit Aegle. ¶ Pro no.) Recte: iā. n. nō ē noua. ¶ Et is q̄ scripsit hāc ob cā rē.) Idest ob eā cām. q. d. non itecū acta est sine cā. Cur ergo nō post funābulū relata ē, ubi ille cessarat: i quo maluit auarū Poetā pplo iducere, q̄ suo operi diffidētē. ¶ Iterū re.) Supuacuū ē. ¶ Vt ite. pos. uen.) Ali s. s. ludis. hoc, ut diximus, ad laudē fabulę referat̃: postq̄ tñ fiducię Poetę dedit. ¶ Alias co. eius, q̄. hāc no.) Mire illi fauorē petit ex aliis, q̄ spectatori notæ sunt. ¶ Eiusdē Poe.) Quasi hæc oino nota sit. At i Andria, q̄ oinm p̄ma ē, aliter ait, Vt pnoscatis & qđ spei sit reliquū, post hac q̄s faciet de itegro comœdias: spectādæ an exigēdæ nobis sint p̄us. ¶ Orator ad uos ue or. p.) Magna arte hic plogus scriptus ē, & nimis oratorie. nā totiens expulsa fabula quomō honeste reuocari potuit i pscenium: nisi p̄mo ipsa ipudentia p̄ fiducia pferret̃: deide actor pitissimus ipse habitus, pbaret & Poetā & comœdiā: cuius authoritas elucet ex uerbis: tū deide subtiliter nouo Poetæ a uetusto & magnæ authoritatis Cęcilio peteret̃ exēplū, & peteret̃ igeniosissime: nā qđ rudi Terētio cōtigit, accidisse memorat̃ ueteri Cęcilio qđ huic semel, illi sæpe: qđ huic i aliis nunquā, hoc illi fere i oibus. qđ huic p̄ter Hecyrā & actæ, & pbatæ sunt cæteræ: illi ptim exactæ, parti uix pbatæ. Itaq̄ his oibus argumentis id actū est: ut neq̄ desperandū sit de Teren. q̄ expulsus ē, ut nihilominus illi tātū attribuendū sit, ut aut par Cæcilio magno tūc Poetæ, aut ultro melior ēē possit. Hic tñ L. Ambiuius histrio fuit actor comœdiar̃. ¶ Orator ad uos uenio.

Orator

Oratorē audire oportere, ius gentiū ē. oratorē nō licet iniuriā pati. Iō ergo ne expellat̃, nō se plogū, sed oratorem nominat. Plautus, Impia feceret e oratorē uerberas. ¶ Eodē ut iu. uti se. li.) Vt, Me liceat casus miserari insontis amici. ¶ Sinite exo. sim.) Orator, ē dū agit. Exorator cū ipetrauerit. Ita illud dicētis: hoc iā effectū significationē hēt. Et orator ē, cui cā defendēda mādat̃. ¶ Quo iu. sum usus a do.) Tanq̄ aliud agens affert exēpla, qb⁹ ondat, turpe nō ēē Terē. exclusam ēē unā illius fabulā, cū multor̃ Poetar̃ multæ exactæ sint: & in his Cæcilii, cuius illo tpe magna authoritas fuit. ¶ Adolescētior. Hæc cōparatio minus a positiuo sonat, & uim diminutiuā exp̄mit: ut, Iā senior, sed cruda deo, uiridisq̄ senectus. ¶ Nouas q̄ exactas fe. nt in.) ... Et inueterascerent, denuo agerent̃. q̄a nondū acta, noua dicit̃ fabula. ¶ Inueterascerent. In consuetudinē uenirent, spectarent̃, amarent̃. ¶ Exactas.) Expulsas. ¶ Ne cū Poeta scrip. eua.) Causa facti honestior ē, nō se Poetæ unius, sed ipsius poematis cā laborare. ¶ In his quas primū Cæcilii didici no.) A simili argumētū: qđ fit p̄ cōparationē artificiosam & oratoriā rerum ac personarum.

Exorator

Cōparatiuus minus positiuo significans

Noua fabula

Inueterascere

GVI.

HEcyra est &c. Hic plogus ē multiplex & rhetoricæ obseruās disciplinę. nā hęc comœdia sæpe reiecta alieno ppl̄i studio diligētissima defensiōe indigebat. L. Ambiuius, & L. Turpio histriones hāc fabulā egerunt. Qui aūt hic loq̄tur L. ē Amb poetæ ptes defendēs. & popularē aurā captās uehemēter. Ordo ē: Hecyra q̄si socrus. ē nomē. i. appellatio huic fabulæ. cū. i q̄n. hæc fabula data ē. i. exhibita ē pplo. & edita noua. i. cū pus nō fuisset acta. Dari dr̄ fabula q̄n agit̃. Vñ edere a dodas cōponit̃: qđ signat exhibere ad spectaculū. Inde numer̃. i. ludor̃ editores dr̄: istare aūt dr̄ q̄n placet. Cū ergo data est noua nouū parōmasia ē in textu. & serie i his uerbis noua nouū. nouū uitiū. i. nouū erratū: siue nouus error & noua culpa spectatorū. & calamitas. i. miseria: infortuniū: ifelicitas iteruenit. ut. i. ita. q̄ neq̄ hæc fabula potuerit spectari. i. aspici a spectatoribus. neq̄ cognosci ita. i. i tm̄ populus stupidus. i stupēs & q̄si aio raptus. studio. i. attētione uel aī applicatione ad alia. occupauerat aiu3 i funābulo. i. i spectādo boie gradiēte sup funē. bñ spectari dictū ē. nā maior actionis p̄s in gestu apto cōsistit q̄ spectat̃. Inde spectatores dr̄t. Itē theatr̃ & actores spectacula. Vitiū p̄terea ē si toner tm̄: calamitas aūt ē si grādinet, & fulminet. Calamitas. n. ē clades q̄ culmi segetū frangunt: uñ penuria seq̄t̃ & erūna. Inde calamitosus miser: ifelix. Nūc hęc fabula, q̄ su3 actur⁹, ē plane. i. oino p̄ noua. i. tanq̄ noua q̄uis reuera noua nō sit: cū alias edita pp̄te fuerit. & is poeta q̄ scripsit. i. cōposuit hāc fabulā. uoluit iter̃ referre (iterū uacat) i. recitare: uel exhibere eā & pponere æd. lib⁹ ob eā rē. i. ob eā cām: ut possit uēdere eā iterū. i. secundo. cognostis. i. cognouistis. alias fabulas eius poetæ. q̄so nūc no̊scite hāc fabulā. ego uenio ad uos orator. i. tanq̄ legatus aliq̄d rogaturus: & i cōspectu uro orōnē habiturus. ornatu. i. i habitu plogi. i. eius q̄ plogū. i. pfationē aliquā, aut ploqum: & q̄si pludiū habiturus ē nā plogus iterdū capit̃ p̄ ipsa pfatione iterdū p̄ eo, q̄ eā facit pfationē ut hic. Si iō oratorē nō plogū noiat ne expellat̃. nā iure gētiū oratorē audiri oportet: nullāq̄ iniuriā pati. uenio itaq̄ ad uos orator. sinite. i. pmittite. q̄ sim exorator. i. ipetrator: obtentor petiti. nā orator dr̄ q̄diu rogat: exorator aūt cū ipetrauerit. orator ētē cui cā defendēda mādat̃. ut liceat. i. pmittat̃ me L. Ambiuiū senē uti. i. gaudere. eodē iure. i. eadē authoritate. quo iure ego adolescentior. i. iunior: uel multū iuuenis. uel cape cōparatiuū p̄ positiuo. usus su3. hoc aūt cōparatiuū adolescētior: & simil̃r iunior min⁹ a positiuo sonat: & ui diminutiuā exp̄mit: nāq̄ iunior ē minoris ætatis q̄ q̄ iuuenis ē. Si accurate tñ ispiciamus cōparatiuū supat suū positiuū i ea q̄litate i q̄ fit cōparatio. liceat ergo me senē uti eodē iure: quo ego adolescētior sum usus. q. s. ego. feci. i. effeci. nouas fabulas exactas. i. exclusas: ut iueterascerēt. i. in psuetudinē uenirēt: spectarēt: amarent̃: iter̃ agerent̃. iueterascunt enim fabulæ dū iter̃ aguntur: & id feci amore poematis: nedum poetæ. ne. i. ut non scriptura. i. cum poema. euanesceret: idest deficeret. cum poeta: idest cum authore. in his fabulis Cecilii: idest illius ueteris poetæ comici: quas nouas didici, ut eas agerem.

SER.

FAcit plogū ut i p̄missis: i quo captat bñuolētiā a psona sua & auditor̃: & p̄cipue a re ipsa. aduersariis uero nō r̄ndet: q̄a huic recitationi ipedimēto nō fuerūt: sed pp̄lm quodāmō iculpat. hæc. n. comœdia cū bis occepta eēt agi: nunq̄ nisi tertio potuit pfiniri. itēdit ergo i h̄ plogo pp̄lm exorare: ne deīceps pturbationē faciat huius comœdię recitationi: ne aliā attulisse nouā a populo expectaret̃. Nominat rā i p̄cipio. q. d. affero uobis comœdiā. sed hęc ē Hecyra: quā bis icepit recitare. & h̄ sunt cū p̄us data ē noua. & iō mō recipiēdo ē: q̄a licet p̄s una recitata eēt. tñ nō iō mō minus recitāda ē: noua data ē dico: sed nouū. i. isolitū ui. i. Nouū iō dic̄: q̄a nulla adeo disturbata fuit. uitiū q̄tū ad pp̄lm. cala. quātū ad comœdiā. tāta dico calamitas: ut neq̄ sp. & iō nō cogū. ita po. ecce uitiū: & q̄uis aliis uitiis icepta sit agi. tñ nūc pla. &c. Remouet poetā a crimie auaritiæ: ne pp h̄ eā recitare iter̃ putent: ut uelit uēdere: q̄a p̄ma recitatiōe licet impfecta eēt datū ē ei de cōi ęratio: siue more romanor̃ p̄miū p oblata comœdia. & h̄ est & is q̄ scripsit &c. Sed ppea ne peat magna ura utilitas, si istā comœdiā nō nou eritis. & q̄ h̄ sit ura utilitas potestis ex h̄ scire: q̄ cognostis alias eius fabulas: ad q̄cū exēplū: ne dubitetis istā eē nouā: & iō uult ne uos p̄terea huius cognitio: nō pp pecuniā: q̄a non possum eē orator i comœdia. iō uenio orator cū or. pl. i. defensione: quā plogus h̄re debet. Nā patua su3 defendere poetā: si q̄d ipon̄t: q̄ dic̄ æq̄pol. orator ad uos ue. or. pl. Et iō rogo ut hāc cognoscatis q̄tenus sim exorator. i. ipetrator. ita. s. sim exorator ut eūdē statū nūc teneā i ista. quē tenui i comœdiis Cecilii. s. ut sicut i iuuētute: oēs comœdias q̄s icepi: licentiā a uobis finiēdi ipetraui. sic & mō i senectute: q̄ sim maioris authoritatis idē iua h̄re liceat: & quo iure itelligat: ipse ēt suppōit: ita me dico liceat. q̄ i iuuētute fabulas nouas. & exactas. i. perfectas. & bonas feci cum nouæ essent. ut inueterascerent: idest reciperentur in authoritate: & in usu apud po

pulſi habebantur. illa non dicitur inueteraſcere: qua uel non poteſt recitari pro aliquo impedimento: uel recitata non frequentatur: ſed uaneſcit. uel qui nouas: & etiam exactas. i. extra actas. i. expulſas & neglectas: feci ut pro mea authoritate reciperentur: & inue quod in his comœdiis feci: quas primum di. quia iuuenis primum illas recitaui.

ci pōt. i. cū qbuſdā hoībus: uel cū quadā parte hoīum. Quintus Claudius inſolētius iunxit ptim cū ſubſtantiuo: tanq̄ eēt adiectiuū ingens: Cū ptim copiis hoium: p cū aliqbus copiis hoium. Nō ergo hic eſt mirū: ſi interptemur. Parti ergo ſum exactus: ptim uix steti. i. placui: ut ſic ſtat ſnia p placet. & id torū ſuſtinui: qa ſciebā fortunā ſcenicā eſſe dubiam. i. cauſam

DONA. Exact°

¶ PARTIM ſum earuz exa. pat. uix ſte.) Vide, plus eē i exēplo: ſiqdē ptim exactę ſunt Cæcilii fabulæ, pti uix admiſſæ: cū una Hecyra excluſa ſit. Et eſt ſenſus. Aut diſplicui inqt, aut i aliqbus uix placui.

Earum partim

¶ Partim ſum earū exactus, p i aliis. Et ſimul ſplendida locutio eſt. Partim, aduerbiū ē. Et pprie locutus eſt. Nā fabulæ aut agi dicunt, aut ſtare. ¶ Quia ſciebā du. for.) Nō igit Poetę culpa, ſed caſus ē nā iō fortunā euentū eatulit ¶ Spe incerta, certū mihi la ſu.) Sētētioſe, & uerę. nam ubi certa ſpes eſt nihil opus ē labore certo ac uehemēti. ¶ Spe incerta. Pro ſpei icertę, an deeſt In? ¶ Incerta certū. Honeſta figura q̄ dr̄ ἀντίθεσις. ¶ Eaſdem.)

Partim ſum earum exactus, partim uix steti.
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam,
Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli·
Eaſdem agere cœpi, ut ab eodem alias diſcerem
Nouas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfeci ut ſpectarentur· ubi ſunt cognitæ,
Placitæ ſunt· ita Poetam reſtitui in locum
Prope iam remmotum iniuria aduerſarium
Ab ſtudio, atq; ab labore, atq; ab arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia,
Et in deterrendo uoluiſſem operam ſumere,
Vt in otio eſſet potius, q̄ in negocio·
Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam, mea cauſſa, æquo animo attendite.
Hecyram ad uos refero, quam mihi per ſilentium
Nunq̄ agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas.
Eam calamitatem ueſtra intelligentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ·

theatralē & euentū ſcenarū eſſe dubiū & incertū. nā alii hūt bonā fortunā i ſcenicis. i. in theatris: i. p ſcenis fabulas agēdo alii malā. Suſtuli mihi. i. abſtuli: amoui a me. laborē certū. i. indubitabilē. ſpe icerta. p ſpei icertę. q. d. amoui a me certū laborem ſpei incertæ. i. q labor nullius ſpei certæ erat: cū nō eēt dubiū qn labor eſſet. cœpi. i. incepi: q̄ſi cū magno molimine agere. i. (qđ dici ſolet) ludere eaſdē fabulas Cecilii. ut diſcerē. i. cōprehēderē ab eodē Cecilio ſtudioſe. i. accurate: diligēter: attente alias fabulas nouas. ne. i. ut nō. abducerē. i. dimouerē: deterrerem: dehortarer: deflecterē illū Cecilii a ſtudio ſcribēdi fabulas, & incūbendi lr̄is. pfeci. i. impetraui

Cœpi

Perfici

Exactas. ¶ Cœpi.) Difficultatē facti & molimen oñdit. ¶ Ab eodē. Cæcilio. ſ. ¶ Nouas ſtu. ne il. ab ſtu. ab.) Iterū cā honeſtatis. ¶ Perfeci ut ſpe.) Attende quātū pōdus hēat, q nō feci dixit, ſed potius Perfeci: ut molē difficultatis oñderet. ¶ Placitæ ſunt.) Nota pticipiū ſine origine uerbi ¶ Ita Poetā re. i lo.) Mire nō Cęciliū, ſed Poetā: ut hoc gñaliter pplo pſtitiſſe, nō uni hoī, uideat ¶ Vbi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. Elegans pmiſſio & hāc placitucā ſi cognoſcat. & ē piectuca a futuro tpe. ¶ Reſtitui in lo.) Quia remotū & excluſum dixit ¶ Prope iā re.) Geminauit m ſecundū antiquos, q oēs i uerbis liqdas duplicabāt. ¶ Ab ſtu. atq; ab la. Bñ oñdit ſe pplo pfuiſſe, Cæciliū Poetā ad laborē reuocādo atq; artē. Ab aūt in tertio Cōmote audiēdū ē ut, Hic portus alii effodiūt, hic alta theatri Fundamēta locāt alii, imaneſq; colūnas Rupibus excidūt ſcenis decora alta futuris ¶ In præ.) Statī ut a populo eiiciebaī. ¶ Vt i otio eēt potius, q̄ i ne.) Ex ipſis rez noibus oñdit facilitatē deterrēdi. ¶ Nunc qd pe. m ea cauſ. Bñ petā, & mea cauſſa, q̄ſi orator. ¶ Mea cauſſa æquo aio attē.) Cōmēdatio pſonæ leuis p aliā pſonā grauē, ſm præcepta in Rhetoricis. ¶ Hecyrā ad uos re.) A cauſa. Pricipiū a pricipali q̄ſtione, an cognita ſit, & an ſpectanda ſit. ¶ Quā mi.) A pſona dicentis. ¶ Ita eā op ca.) Hoc ſuccedit p illo, qđ ē a pſona aduerſariorū ſimī ad fortunā retulit culpā ppli. nō. n dixit q̄ pſto erat. ¶ Ita eā oppſſit calamitas. Eā calamitatē. Calamitatē repetit ne nos fabulā illū dicere putaremus. ¶ Veſtra intelligē.) Ab auditorum perſona. ¶ Noſtræ induſtriæ.) Rurſus a ſua. & bene περιφράσει uſus eſt: ne diceret, uos nobis.

In præſentia

GVL.

DONA. ℭ LEPIDA es.) Senex cum meretrice loquens, eo potius nomine laudauit eam, quo meretrices solent laudari, quam quo matresfamilias. sic & supra, cum inscitum se diceret, rationem habuit, quae esset cum qua loqueretur. ℣ Sed scin' quid uolo potius?) Hinc de liberatiua incipit. ℣ Sodes.) Si audes, si uis. ℣ Eas ad mulieres huc intro.) Non dixit ad socrum & ad uxorem, terribilia nomia, & inimica meretrici sed quod facile est, ad mulieres. Sic alibi, Mulier mulieri congruit. Et ue longe uideret, addidit, huc intro. ℣ Atque istuc iusiurandum.) Id est quod tu mihi pollicebaris. ℣ Exple animum his teque hoc crimine expedi.)

Explere

Explere, pro exinanire, Terētianum est.

Expedire

Expedire dicitur, qui pedem retentum liberat. ℣ Exple animum. Quod illis pro sis. ℣ Quod pol si eēt alia ex hoc quaestu.) Vigilanter Poeta, ne uō uerisimile uiderer id ullam fecisse meretricem: ipse lectorem praeuenit. & sic fere in omnibus Terētius, quę minus peruulgata sunt, quaeque abhorrent a consuetudine, agit. ℣ Vt de tali caussa.) Idest amore mariti eius, & pellicatu. ℣ Nuptae mulieri se ostenderet.) Plus dixit, quam, nuptam alloqueretur. ℣ Sed nolo falsa fama esse gnatum.) Bene, quo sit gratiosior, non propter se dicit, quod facit, facere. ℣ Nec leuiorem nobis.) Quid leuiorem? an minus charum? ut contra grauis intelligitur.

Leuis

Grauis

Virgilius, Ferit ensis grauem Tymbraeus Osirim. Grauis etiam molestus intelligitur: ut Sallustius, Grauiore bello qui prohibituri uenerant socii, fugere. Grauis etiam lāguidus. Virgilius, Vbi aut morbo grauis, aut etiā segnior annis Deficit abdite domo. ℣ Nec leuiorē. Vt contra, grauis, honore dignus, & charus. ℣ Quibus est minime aequum.) Parentibus: scilicet. ℣ Immerito.) Bona exceptio. hoc enim & cauere nobis, & praestare aliis possumus. ℣ Immerito. nam meritus est de me.) πα..ρέμφασις. ℣ Nam meritus est de me, quod queam, illi ut commodem. Et hoc artificiose Terētius: ne uel meretricem dure a Pamphilo segregaret. ℣ Quod queam, illi ut cōmodem.) Sic in Andria, Magis id adeo ut mihi incommodet, quam ut obsequatur gnato. ℣ Facilem, beneuolumque lingua tua.) Facilem ad peccatum, Beneuolum ad iracundiam retulit. ℣ Lingua tua.)

Facilis

Beniuolus

Cōsuetudine magis, quam ratione dicit, tua lingua. ergo pro homine ipso. ℣ Lingua tua iam, Subdistigue iam: ut appareat, si lingua tua iam, quanto magis facta? ℣ Nam non sunt solae arbitratae hae.) Nunc fatetur se quoque accusatorē fuisse: nunc uero beneuolum factum. ℣ Hae.) Cum ἀποστροφῇ. ℣ Ego quoque hoc etiam. Quoque, & etiam superuacue posita sunt: sed hic cōfirmationem ostendunt. ℣ Praeter nostram opinionem.) Pro contra. ℣ Praeter nostram opinionem. Hoc est innoxiam. ℣ Fac eadem ut sis porro. Hoc est perseuera purgata esse uult enim & de futuro cautum esse, ut supra, Nam si id facis, facturaue es. ℣ Nostra utere amicitia.) Non iam amore, sed amicitia ℣ Aliter si facias:) ἀποσιώπησις. ℣ Ne aegre quicquā ex me audias.) Vtrū aegre pro male? an aegre pro inuita? ℣ Verum hoc te moneo unum.) Haec figura oratoria, παρῄνεσις dicitur. ℣ Qualis sim amicus, aut qd possim.) In secunda ratione Sallustius ad Iugurtham, Nam uim magis, quam beneuolētiam eius experiri mallem. ℣ Qualis sim amicus, aut quid possim. Hoc genus comminationis minus habet amaritudinis: sed plurimum grauitatis. Et Sallustius, Nam uim, quam misericordiam eius, experiri mallem.

L. Lepida es. sed scin' quid uolo potius sodes facias? B. quid uis, cedo. *Iamb. acata.*
L. Eas ad mulieres huc intro, atque istuc iusiurādū idē *Troch. cata.*
Polliceare illis: exple animum his teque hoc crimine expedi.
B. Faciam: quod pol si esset alia ex hoc quaestu, haud faceret, scio:
Vt de tali caussa nuptae mulieri se ostenderet.
Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum:
Nec leuiorem nobis, quibus est minime aequum, uiderier
Immerito: nā meritus de me est, quod queam, illi ut cōmodem.
L. Facilem, beneuolumque lingua tua iam tibi me reddidit
Nam non sunt solae arbitratae hae: ego quoque hoc etiā credidi.
Nunc, cum ego te esse praeter nostram opinionem comperi:
Fac eadem ut sis porro: nostra utere amicitia, ut uoles.
Aliter si facias: sed reprimam me, ne aegre quidquam ex me audias. *Iamb. tetra. acata.*
Verū te hoc moneo unū: qualis sim amicus, aut qd possiem.
Potius quam inimicus, periculum facias. B faciam sedulo.

GVI. ℭ LA. Tu es lepida. i. iucunda & festiua sermone tuo. Sed scin. i. scis ne illud quod nolo. quod sup. potius facias sodes. i. si audes: uel si uis. Ba. quid uis quod potius faciam. cedo. i. dic. quid uelis me facere. Lac. eas: idest uadas. huc: idest in hunc locum quem ostendebat. intro: hoc est introeas hinc ad mulieres. s. Myr. & Philo. atque polliceare istis istud idem iusiurandum quod pollicebaris mihi. exple animū: idest satisfac animo his mulieribus: uel animum his pollicitationibus: quibus meum explesti: & expedi. s. libera: euolue te: explica te: exolue te hoc crimine: cuius accusaris de receptione. Pā. aedepol faciam id qd': si alia aliqua esset ex hoc quaestu meretricio. i. si alia esset meretrix: quēadmodū ego quae talem quaestum faceret. haud: idest non faceret scio: idest non dubito uidelicet non facere hoc. ut idest quod ostenderet se mulieri nuptae. de tali causa: idest propter talem causam. Sed nolo filiū esse sus. falsa fama: idest rumore falso. neque uolo eum quid uo. leuiorem: idest contemptibiliorem. immerito: idest sine causa. quibus: scilicet uobis. minime: idest non. est aequum eum uideri leuiorem. Leues homines dicuntur (ut Gellius, inquit) homines contemptibiles: & nullo honore digni. homines: scilicet nihili: ac nullius frugis bonae. Nam Pamphi. me. est de me ita sup. idest ita me tractauit: ut commodem illi id quod queam: idest possim commodare: idest ut consulam eius utilitati quacunque uia potero. dicimus enim commodo tibi hoc idest commodum tibi facio. interdum commodare significat dare aliquid commodato. Dicimus etiam hac in re tibi nequeo commodare: idest commodum afferre. Lac. lingua tua: idest tuus sermo lepidus iā reddidit: idest effecit me facilem: idest benignum: exorabilem: & beneuolum tibi: idest tibi bene cupientem. nam hae mulieres nō sunt arbitratae solae: idest sine aliis te receptare filium ego quoque etiam: alterum abundat. credidi hoc: scilicet te receptare eū nun. cum ego comperi: idest deprehendi: cognoui te esse praeter nostram opinionem: idest innoxiam, & uacare culpa in hac re cuius accusaris. fac: idest perseuera. ut sis eadem. s. ut sis purgata apud mulieres & iudiceris innoxia. porro i. sed uel deinde: siue certe. utere nostra amicitia ut uoles. si facias aliter uolebat minitari: sed repraessit se inquiens. sed reprimam: idest compescam: cohibebo me. ne audias quicquā. s. aliquid ex me. aegre: idest male: moleste: uel inuita. uerum: idest sed. moneo te hoc unum facias periculum: idest periclitens: sumas experientiam: & probationem qualis amicus sim potiusquam inimicus aut quid possim: idest quae sit mihi potestas. Bac. faciam quod dicis. sedulo. idest instanter: quasi sine dolo.

Cōmodare

SER. ℭ ET non uolo Pamphi. uiderier immerito leuiorem. i. leuioris animi, quam sit. uiderier dico uobis quia minime ęquū est uidere: & credere esse leuem filium uestrū. ideo nolo. nā maritus est. fac ut sis eadem. i. perseueres. in hoc facias periculū qualis amicus potius, quam qualis inimicus sim.

DONA. Defieri Benigne

NIhil apud me ti.defie.pa.) Verba nutricis fuisse Poeta demõstrat, petẽtis ordine lõgo q̃ sibi pbẽda sint. uñ q̃si tædio singulorũ, gñaliter hęc rñdit. ¶ Nihil apud me ti.defieri pa.) Apud me dixit, p apud eũ ubi futura es. ¶ Defieri patiar. Noluit dicere, deesse: sed defieri dixit: ut id qd' minus usitatũ est magis delectet auditum. ¶ Benigne p. Benigne large. hoc.n.ẽ gratus, nõ solũ pbere, sed benigne pbere. ¶ Sed cũ tu sa. atq; ebria eris. Hoc ẽ i nutricib⁹ nõ solũ nõ turpe, sed ẽt necessariũ. ¶ Et hic satur, & hęc satura fecit. ¶ Noster socer uideo ue.) Noster, blandiẽtis dictũ est. Virgili. Noster eris. Et magis hoc cõsuetudine dictũ est, q̃ integritate. Aut Certe ordo est, Noster socer uenit: & deĩde, uideo. Aut deest Vt: ut sit, ut uideo. ¶ Deierat.) Deos iurat. ut, M ria oĩa iuro. Aut ualde iurat. ¶ Bacchis deierat. Si correpte, deierat deos iurat. si producte, ualde iurat. Et bene senem iratũ præoccupauit, dicende, deierat sancte: ne confligeret cum meretrice, & fieret fabula longior. ¶ Hæcine ea est?) Imitanda irati contẽplatio. q d. hæc est, quam uxori Pãphilus anteponit? ¶ Nec pol istæ metuunt deos.) Hoc argumentum est non illam uera iurare. sanctum, ait, iusiurandum est, aut metu religioso, aut suppliciis sacrilegorum. At uero nec religiosæ sunt meretrices inquit, nec dant pœnas quippe quæ a diis contemnantur. Tale est apud Virgiliũ de uiolato Luco, qui uindicatus non est: Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello. ¶ Neq; has respicere deos opinor.) Et inferiores sunt inqt, q̃ in quas dii uindicent ¶ Neq; has respicere deos. Nec merentur ut diis pœnas referant, qa nec curæ diis esse dignæ sunt. Et est ἀμφιβολία. quæ sensu manifesta est ¶ Ancillas dedo.) Repudiato iureiurando ad aliud transit firmius documentum. ¶ Quolibet cruciatu p me exquire.) Per me, hoc est, me permittẽte ut quod per legem tibi non licet, per me liceat. Per me ergo, me autore & permittente. ¶ Hęc res hic agitur.) Aut sic intelligendũ est. q. d. Hoc agebamus cum tu aduenires. aut cum asseueratione peonuntiandum est: ut sit Res ueritas. q d. Hic nõ uerba sunt, sed res agitur. ¶ Hæc res hic agitur.) Propositio eorum quæ dictura est, hoc modo, Hęc res hic agitur quę res? Pamphilo me facere, ut redeat uxor, oportet. quod si perficio: non pœnitet me famæ, solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant. Multa Terentius feliciter ausus est, arte fretus nam & socrus bonas, & meretrices honesti cupidas, præter q̃ peruulgatum est, facit: sed tanta uigilantia caussarum & rationum momenta subiungit, ut ei soli merito uideantur omnia licere. Nam hoc contra illud est, quod alibi ait cõmune esse iam oĩbus Comicis bonas matronas facere, meretrices uero malas. ¶ Nõ pœnitet me famę.) Hæc figura λιτότης dr. minus.n. dicit q̃ significat. nã nõ pœnitet me famę pro eo qd est, magnam famam cupide acq̃siuerim, significat. ¶ Nõ pœnitet me famæ. Ne quæreremus, qui hoc meretrici prodesse posset. ¶ Solã fecisse.) Bene solã: ne nescisse officiũ meretricis Poeta uideret. ¶ Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant. Id est reconciliasse uxorẽ marito. ¶ Nostras mulieres suspectas fuisse.) Id est in suspicione positas. Nã esse suspectas, ambiguum est. & nunc eius partẽ manifestã uidemus. ¶ Nobis in re ipsa.) Nobis, aut abundat, aut cũ molestia nrã significat ¶ Porro hanc nũc experiamur.) Porro nunc, futurũ tẽpus ostendit. nã si iam inuenisti qd' experiantis & ea, quæ restant in reliquũ tẽpus: qa iam de præteritis purgata est. ¶ Hanc experiamur. Id est utamur opera eius.

Deiero

Per me

Nõ pœnitet me famæ

ACTVS QVINTI SCENA SECVNDA

Iambici quadrati catalectici.

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

P. NIHIL apud me tibi defieri patiar, qn qd' opus sit,
Benigne præbeatur. *Dimeter catalect.*
Sed cum tu satura atq; ebria eris, puer ut satur sit,
facito. *Octona. catalecti.*
L. Noster socer uideo uenit puero nutricem adduxit.
Phidippe Bacchis deierat persancte. P. hæcine ea est? L. hæc ẽ.
P. Nec pol istæ metuunt Deos neq; has respicere deos opinor.
B. Ancillas dedo quolibet cruciatu per me exquire
Licet. hæc res hic agitur, Pamphilo me facere ut redeat uxor,
Oportet quod si perficiu, non pœniret me famæ:
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.
L. Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis in re ipsa inuenimus. porro hanc nunc experiamur.

GVI. NIhil &c. In hac scena idẽ pollicet Bacchis Phid. qd' erat pollicita Lachi: uidelicet facturã ad mulieres: & expleturã eaq; animũ frequentie expediturã. Phi. Phidippus ꝯueniẽs cũ nutrice dicit se iusta pbiturũ & necessaria. nihil.i. non patiar aliqd. defieri.a defio is.i. deesse tibi: seu deficere tibi apud me. qn.i. q non id qd' sit opus.i. sit necessariũ pbeatur.i. prestet. benigne i. large: liberaliter. sed cum tu nutrix eris satura.i. repleta cibis. & ebria.i. uino igurgitata. facito.i. dest efficito. ut puer nutriendus sit satur i. bñ nutriat. La. nr socer i. Phidip. pr nurus Lachis uenit. uideo eũ. s. uel itellige ut. & dic ut ui den noster socer uenit. nã ad parandã nutricẽ se contulerat. adduxit nutricem puero. i. p puero educãdo. deinde ut Phidippus fuit in conspectu subdidit. o Phidippe: Bacchis meretrix deierat. i. Deos iurat: uel ualde iurat: per sancte .i. ualde firme. Phi. hæcine. i. utrũ hæc ea meretrix, quã uxori Pãphi. anteponit. La. hæc est ea ipsa. Phi. pol nec istę meretrices ille per cõtemptũ dixit. nõ metuunt Deos. i. nõ sunt religiosæ, siue religione nõ tenent. & opinor i. talis ẽ opinio mea. Deos nõ respicere has. i. non curare, nec habere rõnẽ, seu respectũ earum: q̃si q̃ nec sint religiosæ, nec dent pœnas: qppe quæ a Diis cõtemnantur. Bac. dedo. i. in ptãtem tuã do quasi ualde do: & in tuum arbitrium ancillas meas. exqre. i. explora recaptem nec ne filiũ tuũ quolibet cruciatu. i. quolibet supplicio seu tormento. licet. i. tu potes id facere. p me. i. me permittente. hæc res q̃ sequtur agitur. i. tractatur agitatur: uoluitur hic uidelicet q oportet me facere ut uxor redeat Pãphilo. i. ad maritũ quod. i. ut redeat uxor. si pficio. i. si compleo. non me pœnitet famæ. i. non parum mihi uidebitur de fama acquisita. uel non paruam mihi famam acquisierim: uidelicet me solam fuisse id. s. reconciliasse uxorem marito: quod aliæ meretrices fugitant: nam nolunt uxores maritis reconciliari. La. o Phidippe inuenimus. i. comperimus. in re ipsa. i. in rei ueritate. mulieres nrãs fuisse suspectas. i. in suspitione positas nobis, falso. i. iniuria. porro. i. deinde, uel sed. nunc expiamur. i. probemus hanc meretricem utentes opera eius.

Desio Defieri

Deierat Persancte

Dedo

Pœnitere se factum

SER. NIl. Inducitur Phidippus ut sibi bacchis offeratur. Pã ad purgationẽ adduxerat nutricẽ: ad quã ita loqtur. O nutrix uel apud me &c. Deierat. i. de toto iurat non curo de sacramento eius qa nec pol &c. Respicere has & ideo secure petierant per me. s. in meo iussu: licet exquire eas de ueritate torquẽdo: qu a tortis credere oportere dicit Tullius. hęc res hic agitur i oportet me facere ut uxorem reddam Pamphi. Non pœnitet famæ: scilicet bonæ. quam inde acquiram, sed gaudebo. hæc erit fama me solam fecisse id &c. Inuenimus falso suspectas & uituperatis de hoc dis. ux. nostras: & ideo hanc modo experiamur utrum in ea sit culpa.

Crimini

DONA. Crimen

CCRIMINI tua se falso uxor cre.) Crimē ꝑprie dr̄ id qd̄ falsum est. Cice. Veruntamē fac, tametsi criminosum idest. Id est falsa insimulatio est. ¶ Crimini.) Crimen nunc, ꝓ falsa suspitione. Virg. Formidine crimē acerbat. Et, Semperq;, odiu sed crimine, Drances Infestus iuueni Turno. Id est & ꝙ eā odisse, & ꝙ se illi odio eē suspicaret. ¶ Cito ab eo hęc ira absce.)

Nam si comperit crimini tua se falso uxor credidisse,
Missam iram faciet. sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam: id leue est: cito ab eo haec ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum.
P. Velim qdē hercle. L. exquire: adest. qd̄ satis sit, faciet. B. faciā.
P. Quid istaec mihi narras? an qa non tute ipse audisti dudum,
De hac re animus meus ut sit Laches? illis modo exple animū.
L. Quaeso aedepol Bacchis, quod mihi es pollicita tute ut serues.
B. Ob eā rē uin' ut ego introeā? L. i, atq; exple aīum his, ut credāt
B. Eo: etsi scio pol his forte meum conspectum inuisum hodie
Nam nupta meretrici hostis est, a uiro ubi segregata est.
L. At hae amicae erunt, ubi quamobrem adueneris, resciscent.
P. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorint
Nam illas errore, & te simul suspitione exolues.
B Peri, pudet Philumenae: sequimini me intro huc ambae.
L. Quid est, quod mihi malim, q̄ quod huic intellego euenire:
Vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi una prosit!
Nam si est: ut haec nunc Pamphilum uere ab se segregarit:
Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam esse:
Referetq; gratiam ei: unaq; nos sibi opera amicos junget.

Bene in duabus.n.psonis caussa uidet esse turbarū: socrus, & Pāphi. ¶ Profecto i hac re nihil mali est qd̄ sit dissi.di.) Mora'iter, q̄si q̄rendo, & discutiēdo, hoc intulit. ¶ Dissidio. Diuortio. ¶ Velim q.her. Vt nihil sit dignū: hoc est nō peccauerit Pā. ¶ Q d̄ sa. sit, faci. ipsa.) Id est, qc qd ad plenam ducit purgationem faciet. ¶ An qa nō tute. ip.) Correptio ē. nā audiuit, Manere affinitatē hanc inter nos uolo. ¶ Illis mō exple.ani.) Q.d.q̄ amarae sunt & molestae. ¶ An qa nō tute ipse audisti du. dū, De hac re animus meus ut sit?) Vtrū qa dixit, Manere affinitatē hanc inter nos ppetuā uolo. an qa apud uxorem defendit adolescentē in amore meretricis? ¶ Q d̄ mi. pol. es tu. ut ser.) Id est iusiurandū apud mulieres. ¶ Quid istaec mi. nar.) Reꝑhensio est q̄si lōgorū uerboꝝ Lachetis. ¶ Ob eā rē uis ut ego intro.) Vis dicit: ut oñdat i hac re cunctationē suā. ¶ Nā nupta mere. ho. est.) Caute ēt hoc ꝑstituit Poeta, ne nō uerisimile uideat potuisse meretricē concorditer cū pellice agere. Nā nupta meretrici hostis alia. f. inimica. ¶ At easdē ami. tibi fore.) Hic qdē senes uerū aliae caussae sunt q̄ mulieres faciunt molestas: & hae aūt spectatoribus notae sunt ex argumento. ¶ Et simul suspitione exol.) Hoc est qd̄ supra dixit, crimen. uos quoq; suspitionē īterp̄tati sumus. ¶ Exolues. Expedies. ¶ Pudet Philo.) Pudet duo significat, siue ille peccant quē pudet, siue ille cuius pudet. Et familiariter Philo. tanq̄ notae ex Pā. ¶ Sequimini me intro huc ambae.) Ancillis dicit, q̄ sunt κωφὰ πρόσωπα. ¶ Pudet Philo. Cōsciētia cōmunis uiri, & pellicatus. Quid ē qd̄ mi. ma. q̄ qd̄ huic. Sensus hic est, Quid est qd̄ magis optē mihi euenire, q̄ qd̄ simul ꝓderit ēt meretrici? ¶ Quid est qd̄ mihi, &c. Sic hoc ergo intulit ꝓ nouo. Mirandū est. n. euenire potuisse, ut idē & seni & pri ꝓsit, qd̄ meretrici. ¶ Quid est qd̄ mi. ma.) Vt amicitia mihi & sibi ꝓsit. Et oñdit cōmune sibi bonū esse. ¶ Euenire.) Euenire, bia subaudiendū. ¶ Vt gra. ineat si. suo di.) Recte. Difficile est. n. grām inire sine damno. ¶ Et mihi ꝓsit? Mire, qa difficile est amicū sine damno acqrere. Et qa cū lucro nō potuit dicere: & hoc ipm bonū fecit, qa sine damno. Ergo uelut tria sunt: ut gratiā ineat, ut sine damno, & ut mihi ꝓsit. ¶ Pāphi. uere a se segre.) Proprie a meretrice segregati dr̄: ab uxore, dissidi. ¶ Scit sibi nobili. ex ea re na.) Quasi dicat, Ecce quā amauit Pā. Sed hoc sentire, & dicere, patris est stulta pietate magnificantis filiū. Vt, Meū gnatū tu mor ē amare. Et ꝓprie nobilitatē dixit. nā & meretrix & gladiator nobiles dici solent. ¶ Scit sibi. Q d̄ nimis amat, ait Nobilitatē. ¶ Ex eo.) Vtrū ex Pā. an ex eo, ex ea re. i. ꝙ segregauerit uere ab se Pā: & hoc est melius. Nā nobilis meretricis est, nō timere, ne alterū nō inueniat. aut nobilis est, cognitam fieri etiā senibus ¶ Rem

Segregati Dissidi

natam.) Ex patrocinio & amicitia senis ¶ Gloriā.) Ex facto raro in meretricibus. ¶ Et rem natam. Quia multa in eam contulit. ¶ Et gloriam esse. Quia defendit eū apud soceros, & uxorem: & ꝙ marito meretrix coniugem reddit.

GVI.

CNAM si tua uxor Myrrhina cōpererit. i. dephenderit: cognouerit se credidisse falso crimini. i. falsae suspitioni. hic. n. capit crimen ꝓ suspitione falsa. missam faciet. i. dimittet irā. Sin aūt. i. sed si. gnatus. i. filius est iratus ob eā rē: ꝙ uxor eius peperit clā. i. occulte: secreto. id pp qd̄ est iratus est leue. i. nō magni pōderis ac momēti. hęc ira recedet cito ab eo Pāphilo. ꝓfecto. i. certe. nihil mali. i. utinā nihil sit dignū dissidio. i. ut Pam. nō peccauerit. La. exqre. i. explora sagaciter a Bacchide: an peccauerit Pā. adest. s. Bac. ipsa Bacchis faciet qd̄ satis est. i. qd̄ sufficit ad plenā purgationē. Bac faciā qd̄ satis est ad purgationē. Phi. Phidippus q̄si longiora sint uerba Lachetis: reꝑhēdit Lachetē inquiens. uel qd. i. cur. narras tam lōgo sermone mihi istaec ꝓ cōtēptū dixit: q̄si taediosa prius & molestia quippe q aium noueris meū. an. i. utrū o Laches narras mihi istaec: qa tute ipse. i. tutemet. nō audisti dudū. i. aliquāto añ a me. s. ut. i. q̄lis. uel cuiusmodi aīus meus sit de hac re. i. de peccato Pāphili. nā facile psuadet mihi eū nō peccasse adeo. cupio hanc affinitatē manere inter nos ꝑp. tuā: & iō nō est qd̄ exgrā latius ut oēs mō. i. nūc uel duntaxat. exple aīum. i. psuade illis mulieribus ut credant Pā. nō peccasse nā q psuadet rōnibus eius aīum explet q est psuadendus. La o Bacchis edepol q̄so ut tute. i. tumet. serues. i. pstes id qd̄ pollicita es mihi uz iusiurādū apud mulieres. Bac. ergo uis ut intro eā. i. ingrediar ad mulieres: ob eā rē. s. ut iureiurando cōfirmē Pā. a me nō receptam. La. I: idest uade. atq; exple aīum. i. psuade his mulieribus: & coge ut credant Bac. eo ad mulieres. et si. i. quamuis. scio meū cōspectū fore. i. futurū eē. hodie inuisum. i. molestū: exosum his mulieribus. nam nupta mulier est hostis. i. inimica meretrici. ubi. i. qñ. ea nupta est segregata a uiro ut erat Philo. La. at. i. sed. hae mulieres erunt amicae iter se. ubi. i. qñ resciscent. i. cognoscent. tanq̄ rē inopinatā. quāobrē. i. pp quā cām. adueneris. i. accesseris ad eas. at i. sed. ꝓmitto easdē mulieres fore. i. futuras eē amicas tibi. ubi. i. qñ. cognouerint rē. i. rei ueritatē. nā exolues. i. eripies: explicabis illas errore. & simul. i. & ēt. exolues te suspitione quā de te hñt ꝙ Pā. receptes. Bac. perii me pudet Philo. i. uel pudore afficior ꝙ peccaui in Philo. eo ꝙ detinuerim aliqñ eius maritū meis illecebris: uel me pudet Phi. i. erubesco & pudore afficior pp Phi. q̄ sic ducta falsa suspitione nō dubitauit uirū relinqre. Ambę. i. uos duae ancillae. sequimini me intro huc. i. in hunc locū, quē ostēdo uobis. La. qd est qd̄ malim euenire mihi, q̄ id qd̄ intelligo euenire huic Bacchidi. ut. i. ita. ꝙ ipsa Bacchis ineat gratiā. i. cōciliet sibi bñuolentiā mulierū. sine suo dispendio. i. sine suo dāno: & ut ipsa ꝓsit mihi recōciliando uxorē filii ipsi filio: qd̄ mihi utile est nemo negat. nā si est. i. si cōtingit & extat: ut haec Bacchis nunc segregarit. i. seiunxerit. uere. i. nō ficte Pā. ab se. i. a sua cōsuetudine. scit nobilitatē esse sibi natā

Explere animū

Inuisus

Resc[illegible]e

Exolue te

ex eo.i.ex ea re:qa Pãphi.ab se segregarit meretrices. interdũ dñr nobiles q̃ũ multis notæ:quaꝝ est nõ timere ne alteꝝ nõ iuenaiant aut se cognitas fieri ee senibus.& scit inq̃ re.i.cõmoditatẽ bonoꝝ esse natã sibi ex ea re:uз patrocinio & amicitia senis:uel qa multa in cã ꝓtulit filius:& scit inq̃ ipsa Bacchis gloriã.i.laudẽ:ꝓtẽ esse sibi natã ex eo:qa uidelicet de-

uenienda:sed domũ,Ad te significat.⁋ Immo ad Philo.) Mirerota fabula inuenit quãobrem currat Parmeno.

ACTVS QVINTI SCENA TERTIA.

Trochaici octonarii catale. Iambici quad. catale.

PARMENO, BACCHIS.

P. Edepol næ meã herus esse operã deputat parui ꝑcii,
Qui ob rem nullam misit, frustra ubi totũ desedi diẽ,
Myconium hospitẽ dũ expecto in arce Callidemidẽ.
Itaq; ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisq; uenerat,
Accedebam: adolescens dic dum quæso, es tu Myconius?
Non sum. at Callidemides? non. hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neq; enim quẽquam esse arbitror.
Denlq; hercle iam pudebar. abii. sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem uideo? quid huic hic est rei?
B. Parmeno opportune te offers. propere curre ad Pamphilum.
P. Quid eo? B. dic me orarẽ ut ueniat. P. ad te? B. imo ad Philumenã.

fendit Pã. apud soceros & uxorem: & q marito cõiugẽ reddit & hoc facto ipsa Bacchis referet gratiã ei Pã.i. reddet illi bñficiũ.nã dicebat pus Pãphi.de se bñmeritum pp multa:q cõtulerat in eã. & iunget.i.coniunget: nos amicos sibi.una opa.i. uno labore.& una sua industria, ac operatione.

SER. ⁋NAM si tua uxor cœperit falso se credidisse crimini huic de Bac. dimissam faciet Pã.qa i hac re.i. i puero cælato. quid mihi.

q.d.mihi non oportet ut purget se.qa nullũ crimẽ Pã.ipono sed illis.i.matri & filiæ.e.a.ut cre. At tu putas tuũ conspectũ esse inuisum illis Athe.annu.eadẽ cõtinuatio tu times eas:at easdẽ ab errore qa credũt Pã.te amare Peri:hoc dicit intrãs domũ.o uos ambæ:ad ancillas dicit.q secũ uenerãt:qd cũ ista cognitio faciẽda esset:remouẽdus ẽ Laches ne domũ intret. & hoc significat Lachẽ nõ intrasse domũ p hoc qd inducit eũ p se loquẽtẽ:qd ẽ qd magis uelim q̃ hoc qd ego itelligo euenire huic Bacchidi:ut nõ ineat grãm illaꝝ q̃pus habebat eã odio:& hoc sine suo dispẽdio & sine labo:& p ĩ mihi ꝓsit.

DONA. Edepol næ meã herus esse opam depu.par.ꝑre.) In tota hac fabula seruus piger, & curiosus inducit:neq; quicquã illi euenit ex sñia sua. ⁋ Adepol næ meã. Totũ a stomachante dr:q̃si q nunc maxime iniuriã psenserit. ⁋ Aedepol næ meam. In hac scena κατασροφὴ populo exponit. ⁋ Deputat parui ꝑti.) Quia sic .s.abutitur. Deputat parui eã, q deputat eã in re nullius ꝑtii cõsumendã. ⁋ Frustra, ubi totũ dese.diẽ.) Deest Illuc, ut sit, Illuc, ubi frustra totũ desedi diẽ. ⁋ Totũ desedi diẽ Nota accusatiuo casu usum esse. ⁋ Myconiũ hospi.dũ expe.) Memoriter & uigilanter seruus Myconiũ hospitẽ & Callidemidẽ dixit:ne uideret̃ negligẽtia, uel obliuione sua nõ inuenisse ad quẽ missus est. ⁋ Myconiũ hospitẽ. Bñ oñdit se memorẽ & signorũ & nominũ, ut uideat̃ uere illusus cũ opam dederit.

Ineptus ⁋ Itaq; ineptus.) Moraliter additũ ineptus. Et ineptus, quasi inaptus. ⁋ Adolescens dic dum q̃so.) Vernaliter & comice se ipsum seruus imitat̃. & est μίμησις ⁋ Es tu Myconius?) Nam ut tria mãdata sunt ingrẽda:tria inq̃sita sunt ordine. ⁋ Oẽs nega.) Bñ transit a μιμητικοῦ ad διηγηματικὸν, & συντόμως.

Arbitror ⁋ Neq; n.quenquã esse arbi.) Idest, nõ puto eũ esse in mũdo. ⁋ Iã pude. Sedere, an interrogare? ⁋ Ab nõ affi.exeun.in.) Satis moraliter inducit̃ seruus dicere, ab nõ affine: cũ domini eius si:,nõ ipsius. Sic & prius, Nr̃ socer uideo uenit.p, Pãphil: socer ⁋ Exeuntẽ uideo?) Docte Poeta ꝑmonstrat locuturã psonã ⁋ Quid huic hic est rei?) Rursus curiosus nihil sciturus est:& excursurus piger. ⁋ Parmeno opportune te q.mi.offers.) Attendẽdũ q ab initio comœdiæ usq; ad finem Parmeno mittitur ut currat:& celatur, ut nesciat quod curiose desiderat. ⁋ Propere curre ad Pamphilũ.) Facete Poeta inde incipientem facit, quod ille minime uult dicendo: curre. ⁋ Quid eo?) Id est ad Pãphilũ. ⁋ Ad te?) Vide curiosum

Ad te nõ recusare laborẽ, quo caussam sciat. ⁋ Ad te?) Nõ ad te cõ

GVL. Edepol &c. In hac scena cõuersio est fabulæ: nã in ea errores dep̃henduntur:& p agnitionẽ annuli Philomenæ agnosciũ fuisse cõpressa a Pã. inde q; puerũ natũ esse perhibetur. In tota añt fabula seruus piger & curiosus iducitur:ne ecq̃c q̃ illi euenit ex sñia sua. Par. ædepol.i. per ædem Pollucis:iurantis ẽ.ne.i.certe. herus .i.dñs:puta Pã.deputat(ibi de auget) idest ualde putat. meã operã.i. meum laborem. esse parui pretii.i.paruæ æstimationis. qui .s.herus misit me ob nullã rẽ.i. pp nullam causam. eo sup. in eũ locũ ubi.i. in quo loco frustra i. incassus. desedi.i. diu & ualde sedi totũ diem.i. toto die:sed elegantior fit

Desedere totum diem

sermo per accusatiuum, q̃ per ablatiuum. dum.i.quando.expecto in arce.i.in summitate, seu i summo loco urbis & munitiore. Callidemidem.i.illum sic appellatũ. hospitem.i.amicum externum.qui solet in hospitio amico recipere herum meum.cum peregrinatur. Myconium.i. uel ex Mycone insula una ex cycladibus uicina Delo: uel forte ex aliquo oppido talis nõis.itaq; i.ideo.dum ego ineptus.i.tanq̃ ineptus,& fatuus:siue male aptus sedeo hodie illic in arce.ut.i.cuз primum.quisq; uenerat.i applicauerat ad eum locũ, statim accedebam ad eum.s.dicendo.o adolescens.i.o iuuenis.quæso .i.ꝑcor:rogo:dic dum dum est syllabica adiectio.es tu Myconius.i.de Mycone?respondebat sup. unusquisq; a me interrogatus.non sum Myconius.i.ex eo loco:qui uel Mycone dicitur uel Myconium. At.i sed es ne sup. Callidemides? respondebat quisq;.nõ sum Callidemides. deinde interrogabam.ecquem.i. nunquid habes hic aliquem hospitem.i.amicum:quem & tu recipere hospitio soles. & ille te Pamphilum.i.qui uocetur Pãphilus omnes negabant se habere hospitem talem:neq; arbitror eum Callidemidẽ esse quem q̃.i. esse aliquem:hoc est non puto eum esse in mundo. denq;.i. tandem post multam expectationem. hercle iam me pudebat tandiu illic sedere.abii i.discessi ab eo loco. Sed qd.i.cur: uel propter quid.uideo.Bacchidem meretricem exeuntem ab affine nostro.i a socero Pamphili Phidippo. Affinitas est regularitas personarum nuptiis cõiunctarum omni carens cognatione sanguinis.quid rei.i.qd negocii est huic Bacchidi hic.i.apud affinem i.(quod barbare dici solet:aut saltẽ nõ multum proprie)quid hic habet agendum hæc mulier. Bac. O Parmeno offers te mihi opportune.i.tempestiue:mature & quod dicunt)bona hora.curre propere i.festinãter ad Pãphilum. Par quid.i.cur.curram eo.i.ad locũ in quo est. Bac. dic illi me orare eum ut ueniat huc. Par. dicã ut ueniat ad te .i.ad domũ tuam &(quod barbare dici solet)penes te. Bac. immo.i.sed.di ut ueniat ad Philomenam.i.(quod inepte dicitur)penes Philomenam.i.ad domum eius.

Ecquẽ

Affinitas

SER. Ededol. Facta intus cognitione annuli & prioris concubitus: oportet Pamphi.ista notificari: ut uxorem recipiat. Inducitur ergo conueniens persona quæ eum quærat.s.Par. seruus qui non sine occasione offertur:redibat enim de arce fastiditus expectando Callidemidem cum nullus esset.ne.i.an.uel ne.i. certe, neq; enim Callid ad te.i.domum tuam.

⁋Quid

DONA. ¶ QVID rei est?) Totũ p psona. ⁋ Tua quod nihil refert percontari desinas.) ἀπονομιῶν ἀϲιαϲίας (?) & eximie dixit, quasi minus sit iniurium pbibere interrogare, q̃ interrogãti nõ respondere. Et memento hunc esse cui in principio nihil cælauerit Parmeno. ⁋ Nihil aliud dicã?) Vult rẽ p mandata colligere ⁋ Etiã, cognosse anulũ illum Myrrhinam.) Etiam aduerbiũ est uel consentientis, uel reminiscẽtis: sed magis reminiscentis mõ. Sic Cice. Etiam, qđ pene prætetii, capella q̃dã ẽ mire facta. ⁋ Scio.) Non audio, inqt, sed scio. ⁋ Sed ces.) Hoc ẽ tardas, & quiescas urget aũt eũ cursu ⁋ Minime equi.) Cesso, subaudit. ⁋ Potestas haud data est.) Cessandi. s. ⁋ Ita cursando atq; ambu.) Est enim cursus & nauigantis, & equitantis. ⁋ Quãtã obtuli aduentu meo.) Reliqua ps argumenti p μοιωδίαν (?) narrat. ⁋ Quot cõmoditas res attuli?) Quot, tã multas. Et more suo attuli dixit. ⁋ Quot aũt ademi cu.) Sic ante, Vt metũ in quo nũc est, adimã: atq; expleã aĩum gaudio. ⁋ Quot cõmoditas res attuli? quot aũt ademi curas?) Hæc oĩa admirãtis sunt, ut Virg. Quis nouus hic nr̃is successit sedibus hospes? ⁋ Gnatũ ei re. &c. ἐξαρίθμησις. ⁋ Reddo.) Reddiť nobis qđ nñ cupidũ est: Restituiť nobis, cuius cupidi sumus. Bñ ergo gnatũ restituo: uxorẽ reddo. ⁋ Qua re sus. suo pa. & Phi. fuit.) Ergo nõ unũ bñficiũ, sed tria sunt. ⁋ Exolui.) Variauit tẽpora, restituo, reddo, exolui. ⁋ Nã me. ab hinc mẽ. de.) Mẽses decẽ dixit, & recte: ut de hoc peperisse demonstret. ⁋ Nocte pri.) Primis patribus noctis uel primore: ut, Vidimus obscuris primã sub uallibus urbẽ ⁋ Cõfugere anhelantẽ.) Ex his argumentis põt colligi, hũc eẽ q uirginem uitiauerit. ⁋ Cõfugere anhelãtẽ.) Vide signa cõiecturalia q cõfugere uidit, timebat q anhelãtẽ, colluctatus fuerat: q domũ, celari uolebat: q sine comite, pudẽdũ fuerat facinus: q uini plenũ, temerariũ: q anulũ hẽbat, parrũ (?) indicat. Vides igr̃, his indiciis ut uirginẽ appareat uitiatam. ⁋ Mi Pã. inq̃ ama.) Hæc blãdimẽta sũt muliebria. ⁋ Quid exam es? aut uñ anulũ na.) Principalia signa uitii illati, pturbatio, & anulus ⁋ Quid exanimatus es obsecro, aut uñ anulũ istũ nactus?) Breuitati cõsulit Teren. nã in græca hæc aguntur, non narrantur. ⁋ Simulare.) Fingere, ac pro uero falsum tradere. ⁋ Ille alias res agere se simulare) Id est alias res agentem se fingere. pudebat enim amicæ de alterius stupro fateri, & ei amicæ, quam tum deperibat. ⁋ Nescio quid suspicarier.) Pro aliquid.

Etiam

P.	Quid rei est? B. ma quod nihil refert, percontari desinas.
P.	Nihil aliud dicam? B. etiã, cognosse anulũ illũ Myrrhinam
	Gnatæ suæ fuisse, quem ipsus mihi olim dederat. P. scio.
	Tantũne est? B. tãtũ. aderit cõtinuo, hæc ubi ex te audierit.
	Sed cessas? P. minime eqdẽ. nã hodie mihi potestas haud data ẽ.
	Ita cursando, atq; ambulando totum hunc contriui diem.
B.	Quãtã obtuli aduẽtu meo lætitiã Pãphilo hodie? *Iãb. quad. cata.*
	Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
	Gnatum ei restituo, qui pene harum ipsiusq; opera periit.
	Vxorem, quam nunq̃ est ratus posthac se habiturum, reddo.
	Qua re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exsolui.
	Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis.
	Nam memini abhinc menses decem fere ad me nocte prima
	Confugere anhelantem domum, sine comite, uini plenum,
	Cum hoc anulo. extimui ilico: mi Pamphile inquã amabo,
	Quid exanimatus es obsecro? aut unde anulum istum nactus?
	Dic mihi. ille alias res agere se simulare postq̃ id uideo,
	Nescio quid suspicarier, magis cœpi instare ut dicat.

Reddi
Restitui

Simulare

Nescio quid

GVL. ¶ PAR. Quid rei est i. q̃ res ẽ: seu qđ negociũ ẽ: qđ accersit Pã Bac. desinas i. cessas. percunctari i. ingrere curiose nimis. id qd nihil. i. nequaq̃ nullo mõ. rfert tua. i. ad te spectat dicimus. n. hoc nihil refert mea. i. ad me nõ attinet. Par. nihil aliud dicã Pã. q̃ q ad Phi. ueniat. Ba. ẽt: hic est aduerbiũ reminiscẽtis dic sup. Myrrhinã matrẽ Philomenæ cognosse. i. cognouisse illũ annulũ quẽ ipse olim dederat mihi fuisse aliqñ suæ gnatæ: uidelicet Philo. Par. scio eũ dedisse tibi ãnulũ. ne. i. utrũ. Myrrhinã cognouisse annulũ fuisse filiæ. est tñ tãtũ res tãti momẽti ut ppea ueniat? Bac. petis an tñ sit illud? Ipse Pã. continuo i. haud mora. aderit. i. adueniet uel hic pñs erit. ubi. i. postq̃. audierit ex te. i. a te. hoc. s. Myrrhinã cognouisse annulũ fuisse filiæ. sed cessas. i. tardas: quiescis pigritatis. ut aliquo uerbo utar. lentescis. i. otiaris uel otio incũbis. neq; festinãter uadis quo iuberis. Par. eqdẽ minime. i. nõ cesso. nã ptãs cessandi. s. nõ ẽ mihi data hodie. ita. i. adeo. cõtriui. i. cõsumpsi hũc totũ diẽ. cursitãdo. i. frequẽter currẽdo huc & illuc. atq; ambulando. i. nõ ita celeriter eundo. q. d. mõ currendũ mihi fuit: mõ ambulãdum: uel cape cursitando pro nauigãdo. Est. n. cursus & nauigantis & eqtãtis & cape ambulãdo p gradiendo pedibus in terra. Bac. hæc se ũ loqtur discedentẽ Parmenone. & qđ ẽ hęc loquitur cũ admiratione. Quantã lætitiam obtuli hodie Pãphi. aduentu meo. i. cũ ueni ad mulieres. q. d. maximã. quot res cõmodas. i. quot opportunitates & cõmoditates attuli hodie? q. d. multas. admodũ. i. sed quot curas: idest quot solicitudĩes. ademi. i. abstuli & a Pamphilo, & a Phi. Myrrhinaq; mr̃e &c. ego restituo ei Pã. natũ. i. filiũ a se genitũ. gnatus. i. filius. pene. i. fere. periit. i. expositus fuit. opera. i. operatione harũ mulierũ & ipsius Pãphili. reddo ei Pãphilo uxorẽ quã ratus est. idest existimauit putauit: confirmauit se nunq̃ habiturum eẽ posthac. i. post hoc tps: in posterum: in futurũ. Reddiť nobis qđ nostri cupidum est. Restituiť nobis cuius cupidi sumus. bene ergo natũ restituo: uxorẽ reddo. ego exolui i. expediui illud quare. i. pp quod Pam. fuit suspectus patri & Phidippo socero. adeo. i. certe. hic anulus fuit initiũ his rebus inueniendis. i. ad has res sic inueniẽdas, ut oĩa ita pcederẽt ex aĩ snia. nam memini. i. recordor Pamphilũ cõfugere. i. cõfugisse, sed uoluit iungere ptæteritũ pręterito anhelantem. i. æstuantẽ ex colluctatione cum puella: cui uinũ obtulerat. & memini confugisse eum domũ. i. in domum meã ad me. ut cælaret facinus illud. sine comite. i. sine sectatore aliquo puta seruo: propterea q pudendum erat facinus. & memini eum cõfugisse ad me plenũ uini. i. uino ingurgitatum ac ppterea intemeratium. prodiisse facinus cum hoc anulo. i. habentẽ hunc annulum detractum a puella. & quo tempore. prima nocte. i. prima noctis parte: seu primis tenebris: uel prima nocte qua hoc perpetrauit facinus. fere abhinc decem mẽses: idest (quod barbare dici solet) de post. x. menses: uel sunt bene decem menses. Abhinc enim refertur ad pręteritum: & dehinc ad futurum, ut uidi illum talẽ. ilico. i. statim extimui ne mali esset aliquid. inquam: idest dico ei. O mi Pamphile amabo: aduerbium blandientis: quasi rogo te per amorem. obsecro. i. quæso quid. i. cur. es exanimatus. i. commotus ita & perturbatus? aut dic mihi unde nactus es. i. habuisti istum annulũ. ille Pãphi. simulare. pro simulabat. i. fingebat se agere. idest habere curæ. alias res. idest alia negocia q̃ id quod uere erat postquam uideo ipsum suspicari. idest timere: dubitare nescio quid. timebat enim ne ea uiolentia rescisceretur: & ita graues daret pœnas. cœpi magis instare. i. urgere: ut dicat id qđ suspicabatur & dubitabat.

Cursitare & ambulare

Ratũ eẽ

¶ POTESTAS cessare quantam: quia nesciremus de cognitione illa quæ intus facta esse: inducitur Bacchis illud manifestans: & sola quia cælanda cognitio de partu abhinc fuit decem menses: ideo alæ uoluntaria non est in nostrã rẽ.

SER.

Hō se fateť ui ī uia †uirginē nescio quā cōpssisse· *Virginē superest*
Dicitq; sese illi *anulū, dū luctať, detraxisse· *Anulū dissyllabū est.*
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habentem.
Rogat unde sit· narro omnia hæc· inde est cognitio facta
Philumenam esse compressam ab eo, & filiū inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor·
Etsi hoc meretrices aliæ nolunt· neq; enim est in rem nostram,
Vt quisquam amator nuptiis lætetur. uerum ecastor
Nunq̃ animum quæsti gratia ad malas adducam partes.
Ego, dum illo licitum est, usa sum benigno, & lepido, & comi·
Incommode mihi nuptiis euenit factum, fateor·
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint cōmoda, eius incōmoda æquū est ferre.

DONA. ¶HOMO se fatetur ui in uia uirginem nescio quam cum pressisse.) Bene additum homo. Et oratorie Nescio quā. ex quo dicto omnis error est natus: nam appone nomē, & nulla fabula est. ¶ Nescio quam. Vel quia uere nesciebat: uel qa sic dicendum fuit, ne amare illam uideret. ¶ Hæc tot ꝓpter me gaudia.) Inclusit narrationem fabulæ more suo: ne hæc in futuro actu expectaremus. ¶ Etsi hoc meretrices aliæ no.) Color necessarius a uerisimili. Se enim alibi dixisse. Bonas matronas facere, meretrices malas: meminit. ¶ Ego, dum illo licitum est.) An meruerit Pāphilus. ¶ Neq; enim est in rē nostrā.) In rem, in utilitatem, id est pro commodo. ¶ Incōmode mihi nuptiis euenit.) Sic dixit, quēadmodum dicimus, Ei male euenit, aut bene ei contigit. ¶ Nuptiis.) Deest Ex, ut sit ex nuptiis. ¶ Incommode mihi euenit nuptiis. ἀνθυποφορά. Et est ordo, incōmode mihi euenit ex nuptiis. & incōmode pro, in cōmodo. ¶ Factum fateor.) ἀνθυποφορά. ¶ Ne merito mihi eueniret.) Ergo hæc dolemus quæ merito contingunt. ¶ Multa ex quo fuerit cōmoda.) Ratio cur noua oīa fiant, & contra officium meretricis. ¶ Multa ex quo fuerint commoda, eius incōmoda æquum est ferre. Hoc eo tractu uocis, & ea æquanimitate dicendum, quale in Adelphis. Quādo cum quæstum occœperis, accipienda, & mussitanda iniuria est adolescentium.

In rem

GVI. ¶HOMO ille. i. Pamphilus fatetur se cōpressisse ui. i. uiolasse: deflorasse: ut ita dicam. ui. i. per uiolentiam. in uia qua ad nos ueniebat. nescio quam uirginem. & bene nescio quā. nam tunc cōpressit eam in tenebris. & dicit Pamphilus sese Pamphilum detraxisse. i. abstulisse illi uirgini annulū. dum. i. qñ. uel quādiu luctatur cum uirgine: quæ stuprari nolebat. Hæc Myrrhina mater Philumenæ cognouit modo. i. paulo ante in digito meo eum annulum. rogat ipsa. i. interrogat me habētem illum annulum: unde ille annulus sit. i. processerit. narro illi hæc oia: quę prius dixi. inde. i. ex eo tpe. cognitio facta est Philomenam esse compressam. i. uiolatā ab eo Pamphilo. & cognitio facta est hunc filium natum inde. i. ex eo compressu. Lætor tot gaudia cōtigisse illi Myrrhinæ ꝓpter me. i. meo beneficio uel per me. Etsi. i. quāuis. alię meretrices nolunt hoc. i. lætari propter talia matrimonia: uel nolunt uxorem reconciliari uiro. enim. i. quia. non est in rem nostrā: idest nobis utile non est: siue non est in utilitatem nostram: aut pro cōmodo nostro. ut. i. ꝙ. quisquam. i. aliquis. amator: idest amore nostri captus. lætetur. i. gaudeat: delectetur nuptiis: idest coniugio. Veru. i. sed. ecastor. i. per ædē Castoris. ego Bac. nunq̃ adducam animum ad malas partes. i. ad officium malarum meretricum: uel ad malas applicationes. gratia. i. causa quęsti pro quæstus: idest lucri nummarii. antiqui gaudebant dicere tumulti: senati: quæsti in genitiuo singulari pro tumultus: senatus: & quæstus: ſm quartam formam declinandi. Ego usa sum illo Pamphilo benigno: idest liberali: largo. lepido: idest iucundo: festiuo. & comi. declinatur hic & hę comis & hoc come. comi, ergo. i. facili. nam comes dicuntur esse homines benigni: faciles: & suaues: qui erranti comiter monstrant uiā benigne: non grauati. Inde comitas tatis talis hominum suauitas. Euenit mihi. i. accidit mihi. incōmode: aduerbiū: idest male intempestiue. nuptiis. i. ex nuptiis Pam. & Philomenę. fateor factum: uidelicet mihi male accidisse ex nuptiis: ac pol arbitror me fecisse ne male mihi euenerit merito. i. quia sic meruerim. Aequum est ferre incōmoda eius uiri: ex quo uiro: quemadmodum ex Pamphilo multa cōmoda fuerunt. i. extiterunt ac prodierunt. prius enim confessa est Pamphilū benemeritum esse de seipsa:

SER. ¶COMI: idest faceto. Fateor quidem quod uere uenit mihi incommode: idest male in nuptiis eius. At ipse ita me deseruit. At pol ego arbitror me fecisse semper tanta beneficia. ne hoc: scilicet quod me deserere merito mihi eueniret. Sed tamen ex quo &c.

ACTVS QVINTI SCENA QVARTA.

Iāb. quadrati acatal. mixtis Senariis & trochaicis quadra. catal.

PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

PAM. VIDE mi Parmeno etiam sodes, ut mihi hæc certa, & clara attuleris, (strui.
Ne me in breue hoc cōiicias tp̄s gaudio hoc falso
PAR. Visum est. PAM. certone? PAR. certe. PAM. deus sum, si hoc ita est. PAR. uerum reperies.
PAM. Mane dū sodes· timeo ne aliud credam, atq; aliud nunties.

DONA. VIDE mi Parmeno etiam sodes, ut mihi hæc certa.) Bene hæc repetit. uerū est enim· ut qđ miserè cupimus, id ēt tardius credamus esse factum. Sic & in Heautont. Ego uereor magis. ¶ Mane dū.) Dū abundat.

GVI. VIde &c. In hac scena uix pōt Pāphilo persuaderi tantā opportunitatē accidisse: quātam nūciauit Parmeno seruus: tandē tñ allocutione Bacchi. ad id credēdū facile induxit aīum Pā. O mi Par. ēt sodes: q̄si si audes· uerbū comicū & blādimenti qddā hīs. uide. i. diligēter cōsidera. ut. i. qualiter, uel ꝙ. attuleris mihi hęc q̃ dixisti mihi certa. i. nihil habētia dubitatiōis: aut obscuritatis. ne. i. ut nō. cōiicias. i. ꝓcipites: īpingas: īpellas me frui. i. delectari hoc gaudio falso. in hoc breue tp̄s. i. hoc breue spaciū tp̄is. Par. qa dixerat ei Pamphilus uideo, ideo rñdet. uisum est. i. satis cōsideratum est a nobis & ꝓuisum: ut q̃ diximus sine certa & clara. Pam ne. i. utrum. uisum est certe. i. sine dubitatione. Par. uisum ē certe. Pā. sum. Deus. i. sum felicissim⁹ ut Deus. si hoc est ut dicis. Parme. reperies uerum esse qđ dico. Pā. & qa Parmeno iā tædio affectus ꝓ se ferebat discessum: aut nū uelle āplius audire: nō subdit Pā. Mane dū: abundat dū. i. siue gradū & audi reliqua sodes: blandiť ei ut auscultet. timeo ne. i. ꝙ credam aliud. & tu nuncies aliud. i. timeo ne animi nostri ferantur ad diuersa: & non sit illud qđ nuncias id quod intelligo.

SER. VIde. Pāphilus audito nuncio lætatur. clara. i. apta. uisum est ita dixisse. Mane dum & recordabor eadem uerba: quia timeo ne &c.

¶Sic

DONA. ¶ SIC te di. opi.) Miro affectu inducit uix adduci ad credē-dū qd gaudet Pā. ¶ Ita inq̄ Quasi, iā añ fessus, dico. ¶ Quis me ē for. ue. a. pl.) Ob bñficia Veneris. cui ɔtrariū iucnustus, cui cōtra reciderit qd amat. ¶ Quid donem? qd? qd? ne.) μελλησμός. ut, Pe'agine uenis erroribꝰ actus? An monitu diuū? an. quę te fortuna fatigat, ut tristes sine sole domos, loca tur bida adites? ¶ Nā ne q; ī nun.) Magis scire uult, q̄ munus accipe. ¶ Nā neq; ī nūtio, neq; in me ipso boni qd sit, scio. Facete agit Terē. q̄to magis Par. curiosus ētāto magis nescit illa quæ cupit. ¶ O Bac. o mea Bac. ser. mea.) Bñ additū ē fuatrix mea. Et Mea qd supra dixit, amatoris est. ¶ Factis ut er. fa.) Difficile. n. erat credere, his rebꝰ gaudere meretricē. ¶ Vt uo. obi.) Obitus, occursus. Ob eni signat contra. Ergo obitus, aditus. legit & uoluntate obitus. ¶ Obitꝰ, sermo, aduētus tuus. Inter obitū & aduētū hoc iterest: q obitus ē, quē casus affert: aduētus, quē uolūtas, & destinatus locus. ¶ Tune mi. istuc?) Quia blādimētū magis meretricū ē. ¶ Nunq̄ ante hūc diē me. oc. eā, qd nos ui.) Hoc est, nunq̄ sic uiderā, ut eā nossem. ¶ Q d nossem Id est quod meminissem, qd scirem: ac p hoc nunq̄ uiderā: ut alibi, Non egdem istuc, quod sciam. ¶ Dic uerꝫ.) Bene instāter ex meretrice q̄rit, qd de forma uxoris sentiat. scit. n. hāc iudicē eē pulchritudinis posse: uel q fœmina, uel q æmula.

Venustus *Inuenustus* *Obitus* *Ob* *Aduētꝰ*

PAR. Maneo. PAM. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam
Bacchidē anulū suū hre. PAR. fcm̄. PAM. eū, quē oli ei dedi.
Eaq; hoc te mihi nūtiare iussit · itane ē fcm̄? PAR. ita inquā
PAM. Quis me ē fortunatior? uenustatisq; adeo plenior? egone te.
Pro hoc nuntio quid donem? quid, quid nescio. PAR. at ego
scio. PAM. Quid?
PAR. Nihil enim·nā neq; in nūtio, nec in me ipso boni qd sit, scio.
PAM. Egone q ob orco mortuū me reducē i lucē feceris, *Iamb. te. aca.*
Sinam sine munere abire a me? ah nimiū me ingratū putas.
Sed Bacchidem eccam uideo stare ante ostium· *Senarii*
Me expectat credo adibo. B. salue Pamphile.
PAM. O Bacchis, o mea Bacchis, seruatrix mea.
B. Bene factum, & uolupe est. PAM. factis ut credam facis·
Antiquamq; adeo tuam uenustatem obtines:
Vt uoluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunq; ad-
ueneris, *Quadra acatale. Iamb.*
Semp fiet. B. at tu ecastor motē āiquū, atq; īgeniū obtines.
Vt unus hoīum homo te uiuat nunq̄ quisquā blandior.
PAM. Ha ha hae, tune mihi istuc? B. recte amasti Pāphile uxorē tuā·
Nā nunq̄ ante hunc diē meis oculis eam, q nossem, uiderā·
Per liberalis uisa ē. PAM. dic uerꝫ. B. ita me di amēt Pāphile.

tenebraꝝ in lucem. q. d. ego q perierā: & quasi nullus eram præ dolore tuo nuncio reuixi Orcus dr cognomē fluuii infernalis & Styge palude defluētis: ab orcos qd est iuramētū. Nā Dii pet illū fluuiū, & p Stygē paludē iurare solebant certissima iuramēta. ponit̄ et p inferno. Hic & hæc redux reducis: inde in plurali reduces dicunt̄, q pericula euaserūt, & incolumes, ac salui in optatos fines redierūt Ah: iteriectio dolentis se uideri īgratū: putas me nimiū īgratū. i. īmemorē bñficioꝝ. Sed eccā. i. ecce hic ppe uideo Bacchi. stare añ hostiū. credo q me expectabat. adibo. i. ibo ad eā. Bac. o Pā. salue. Pā. O Bac. mea. i. quā amo. mea seruatrix. i. cōseruatrix a morte: q̄si fuissem moriturus nisi mihi ɔsuluisses· salue sup. Bac. bñ factū est a nobis. & uolupe. i. p uoluptate, uoluptuose & delectabiliter. seu uolupe. i. uenuste. nā Venus est Dea uoluptatis titilātis. uolupe (ut ait Nonius) capit̄ p uoluptate. Plau. ī Asinaria: Hic senex siqdē uxorem suā aīo fecit uolupe. i. pro uoluptate ducit. Pā. Facis ut credā factis. i. his quę facta sunt. Nā difficile erat credere meretricē his rebus gaudere. & obtines. i. foues· conseruas retines. adeo. i. ita. tuā antiquam uenustatē. i. festiuitatē· suauitatem: pulchritudinem. ut obitus. i. occursus: qui fit casu. & bene obitus Nam ob dicit cōtra: & in occursu cōtrahitur. ut inquam sermo tuus. i. tuū colloquiū. & ut aduētus tuus: quē uoluntas & destinatus locus affert: semp sit uoluptati. i. semp afferat uoluptatē. quocūq. i. ī quēcūq; locū adueneris. Bac. At. i. sed. e castor. i. p ædē Castoris qd iurandi genus mulieres dicebāt tm̄. tu Pā. obtines. i. retines. morem antiquū i id qd semp multo añ cōsucuisti. & antiquū geniū. i. antiquā naturā & felicitatē naturalem. adeo sup. ut qsq̄. i. aliqs hō. unus. i. solus. hoīum. i. ex hoībus nunq̄ uiuat blandior. i. suauior. mitior te. i. q̄ tu. Pā. Ha ha hae: interiectiones ridētis. Ridet. n. a meretrice sibi attribui blādimēta· q̄ potius sunt meretricū. Deinde subdit. & a. ēt. tū. i. tūc. cū rectū habebā cōmertiū: attribuebas sup. mihi istud. Vel potius sic intelligat. Tū. i. tu ne ascribis mihi istud qd me nō decet: sed meretricū esse solet. Deinde ad aliud sermonē cōuertit. Bac. O Pāphile recte. i. nō īprouide: nec temere: nec inconsulte amasti uxorē tuā Philomenā. Nā nunquā uideram eā oculis meis ante hunc diem. qd nossem. i. qd scirem, uel meminissem, seu animaduertisseꝫ. s me uidisse alias. Nā qd ōndit & refert orōnē pcedentem. ipsa uisa est mihi p liberalis. i. ualde, & honesto uenusta: hoc est uisa est mihi eē ea uenustate, qua mulieres liberas & optimates decent. Pā. Dixtin. i. dixisti ne uerumꝰ bene instanter ex meretrice quærit de forma uxoris: ut pote q̄ sit pulchritudinis pita di iudicatrix. uel q fœmina uel q æmula sit. Bac. O Pamphile ita Dii ament me: ut ex animo dico: iurandi modus est.

Huic credam,qui nihil dixit? P.delirat miser
Timore. N.non pol temere est,ꝙ tu tam times.
C. Egone timeo? P.recte sane quando nihil times,
Et hoc nihil est,quod ego dico:tu narra. D.scelus
Tibi narret? P.eho tu,factum est abs te sedulo
Pro fratre. N.mi uir non mihi narras? C.at. N,quid at?
C. Non opus est dicto. P.tibi quidem:at scito huic opus est.

ASCE. ¶ITEM illud· Nõne hoc publicitus scelus &c.Nonne pe cato Chremetis : sed de scelesto Phormiõe dictũ ẽ: quẽ dignũ dicit: q in solas terras relegẽt· ne eip. detrimentũ inferat . Ordo igit est:Nõne operæ p̃ciũ supple uel dignum est hoc scelus.i. hunc scelestũ hoiem deportari publicitus.i. publica cõdẽnatione. in terras solas.i.desertas:& sole uel frigore obsessas: ubi quãprimũ pereat.Itẽ si illud ultimũ totius scenæ cũ Guidone legis. Nisi seqtur pugnos i uentrẽ ingere:uel oculũ exclude. Pho. Est ubi &c. patet p eundẽ expositio. At si ut in textu: quẽ cũ eis cõmentariis offendimus legeris sic.Phor.Vel oculũ exclude est ubi uos ulcis ar locus. Minanter a Phor. dictũ est. Vt sic.Vel.i.etiam.exclude mihi oculum:non solum pugnos ingere in uentrem·hoc est tametsi oculos mihi excluseris. Est ubi uos u'cisca r locus.

DONA. QVis nominat me?)Hic uelut controuersia est : in qua reus sit maritus malæ tractationis:& est status qual tatis uenialis. ☞ Delirat miser timore.) Grauiter utrunq; & delirat,& timore.nam deliratio,senectuti cõuenit·timor,conscientiæ.

Deliratio Timor

GVL. QVis nominat &c. Hic uelut controuersia est in qua maritus sit reus malç tractationis· & est status qualitatis uenialis.Na. Quis nominat.i. appellat me Nausistratã?Ch.Hem:interiectio dolentis,siue indignantis.Na.o mi uir.i.mi marite. qd istud turbæ est?.i.qd sibi uult turbatio & rixa?Pho.hẽ:interiectio irritantis uel indignantis.quid.i.cur.tu Chre.obticuisti:ab hoc taceo es.i.tacuisti nunc:neq; rñdisti tuæ uxori.Na.qs i. qualis hic hõ est?:hoc dicit de Chremete. non rñdes mihi. Phor. Hicine.i.uñ petis ut hic Chre.respondeat tibi:q͂ hercle nescit ubi sit præ nimio timore·ne tu resciscas eius scelus. De. tu Nau caue ne credas quicq̃ isti:isti p contemptum dixit de Phormione.Phor tu Nausistrata abi.i.cõcede ad eum.tange.i.attrecta eum.eneca me.i.me occide si ipse Chremes nõ friget.i.non est frigidus totus præ nimio timore. Chremes. nihil est de eo quod iste Phormio loquitur. Nausistrata. ergo si nihil est de eo quod ipse dicit.qd est ꝙ istic.i.iste hic parasitus narret i.dicat:q.d.qd ergo sibi uolunt eius narrationes.Phor Iam.i.statim scies qd sit qđ narrem,ausculta.Chr. Pergin.i pergis ne hoc est perseueras ne credere dictis eius? Nau obsecro qd credã huic Phor. qui nihil dixit. Phor. ille miser.i.infelix Chr.delirat.i.desipit deuiat errat nescit.qd faciat timore.i p̃ nimio metu.Nau.pol iurantis.id nõ est temere.i.incõsiderate:incõsulte:sine cã: ꝙ tu times.tam.i.tm̃. Ch. Egon.i.ego ne.timeo.i.utrum dicis ꝙ ego timeo? Phor. sane.i certe uel ualde.recte facis supple:uel dicis.quando.i. qa uel sit temporis aduerbium nihil times.i.times scelus.i.peccatum tuum·quod nihil est.& i.idest etiam.hoc quod dico nihil est quia narro tuum peccatum qđ est nihil. Vel intellige Phormionem per irrisionem dicere sane recte facis:quãdo nihil times. etiam hoc qđ dico nihil est.q.d.quãuis id nihil sit : tamen tibi nõ est parum molestiæ allaturum. tu ip se narra:idest refer id qđ est. De. dicis sup. ꝙ frater meus narrat tibi scelus i· peccatũ suũ. Vel uocat Phormionem scelus dicendo o scelus:idest o scelerate dicis: ꝙ narret tibi id qđ tu uis eum narrare : quasi dicat non dignaretur homini tam nihili id referre.Ph. Eho:interiectio hic irridentis.dicis tu sup.a te factum est.i. tu fecisti. sedulo:idest instanter.pro fratre i. pro defensione fratris tui Chremetis.Nau.o mi uir idest mi marite.melius est eni:ut hoc dicatur Chremeti,q̃ Phormioni.non narras mihi:interrogando lege: quasi dicat non uis mihi narrare qd iste Phormio narret:Chr.at:turbatus aliud dicere nequit.Nau.quid at.i.quid tibi uis dicendo at. Chre. Non est opus dicto:idest dicere id quod est inter nos. Phor. quidem.i.certe.nõ est opus tibi dicto.i.dicere.at.i.sed. opus est huic uxori tuæ.scito.i.scire quod a te commissum est. Deinde incipit narrare dicens.

SER. QVis Ecce Nausistrata,quæ nesciendo uitam mariti sui per Phormio. faciat argumentum condonati Phaedriæ filio suo. Quis hic de Phormione quærit.hicine·scilicet quæris ut tibi &c. Caue Nausistrata. Abi:idest accede ad Chremetem & tange friget timore. Delirat qui prohibet credere. Recte sane dicis: qui non times : & quando quidem . enim &c. Eho : quasi dicat tibi ne est credendum· quia ante factum est sedulo : idest priuate . a. pro fratre tuo : scilicet tu pro fratre laboras: & ideo non est tibi credendum. Tibi : scilicet non opus est dicto.

ASCE. ILlud·Nõ pol temere &c. si intelligo,Quia Nausistrata uiderat Chremetem tremebundum dicit ipsum non sine causa timere . Chremes autem qui dissimulare conabatur figurate interrogat. Egon timeo : quasi dicat minime gentium timeo· quia non est quod timeam in hac re. Ad quod Phormio satis dicaciter , inquit. Recte sane supple tibi est. quando : idest quando quidem. tu nihil : idest nullam rem uel minime times. & hoc quod ego dico est nihil· idest nullius momenti: neque quod quis timere debeat. narratu · ad quod Demipho uolens significare nihil mali esse in facto Chremetis : at Phormionem indignum esse , cui narretur . Interrogat amare. scelus : idest homo scelesto dicis · ꝙ narret Chremes uir bonus & nobilis : tibi homini nihili , & perdito . Neque accipi u lim: nihil pro peccato Chremetis : nec scelus . Nam Demipho noluit concedere aliquod scelus in Chremetis facto esse.

In Lemno. C. hem qd ais? D non taces? P. clā te. C. hei mihi.
P. Vxorem duxit. N. mi homo, Di melius duint.
P. Sic factum est. N. perii misera. P. & inde filiam
Suscepit iam unam, dum tu dormis. C. quid agimus?
N. Pro Di immortales, facinus indignum, & malum.
P. Hoc actum est. N. an quidquam hodie est factum indignius?
Qui mihi, ubi ad uxores uentum est, tum fiunt senes.
Dempho te appello·nā me cū hoc ipso distædet loq· *Trochai. octo. cat.*
Hæcine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
Lemni? hæcine erat, quæ nostros fructus minuebat utilitas?
D. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego:
Sed eā, q̄ sit ignoscēda. P. VERBA FIVNT MORTVO.
D. Nam neq; neglegentia tua, neq; id odio fecit tuo.
Vinolentus, fere ab hinc annos quindecim, mulierculam
Eam compressit, unde hæc nata est·neq; post illā unq̄ attigit.
Ea mortem obiit·e medio abiit·qui fit in re hac scrupulus?
Quamobrē te oro, ut alia tua facta sunt, æquo aīo hoc feras.
N. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iam defungier·
Sed quid sperem? ætate porro minus peccaturom putem?
Iam tum erat senex, senectus si uerecundos facit·

DONA. Mi hō

℃ MI homo, Dii melius duint.) Quærit Probus, an matrona tā familiariter Mi hō recte dicat alieno. sed frustra. nā fœminaæ oratio, & si nō blādit, blāda est. ℉ Quid agimus?) Facete dictū. ℉ Qui mihi.) Elegāter insertū Mihi. ut in Heautōtimo. Is mihi ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora? ℉ Ad uxores uētum est, tum fiunt senes.) Eleganter fieri dixit. Et gñaliter inuidiosius, q̄ si unum accusaret senem. ℉ Ego Nausi.) Qualitas uenialis a concessione. ℉ Verba fiunt mor.) Non est passus parasitus, ut totā sniam senex explicaret. ℉ Nā neq; negligentia tua, neq; odio id fecit tuo. Locus in hac cā principalis est, ἀπὸ τοῦ εὐνοίας, & iō in duo diuisit, nec negligentia circa te, nec odio iuqt factum. Præterea & περιστάσεις addidit defensionē, Vinolentus, fere abhinc annos qndecim, mulierculā, & cætera. ab ætate eius a tpe criminis, a diminutiōe cōtēptuq; pellicis, ab euētu, ab aīo facientis: q̄ mortua ē. Postremo & a precibus ἐπίλογον fecit, admonēs illā oratorie mansuetudinis suæ. ℉ Vinolētus. Ab imprudentia defensio ℉ Ab hinc annos qn.) A tpe defensio ℉ Eā cōpressit.) Bene dixit cōpressit·qd' interdum est nō amoris, sed iniuriæ. ℉ Neq; post il. unq̄ at.) ita facti pœnituit. Hic locus ἀπὸ τοῦ ἐκβάσεως est, id est ab eo qd' futurū sit, facilius enim ignoscit non ultra peccaturis. ℉ Defungier.) Defungi, desinere. ℉ Aetate porro minus peccaturū putem?) Quia dixit, Ab hinc annos quindecim ℉ Senectus si ue. fa.) Modeste & grauiter.

GVI.

℃ I N Lēno i. in illa isula. seqtur postea. duxit uxorē clā te. i. nesciēte: sed iterpositę sunt iterlocutiōes. Chr. Hē interiectio indignātis. qd ais. i. qd dicis. De. nō taces? idignādo hoc dicit. Phor. Procedit in narratiōe. clā te. i. te nesciēte duxit uxorē. Chr. hei mihi. i. dolore afficior. Pho. uxorē duxit. est cōpletio clausulę. Nau. o mi hō Dii melius duīt. i. dii dent meliora nobis, q̄. s. ea q̄ dicis, q̄ molesta sunt nobis. Phor. sic factū ē ut dico: q̄a duxit uxorē Nau. ego misera perii. i. pdita sum. Ph. Et idē. i. ex ea uxore suscepit. i. sustulit·habuit iā unā filiā. s. Phanū dū. i. q̄ diu. tu dormis. i. q̄diu nō cogitas i eiusmōi rebus. Chr. qd agimus. i. qd dicimus·aut facimus· siue qd ē faciēdū? hoc dicit fratri De. Na. proh: exclamatio est cū indignatiōe. o Dii imortales facinus hoc ē sup. idignū. i. nefandū: & qd' fieri nō debebat, & malū. alii codices hūt miserādū & malū Pho. hoc factū est qd' dico, cōfirmat dictū suū Nau an qcq̄ hodie est factū indignius. i. iniqus: inhonestius q̄ factū ē mihi. ubi. i. postq̄. uētū est ad uxores plures habēdas tū i. tūc. ipsi mariti fiūt senes. Deinde cōuertit suū sermonē ad De. ingens. o De. appello te. i. uel uoco te in testē: uel te cōpello, seu alloquor. nā me distædet. i. ualde, uel plurimū me tædet loq cū hoc ipso uiro meo. Hæcine. i. utrū hæ. i. tales erāt itiones. i. pfectiones: ab eo is itū itu. u in o mutat i fit itio nis crebrę. i. frequētes. & utrū hę erāt māsiones. i. cōmoriōes Lēnium grō aduerbialiter. i. apud Lēnū. Hęcine. i. utrū hęc erat ea utilitas: q̄ minuebat nr̄os fructus. i. nr̄os redditus annuos. De o Nausi. ego nō neque o culpā eē meritā. i. culpā esse cōmissam in bac re. sed eā. i. talē culpā, q̄ sit agnoscēda. i. excusanda. Phor. uer-

Distendere Itiones

ba fiunt mortuo·puerbiale est. i. tua uerba sunt futilia & inanatq; hmōi: ut si fierent alicui mortuo. q. d. uideris alloqui aliquē nihil intelligētem: ac nihil sentientē: uelut mortuus nihil sentit. uel itellige sine puerbio. uerba fiūt Chremeti tā mortuo: nā postea dicturus ē exequias, qb⁹ est cōmodū & c. De. est ea culpa ignoscēda, nā neq; fecit id. i. nō suscepit filiā ex muliere Lēn. a negligentia tui. i. q̄ ane gligeret te. neq; odio tui. i. q̄ a te psequeret odio. ipse uinolētus. i. ebrius uino obrutus: & ingurgitatus. compressit eā mulierē ab hinc qndecim ānos. i. iā ex eo tpe sunt trāsactu quindeci anni. & ē talis modus loquēdi: qualis in Andria: Ab hinc mēnium mulier quædā commigrauit huc nr̄æ uicinæ & c. nā ab hinc dr̄ de præterito, & dehinc de futuro. compressit ergo eā mulierculā. unde. i. ex qua. hæc filia nata est. s. Phaniū. neq; unq̄ post. i. postea: post illud tps. attigit illā mulierculam, ea mulier obiit mortē. i. iuit ad mortē. i. pergit mortē. i. mortua est. Scrupulus. i. anxietas: solicitudo·dubietas: q̄ scrupulus fuit in hac re i. inter Chre. & mulierē Lēniā. abiit e medio. i. penitus remotus ē ab humanis reb⁹ mulieris obitu quāobrē oro te Nau. ut feras hoc scelus æquo aīo. i. sicut. alia tua facta sunt æqua & moderatione plena. Na. qd. i. cur ego ferā æquo aīo tale facinus. uel qd. i. quā rē ferā æquo aīo. utrū. s. dignū illud sit qd' æquo aīo ferat q. d. nō ego misera cupio defungi uita sup. i. mori. uel desinere in hac re. i. in hac molestia, seu i hoc facinore. uel cupio defungi molestia sup. in hac re. i. cupio finire molestiā huius facti. nā defunctus morbis dr̄, q̄ finiuit morbos. sed q̄ i. cur: uel quo mō sperē. i. habeā spē. ipm nō ultra erraturū si ignouero. porro. i. deinde. q̄ inquā. i. quo mō putem ipm minus i. nō peccaturū ætate pp senectutē. iā tūc. i. iā e tpe quo ipse cōpressit eam. erat senex. si senectus facit hoies uerecūdos. i. tēperatos: continentes: modestos: iustæ reprehēsionis timidos. nā uerecūdia est iustæ reprehensionis timor.

SER.

℃ I N Lēno hic incipit referre. Quid agimus: timido dicit. actū nō pōt eē infectū ante. q est fa. inde. ab illis. q. d. nihil: & si hoc est in quo magis possint uideri esse nequā & improbi sensisti: q̄ ex hoc q̄a modo cedebāt ne duriter. Sed cū uenisset uxor sit quasi seuera: & q̄si me non tetigisset: hoc est qd' dicit·q postquā adduxit & c. Te appello. i. tibi loquor. Dus. i. per deos. itiones ab eo is Vtilitas: quia dicebat se tradidisse mercatoribus pecuniam illam: que de prædiis procedebat: ut lucro capitali augeretur: cū tamen eam uxori daret meritam: passiue. sed ea. i. talia uerba quę facis huic fiunt mor. q̄a nō curat. nec audit persuasiones tuas. Negligentia tua q. s. te neglexisset ut alia tua facta sunt. s. sicut es proba & fortis in aliis patiendis. sic hoc feras æquo animo. Defungier. i. mori in hac. si qd sperem de futuro. minus ætate. i. propter ætatem. i. senectutem. iam tunc erat senex: quid inde diceret aliquis multū· si quidem senectus uerecundos facit. i. debet facere. ad hunc potes uidere q nō corrigetur in futuro.

ASCE.

℃ I T E M illud dum: in uerbo dū tu dormis: nō puto accipi pro donec, seu quādiu: sed pro quādo, seu quo tēpore.

DONA. ℭQVID mihi nunc affers?) Callidius usa est ad ultimum ὠόσμχτι conuerso ad ipsum defensorem mariti. de qua ui contradictionis exultat parasitus, tanquam confecto mortuo aduersario suo. ⁋ Exequias Chremeti.) Bono ordine. primo, delirat miser timore: post, uerba fiunt mortuo: ad ultimum, exequias Chremeti. delirat, moritur, effertur. ⁋ Age nunc age. Phormionem qui uolet lacessito.) Virgilius. Denegaremque Neoptolemum narrare memento. ⁋ Faxo tali eum mactatū.) Pro eo quod est eum * sic frequēter ueteres. Ennius. Omnes corde patrem præbent, animoq; benigno Circunfusum. ⁋ Ignosce. orat. confitetur. purgat.) Verba uenialis status sunt, ignosce, confitetur. ⁋ Tu tuum nomen dic.) Bene Tu pronomine utitur: quia nō habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quærerent: & cum audissent, ipsis nominibus eos cōpellarent statim. Tale est in adelphis. Qui uocare? Geta, hominem maximi ꝑtii &c. ⁋ Vestræ familię amicus.) Hoc ꝓpter Antiphonis annonā dixit. ⁋ Et tuo summus Phædrię.) Amicus, iterum subaudiendum. ⁋ Me ad cœnam uoca.) Facete ex persona parasitica, beneficii optio facta est, qd̄ promiserat mulier. ⁋ Sed ubi est Phædria iudex noster?) Bene iudex: ad illum enim mulieris delata sententia est: ut cū ita agitur, tuta sunt marito omnia. Et per εἰρωνείαν ridicule dicitur ab ea quæ irata erat. ⁋ Iudex noster. Nihil facetius, q̄ iudicem capi aduersus crimen uoluptatis paternæ & amatorem filium, & fratrem Antiphonem, cui nubet furtiua filia. ⁋ Iudex noster. Terribilis scilicet censor paternarum deliciarum. Vides igitur hic omnino sublatam uxoris iracūdiā.

An mea forma, atq; ætas nunc magis expetenda est, Demipho?
Quid mihi nunc affers, quamobrem expectem, aut sperem porro non fore?
P. Exequias Chremeti: quibus est cōmodum ire, iam tempus est.
Sic dabo: age nunc, age, Phormionem qui uolet, lacessito:
Faxo tali eum mactatum, atq; hic est, infortunio.
Redeat sane in gratiam: iam supplicii satis est mihi:
Habet hæc, ei quod, dum uiuat, usq; ad aurem obganniat.
N. At meo merito credo: quid ego nunc cōmemorem Demipho
Singillatim qualis in istum fuerim? D. noui æque omnia
Tecum. N. meritone hoc meo uidetur factū? D. minime gētiū:
Verum quando iam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce: orat: confitetur: purgat: quid uis amplius?
P. Enimuero prius q̄ hæc dat ueniam, mihi ꝓspiciā & Phædriæ.
Heus Nausistrata prius q̄ huic respōdes temere, audi. N. qd ē?
P. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli:
Eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit.
C. Hem quid ais? N. adeone hoc indignum tibi uidetur filius
Homo adolescens, si habet unam amicam, tu uxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? responde mihi.
D. Faciet, ut uoles. N. immo ut iam scias meam sententiam,
Neq; ego ignosco, neq; promitto quicq̄, neq; respondeo,
Prius, q̄ gnatum uideo: eius iudicio permitto omnia:
Quod is iubebit, faciam. P. mulier sapiens es Nausistrata.
N. Satis tibi est? P. immo uero pulchre discedo, & probe,
Et præter spem. N. tuum nomen dic quod est. P. mihi ne?
Phormio, uestræ familiæ hercle amicus, & tuo sūmus Phædriæ.
N. Phormio, at ego ecastor posthac tibi quod potero, & quæ uoles,
Faciamq;, & dicam. P. benigne dicis. N. pol meritū est tuum.
P. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata?
Et quo tuo uiro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cœnā uoca.
N. Pol uero uoco. D. eamus intro hinc. N. fiat: sed ubi est Phedria
Iudex noster? P. iam hic faxo aderit. Vos ualete, & plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

GVL ℭAN o Demi. mea forma: idest mea pulchritudo: atq; mea ætas bona. est magis nunc expetenda mihi: quia nunc maritus meus sit factus uerecundus propter senectutem: quasi dicat nihil est propter quod id expetem: cum etiā senex impudicus sit. tu Demipho: qui uirum meum defendis: qd nūc affers mihi. quamobrem. i. propter quod expectem, aut sperem. porro. i. postea. meū maritum non fore talem. s. impudicum? Phor. iam tempus est ire exequias. i. ire ad exequēdas inferias. i. sacrificia uel obsequia ꝓ mortuis: Chremeti, quē prius dixit delirare. deinde mortuum esse: cum dixit uerba fiunt mortuo. tertio afferri ad rogum ut ei exequiæ persoluantur. iam ergo tēpus est ire exequias Chremeti illis, quibus commodum est. idest opportunum est ire exequias. Dicimus autem ire exequias alicui: sicut ire suppetias: idest ire ad auxilium. sic dabo: idest sic dicam singulis audientibus. nunc age age: idest eia: hortantis est. qui uolet lacessito. i. lacessitat: irritet propter Phormionem. s. me faxo: id est faciam eum, qui lacessiuerit me. mactatū. i. uel oppressū, uel magis auctum per ironiam. tali infortunio: idest tali infelicitate. atq; i. sicut. hic Chre. est mactatus īfortunio gra ui. sane hic permissiue capitur: quasi dicat nihil nunc impedio. redeat Chre. in gratiam. i. placet sibi uxorem. iā satis supplicii est mihi. i. satis sumpsi de eo supplicii: uel satis eū ultus sum. hæc eius habet materiam uel argumentum. quod. i. propter quod. obgānia: idest oblatret: immurmuret: obiiciat ei ad aurem. usq;. i. assidue. dum. i. quādiu uiuat. Obgānire est contra gannientem gānire. i. contra rixantem rixari: & contra murmurantem murmurare. Gannire autem proprie est uulpium: sicut mugire boum: sꝫ sæpe per metaphorā dicitur: quemadmodum alia pene innumerabilia. Nau. an. i. utruꝫ. maritus meus fecit illud indignum facinus meo marito: idest quia meruerim: ut fieret mihi talis iniuria propter culpaꝫ meam: quia in eū nimis fuerim indulgēs. credo: idest ita arbitror q; merito meo id factum sit o Demipho. quid: idest cur. nunc commemorem. i. recitem tibi sigillatim. i. seorsum: separatim. qualis. i. cuiusmodi fuerim in hunc: idest erga hunc uirum meū. De. ego noui æque: idest æqualiter. omnia tecum. i. quemadmodum & tu. uel noui omnia fuisse illi mansueta tecum. Nau. ne: idest utrum hoc uidetur factum meo merito: idest quia sic meruerim? de. minime gentium: idest nequaquā, ubi gentiuꝫ nihil facit ad significationē: sed tantū ad uoculationem: siue ad aptiorem sonum clausulæ faciendum. uerum. i. sed. quando: idest quia. accusando. i. reprehendendo damnando id factum. ipsum non potest fieri infectum: idest non factū. ignosci illi. nam ipse erat ut ignoscas: confitetur scelus. humiliter purgat: idest leuat: excusat illud scelus: quod uinolentus id fecerit, & iam abhinc multos annos &c. quid uis amplius: idest qd ultra postulas ab eo ut faciat? Phor. enimuero. i. certe. priusquā hæc Nausistrata dat ueniam ꝓspiciam. i. consulam prouide mihi & Phædrię. heus uocantis est aduerbium.

Ire exequias & suppletias Dare

Obgānite

binm.o Nausistrata prius.i.antequã respondes huic Demiphoni uel Chremeti.temere.i.inconsulte:inconsiderate.audi id quod sum dicturus.Nau.quid est quod uis me audire. Phor.ego abstuli.i.extorsi ab illo uiro tuo per fallaciam.i.p astutiam:& deceptionẽ.xxx.minas : idest.xxx.libras.dedi.i. tradidi eas minas gnato tuo.s.Phædriæ. is filius tuus dedit eas lenoni.i.puellarum uenditori.pro sua amica.i.p emptione suæ amicę.Chre.hem: dolentis uel indignãtis interiectio est.quid ais?Nau.id uidetur tibi adeo indignum: idest ita detestabile si filius existens homo adolescens.i. iuuenis . habet unam amicam:& tu habeas duas uxores . nihil : idest non te pudet:hoc est non erubescis reprehendere illud.respõde mihi quo ore.i.qua fronte : qua audacia:quo uultu.obiurgabis.i.uituperabis:corripies illum filium tuum.De.Chremes faciet ut:idest sicut uoles.Nau.immo:idest sed . ut iam : idest nunc. scias meam sententiam : idest meam opinionem . ego neq; ignosco illi uiro meo:neq; promitto quicquam.i.aliqd. neq; respondeo petitionibus tuis priusquam uidero natum Phædriam.promitto.i.relinquo: refero omnia ad hanc rem spectantia. iudicio eius faciam id quod is filius meus iubebit.Phor.o Nausistrata es mulier sapiens.Nau.satis ne tibi est:idest nonne sufficit tibi Phormio de eo quod feci.Phor. immo uero:idest sed certe.discedo pulchre.i.honeste & cum honore meo.& probe:idest cõmode:laudabiliter. & præter spem:idest præter spectationem : seu præter id quod sperabam.Nau.tu dic quod est tuum nomen.Phor. Mihin.i. petis ne:quod est nomen mihi.Phormio est mihi nomen. hercle uocor Phormio amicus uestræ familiæ.& summus:idest præcipuus amicus tuo filio Phædriæ.Nau. est ergo tibi nomen Phormio?at:idest sed ecastor idest per ædem Castoris: uel per Castorem.& est iurandi modus mulieribus antiquis tritus.ego faciam & dicam post hac tibi id quod potero : & ea quæ uoles.Phor.dicis.i.loqueris benigne.Nau. pol: idest per Pollucem.tuum meritum est ut ita tibi dicatur.i. merita tua postulant:ut in te benignitatem exhibeam.Phor.o Nausistrata uis:idest uis ne facere hodie aliquid.quod:idest propter quod hodie primum gaudeam.& quod.i. propter qd oculi doleant tuo uiro Chremeti,cum me uidebit.Nau. Cupio id facere.Phor.uere parasitum agit: uoca me ad cœnã. Nau.uero:idest sed.pol ego uoco te ad cœnam. De. Eamus intro hinc:idest ex hoc loco.Chre.fiat: idest eamus intro.seu ubi est Phędria filius meus.noster iudex: idest noster arbiter noster cẽsor cuius arbitrio mater eius omnia reposuit & reliquit.& per ironiam ridicule hoc dicitur Phor. faxo:idest faciam quod sup.iam:idest statim.aderit.i.præsens erit hic. Valete:idest discedite cum incolumitate & plaudite:idest cõgratulamini poetæ plaudendo manibus.Ego Calliopius poetæ defensor introductus recensui : idest recognoui diligenter hanc totam comœdiam: uel recitaui una cum grege meorũ actorum.

¶QVIA an mea forma magis est expetenda in futuro: scilicet erit pulchritudo mea maior.ita futuro : propter quam mihi alliciatur.quid rationis mihi affers: quamobrem &c. Exequias feci Chremeti.i.Chremetem iam interfeci.quibus exequiis factis est modo mihi commodum tempus me. q.d. quibus possem modo.

¶ILLVD autem an mea forma atq; ætas:nunc magis expetenda est Demipho &c. sic potius intelligo ut dicatur per figuratam interrogationem : quæ negatiuam desiderat responsionem.ut si putas q; uir nunc magis oblectabit se forma mea, q̃ olim, cum multo pulchrior eram. q.d. & ideo si olim aspernatus est eam cum melior erat multo magis post hac despiciet eam.Et propterea afferendum puto sic : O Demipho an mea forma,atq; ætas est nunc cum uetula : & deformior sum magis expetẽda uiro meo, q̃ olim dum melior erat,& eam contempsit. Item melior uidetur mihi lectio in textu Faxo tali sit tractatus infortunio &c. q̃ in commentario:Faxo tali mactatum infortunio.

LAVS DEO FINIS.

QVAE IN ANDRIA ANNOTATA SVNT

IO.BA.ASCENSIVS LECTORIBVS.S.D.

PErlatæ sunt, paucos ab hinc mẽses,in manus usq; nostras interpretationes familiares in Terentiũ a Guidone Iuuenale uiro sane erudito atq; bono paulo ante hac Parisii editæ: quas ubi studio sius perlegeramus affuerunt qui nostrum iudicium (quantulumcunq; est)audire gestientes percunctati sunt:ut nobis placerent.Respondebimus optime quidem placere:quippe quibus plurimum facilis: atq; bonæ eruditionis gallicę iuuẽtuti partum intelligebamus:non deesse tamen locos paucu los:quos ipse aliter interpretatus fuissem.At illi continuo instantius urgebant illas sibi excerperem. Quid multa? morẽ gessimus.Consultus est author ipse: qui ubi compluria pro opinione sua:non indigna quæ acceptarentur excusauerat: in nostram tandem fere sententiam cõcessit:admonuitq; : ut quos locos uel librariorum negligentia: uel sua ipsius i aliis negociis nimia occupatiõe:argutiori limę inuiderat: eos sibi castigatiores emitteremus . Quod quidem pro uiri i nostra libenter effecissemus:nisi setius potestatem nobis fecisset. Nam priusquam eius rei admoniti fueramus : duæ comœdię impresse erant.Quamobrem simulq; ueriti sumus ne qs nos aut ĩfidelitatis aut temerarii ausus criminaretur: editionem eius integram reliquimus.Multa tamen diligentiæ nostræ uestigia diligentissimus quisq; lector offenderit. Si qdẽ qa sensa poetæ tam aperte a Guidone nostro exposita sunt ut uel nouellus in literarum militia tyro: sine ueteratoris subsidio capere posset : effecimus ut etiã illiteratus ex imaginibus,quas cuilibet scenæ præposuimus : legere atq; accipere comica argumenta ualeat. Et ne in actuũ distinctione : quã difficilem Dona indicat : quis aberret : fm eiusdem Donati sententiam eos discreuimus.Multa præterea minus diligenter ab impressoribus animaduersa correximus.Atq; ubi cõmentarii sententiam a nostra alienam uidimus:annotatiunculas quasdam subiecimus:præter quam ad duas primas comœdias(ut diximus)quas nunc subiiciemus.

IN Andriç quidem expositionibus non sane multa sunt,quæ mutata uelim: sunt tamen quæ recte intellecta oporteat.Nam in enarratione argumẽti(quam suo loco unde aberrauerat restituimus)tum dicitur.Verum patet eam desponderat Pãphilo Simonis filio:qui liber effectus adamauit alteram filiam Chremetis : quæ perdita putabatur sub nomine Glycerii. Idq; adeo ut ex ea filia susceperit: quod ut rescinit pater Simo:dum filii animum tentat : per simulatas nuptias multis dolis Dauo seruo deluditur &c.Non intelliges Pamphilum liberum effectum:aut a seruitute:aut a patria potestate: sed a custodia pædagogi. ut dr̃ in prima sce a . Item nõ putabis Simonem resciuisse filiũ ex Pãphilo susceptum: qa id credere non quiuit.ut amorem dũtaxat comperisse : sed hæc non magni momenti sunt.At ne illud quidem, in quo plures disputãt:q̃ illęc sint q̃ Simo significet: dicẽdo in pricipio primę scenæ:Vos istęc intro auferte &c. Nam siue (ut plurimi nolũt)ligna aut quæuis alia quibus intus opus erat:siue obso-

auferri iubeat non magni refert: quis ducti uiri di[illegible] non uerisimile esse senem ad simulatas nuptias obsona [illegible] cum Dauus postea dicat: Hem paululum obsonii &c. quod quidem paululũ obsonii nõ pluribus dedisset intro au[fer]endum: dicendo: Vos istæc &c. Præterea quærunt qs ea obsonia illuc usq; ptulerat: q̃ si senex decorum non patitur. [N]il serui, quare non idem intro ferant rogitant. Addunt: quã te Donatus dicat auferri: q̃ cũ fastidio cernuntur: si de obsoniis loquatur poeta: atq; alia id genus multa: q̃ pp in pictu ris ligna intro auferuntur. facile tamen in Guidonis nostrã sñiam iremus. In fine aũt primę scene qd dr̃: Sine eueniat &c. sic accipio. Sine .i. pmitte. eueniat mihi in Pãphilo qd uolo: ut nõ recuset uxorẽ ducere: & nihil in eo sit morę: Chremes restat mihi exorandus: ut uere fiant nuptiæ in scena. Non dubium &c. omissa sunt illa uerba. Si q̃ris dicam. nescio quo cũ stilo: quæ plurimi textus hñt ante illud: Oẽs q amant &c. in scena Dii boni &c. in fine qd dr̃: At nullus quidem: nõ intelligu sic: At nullus qdẽ sum. sed at nullus .i. nũ quidẽ liberatus es opera mea ut sequẽtia indicant. In scena: Ita pol quidẽ. Donatus legitmũ immemores discipuli. ut sit num discipuli tui sunt immemores præceptorũ tuorũ. uel num mulieres sunt imemores discipuli tui: utpote Pãphili. In scena: Iubeo Chremetẽ. in cõmentariis dr̃ accerso ẽt q̃rtæ cõiugationis: qd du ctũ inficias eunt. tametsi in sanctis scriptis sic ita repertũ est. Reciprocatiu ẽt sic melius staret. Spero Chreme Pãphilũ de uinctũ cõsuetudine & liberali cõiugio. emersurũ .i. eductũ ẽ se se facile ex illis malis. item cũ dr̃: Nempe incõmoditas oĩs huc redit: nõ intelligo huc .i. me: sed in hanc rẽ ut fiat: uidelicet discessio. Nã Chremeti quoq; incõmodo foret atq; eius filiæ. In scena Hodie &c. in fine puto uerbũ reperi esse imperatiui modi. ut sit ordo: Vel tute Pamphile reperi .i. inueni. comperi aliud melius q̃ ego: & face me missum. unde Pamphilus. Cupio inquit melius reperire q̃ tu restituæ &c. In scena: Aio iam nunc &c. quod dicitur Cesso alloqui: intelligo ut sit: Sed qd cesso alloqui Dauum. Et illud: Vbi uoles accerse. intelligo de sponsa quæ proprie accersitur. Et illud: Is enim uero hinc nunc abest de Pãphilo dictũ puto In scena: Quis me uult: ubi dicitur: Quid ais oiuz subaudio ineptissime uel perditissime. In scena: Mitte orare. in fine legunt multi: At ita iussi. quia enim Pãphilus dixerat. non recte .i. iusta de causa uinctus est. ait Simo iocans & aliter accipiens recte. ut sit: At ego iussi ut ita .i. recte: hoc est debite uinceretur. sed hæc hactenus.

¶ In Eunucho.

IN Eunucho aũt pauciora sunt. Vt in expositiõe prioris argumẽti. Idipsum ignorans miles: idipsum .i. falso dictitatã esse furorẽ Thaidis: nedum q falso. Et in fine, sed Atticus ciuis in primis repertus frater: hoc est Chremes: non autem Phædria. in principio prologui multi legunt studeant: ut sit: siquis est subaudi eorum qui studeant &c. In scena. Quid igitur faciam: Multi non indocti totum principium Phædriæ dant usq; ibi. Here &c. In scena: Occidi. multi legunt senem mulierem ubi est muliebrem In scena: Magnas uero. rectior uidetur interpretatio Donati uolentis illud: Dolet dictum &c. esse Parmenonis ut sequentia attestantur. In scena Nunquis hic est: melior esset sñia si legeris. Ne gaudium hoc contaminaret uita &c. non autem uitam. Hæc & eiusmodi pluscula quilibet facile offenderit. Nos autem ea duntaxat annotauimus: non q auctorem reprehenderemus sed qui ingenia uestra ad maiora inquirenda instigaremus: summam tenetis optimi lectores, facite grati sitis. Valete.

¶ Guido Iuuenalis Martino Guerrãdo iuris utriusq; & Põtificii & Cæsarei peritissimo, atq; uenerãdi in Christo patris præsulis Cenomaneñ. secretario dignissimo .S.P.D.

NOn sine optima rõne Cicero nr̃ memoriæ pditũ reliquit beneuolentiam ueram (non adulescẽtulorũ more) ardore quodã amoris sed stabilitate potius & constantia esse iudicandã. Nã plerosq; uideris se amicos iactitantes: dum nulla probandæ amicitiæ præstatur occasio: qui si eum: quem a se tantopere amari pfitentur fortunæ reflata afflictum cernerent. minime forent dubitaturi hirundines imitari: q̃ (ut ait Cice. lib. iiii. ad Hereonium) æstiuo tpe p̃sto sunt. frigore aũt pulsæ recedũt: q̃s tãc falsos amicos imitari constat. q sereno uitæ in tpe: p̃sto sunt: at simulatq; hyemẽ fortunæ uiderint: deuoluant oẽs. De qbus non tacuit Ouidius: in hæc uerba prumpens: Tempore felici multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Alios cernere est tantisp amicitiam seteuere pfitentes: dum quis fortunæ pspero flatu usus ad optatos exitus euehit: estq; in ea cã in qua multis tales assi[st]at mune ribus: quẽ si contingat reflatu fortunæ opprimi: procul sunt id genus hoẽs absfuturi: ut se pfiteantur aliqua cum afflicto fuisse unq̃ necessitudine iunctos: qd genus amicos uulgares Ouidius uocat in hæc uerba: Vulgus amicitias utilitate probat. Veri aũt amici nulla tempestate ac procella ab amicitia possunt dimoueri: quinimmo cuncta aduersa sibi cum amico cõia putant. Nec immerito: nam eiusmodi amicitia radices agit in uirtute: atq; ẽt indies ppagat: & latius manat. Ficta aũt oĩa. Cicerone attestante, tanq̃ flosculi decidunt: nec simulatũ põt qcq̃ eẽ diuturnũ. Testes sunt illi amici apud grecos cantatissimi: q suis ultro, citroq; officiis: omnẽ iactationẽ superarunt. Nec dubio procul iniuria qñquidem pbatio dilectionis exhibitio est operis. Hæc est illa amicitia in qua æq̃ quisq; altero delectatur ac seipsu. Inq̃ etiam efficitur id qd Pythagoras uult in amicitia: ut unus fiat ex pluribus. Qua qdẽ amicitia (uir p̃stantissime Martine) sic erga me frui uoluisti: ut nulla ductus spe utilitatis semp me intimum habueris: ex quo tuã bono omine mihi cõtingit gratiã inire: & qdẽ usq; eo: ut omnes uias fueris me absente prosecutus quibus me in uigilantissimi pastoris nostri gr̃am pedetẽtim insinnãtes. Quod pfecto sensi ex te effectũ esse una cũ cæteris mihi beneuolis: pro qbus bñficus, ac prompto affectu: qbus tecũ agere uerbis debeã i agendis gratiis penitus me latet. Videtur enim pro tãtis officiis utile esse mutuus orõnis. At uenire mihi in meotem solet identidẽ mira in tuos mansuetudo: qua sic in me pcipue frui soles: ut cumulatam tibi gr̃am me tetulisse credas: si me non nihil gratiatum hẽre perspicias. Quod animi genus, q̃ mihi gratũ accedat ipse sum mihi testis locupletissimus. In qua animi prõptitudine: ut tibi uni cõcedam facile patiat: præterea nemini. qñquidem tali me sentio natũ esse ingenio ut uehementissime abhorream, alienusq; sim a teterrimmo, inuisissimoq; ingratitudinis flagitio: adeo ut si gratiæ referendæ sit denegata facultas: habendæ certe puto mihi facultatẽ nunq̃ iri denegatũ. Et ne tuas aures delicatas pluribus obtundam: te etiam atq; etiam rogo: ut si ad institutam in me beneuolentiam aliquid possit accedere, accedat. sin minus: nihil saltẽ unq̃ detrimenti accipiat. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

¶ Guido Iuuenalis Nicolaum Pelletarium iuris, legumq; cõsultissimum: atq; in omni doctrina conspicuum multa salute iubet impartiri.

NOn me preterit (uir p̃stantissime) apud te sæpius increpuisse Mecœnatẽ Augusti Cæsaris intimũ: ac familiarem sua sponte & quasi quadam natiua liberalitate & bñficentia adeo in poetas fuisse propensum: ut ei ipsi uideantur musæ latinæ omnia debere: quippe cuius patrocinio atq; benignitate principes poetarum Marro: Varus: & Horatius non solũ sustentati: uerũ etiam ad eas opes, dignitatemq; subuecti sint: ut illis in quietissimo otio exclusa omni necessitate ingeniũ & excitare & in maximis rebus exercere licuerit. Legitur enĩ eius bñficiũ aliorumq; amicoꝝ Virgilium pene centies sestertiũ possedisse. Romæq; domũ habuisse in Exquiliis iuxta hortos Mecœnatis. In cuius gr̃am satis liquido cõstat eum p̃clarum illud opus Georgicoꝝ cõdidisse: ut tanto immortalitatis munere bñficia accepta, quãta daretur facultas, cõpensaret. Horatius

quoq;

bruti et cassij

quoq; cũ Brutianas partes secutus ad poeticã se referre, penitusq; in eam sese abdere necessitate coactus esset, Virgilii, Variq; intercessione Mecœnati adeo carus, acceptusq; euasit: ut illius cum liberalitate non mediocriter rem suam familiarẽ auxerit: tum maxime auctoritate atq; gratia (quia ille apud imperatorẽ plurimũ polleret) ueniam aduersæ factionis prius ab Augusto meruerit: ac deinde paulatim eidem familiarissimus sit effectus. Ea re subnixus reliquaꝫ ætatem per summum otium: & philosophiæ studiis: & poeticæ facultati penitus addixit: uixitq; mente tranquilla: qppe q cum necessaria abunde suppeterent: maiores diuitias magno aĩo contẽnerent. Qui uiri literatissimi nõ ea forsitan nobis monumenta reliquissent: nisi suum, sibiq; propitiũ Mecœnatem habuissent: quandoquidẽ (ut ait Ouidius) Prouenisit uacuæ carmina mentis opus. & Satyricus: Pectora nostra duas nõ admittentia curas. Magnæ mentis opus nec de lodice paranda. Attonitę currus, & æquos, faciesq; Deorum Aspicere: & qualis rutulũ confundat Erinnys. Eam ob rem nõ citra optimas causas: qui cultiori sermone uti solent: otii noie literarium studiũ declarare non uerent: rati (qđ uerissimuꝫ puto) studiis rite indulgentes negociosos esse minime oportere. Propterea memoriæ ꝓdidit Cato maior P. Africanũ superiorem dicere solitum: se nunquam minus otiosum esse, q̃ cum otiosus esset: neq; minus solũ q̃ cũ solus: tanq̃ si innuere uellet (libet enim mihi nunc ita interpretari) quãto longius semotus esset a negociis: tanto se ꝓximius ad otiũ. i. ad studiuꝫ literarũ accedere adeo: ut in otio esset studiosus: & in solitudine quasi cum mortuis familiari colloquio uti uideretur in eorũ monumẽtis attentius euoluendis. Tu autem mi Nicolae (ut interim ad te se nostra cõuertat oratio) fidissimus Mecœnas mihi fuisti: q cũ ipse humili loco natus: animo cõmitter & labore contenderem ut ad maiora peruenirem: neq; tñ suppeterent ad id moliendum facultates: suscepisti meam primam ætatẽ: quæ propter humilitatem & obscuritatem in hominũ ignoratione uersabatur: cu q; adeo angusta res erat: ut non facile potuisset emergere suis solius subnixa uiribus. Nam (ut Satyricus ait) Non facile emergunt quorum uirtutibus obstat Res angusta domi. Tanto tñ illi fuisti adiumento: ut non fuerit quicquã præterea requirendũ. Effecisti enim una cũ aliis quibusdam optimatibus: ut eo ꝑceptore nobis uti liceret: qui, quam humanitatis artem uocant, optime calleret: ad quã eruditionẽ cũ maxime foret libris opus: nullo pacto tuis pecuniis parcẽdum ratus ea in re te liberalissimũ ꝓbuisti: quippe a quo oĩa adeo cumulate mihi fuerint suppeditata: ut nisi in ea doctrina aliquantũ profecissem: nõ iniuria mihi ipse solus defuisse uideri potuissem. Cuius qdẽ præceptoris copiam cum amisissemus: nauasti iterum diligẽtem operam ne tunc quasi in limine ipso pedem sisteremus: sed potius in penitissimas usq; ædes alacri animo ingrederemur. Tuis itaq; auspiciis Parisios petiuimus: atq; (si tuo dicto fuissemus audientes) ipsas etiam alpes celeri gradu trãscendissemus. Quibus aĩaduersis non possumus nõ esse maxime tuis beneficiis obnoxii: quibus tantopere liquet nos ipsos cumulate fuisse affectos. Propterea si cõti geret ut tibi in aliquo morẽ gerere possemus: nihil nobis foret antiquius q̃ ut apud te q̃ gratissimi esse cognosceremur. Quo circa si quid sit quod nostra opera tibi efficere possit: admoneto tñ non rogato. Ipse enim admonitus tuæ uoluntati equis, uelisq; (ut aiunt) studebo morigerari. Vale.

equis at pretis

Guido Iuuenalis Michaeli Burello sacrosanctæ theologię professori perquam erudito S.P.D.

Quemadmodũ Hesiodus ille poeta moratissimus literis mandatum reliquit: uirtutem esse comparandam per quosdam gradus: in quibus primis asperitatẽ inesse testatur. At in extremis nõ facilẽ dictu suauitatem in hisce carminibus: Virtutem posuere Dei sudore parandam. Arduus est ad eam, longusq; per ardua callis: Asper & est primum: sed ubi alta cacumina tanges Fit facilis: quæ dura prius fuit indyta uir[...] tentiæ plurimum cõsonat Maronis nostri dictum de [...] gorea litera in hunc modum: Littera Pythagoræ discrim[...] secta bicornis: Humanæ uitæ speciem præferre uidetur. [...] uia uirtutis dextrum petit ardua callem: Difficilemq; ad[...] primum spectantibus offert: Sed requiem præbet fessis [...] uertice summo. Ad quem uerticem unusquisq; neruis om[...]bus spectare debet: quo possit honestaꝫ ducere uitam: & a[...] cælestem Hierusalẽ recta peruen re. Sic mihi quoq; de scie[n]tia idem posse dici uidetur: quæ difficiles aditus sui offert solet. at ubi ad eius cacumen peruentum sit: facile plurimu[m] ac suaue redditur: quod acerbitatis non parum prius habu[i]sset. Cuius quidem limen cum pene eodem tempore ego atq; tu fuissemus ingressi: diuq; una in itinere cœpto perrex[i]mus: ipse longe uelocior, q̃ ego anteuortisti me: laxatisq; habenis longo præcucurristi interuallo: idq; usq; eo: ut uerticem summum attigeris: meipso dumtaxat paulo ultra radices progresso. Quod non est magno mirandum opere: quippe qui ingenii acie polleas: & ad largiendum suppetant copiæ. At mihi non ita posse dicere concessum est: qui neq; tantam ingenii præstantiam consequi possum: neq; habeam oĩa mihi suppeditata: quæ uictus, cultusq; quotidianus postulant. non ea tamen pressi penuria cælesti numine sumus: qua studia ipsa literarum missa facere cogamur: quinimo in erudiendis iuuenibus studium, curamq; contulimus necessitate consulentes: qua complures adducti ab inceptis supersedere conspiciuntur: quibus tamen si faueretur: maiora spectãdi animus non deesset. Vires quidem consulendæ sunt, & audendum aliquando est: neq; ita cadendum animis: ut obiectione quadam animi labores uideamur refugere: & ab illis declinare. Nam (ut ait Cicero) Simul ac iuuenes esse cœperunt: magna spectare: & ad eas rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo facient: quia non modo non inuidetur illi ætati: sed etiam fauetur. Quod si iuuenis pietatem accuratius colat, Deumq; feruenti caritate complectatur: agat libertime & operetur: quando quidem res eius ac operationes adeo indies magis magisq; secundabuntur: facileq; ipse deprehendet: ut de uirtute in uirtutem ambulauerit sic suas bene, beateq; uiuẽdi facultates indies maius sumpsisse incrementum: cuius rei testes sunt locupletissimi: qui ea in re periculum fecisse gaudent. Sed ut eo, unde digressa est, se nostra referat oratio: carissime Michael nõ possum nõ te uehementer amare: tuisq; optimis uoluntatibus non inseruire: qui fere usq; a puero te mihi familiarem præbuisti: neq; (quantæcunq; accessiones tibi factæ sint: & fortunæ & dignitatis) maiestate ulla in me uti uoluisti: illius Ouidiani dicti non immemor: q Non bene conueniunt, nec in una sede morantur Maiestas & amor. Posita enim omni grauitate (qua circa omnem reprehensionem uti posses tanta præsertim dignitate) mecum familiariter agere non dubitas: & quidem usq; eo: ut sæpe tuæ dignitatis oblitus identidem in sermonem nimium familiarem incidam: qui ueniret reprehendendus nisi omnia excusaret amicitia: non longe a teneris (ut græci dicunt) unguiculis instituta: & crescentibus annis accuratissime conseruata & aucta. Quæ quidem (ut facile perspicio) nulla ex parte est acceptura detrimentum: præsertim cum facta accessione tanta & fortunæ, & dignitatis a te adeo diligenter colatur: alatur: & sequentibus officiis roboretur. Siquidem ipse ornandi mei rationes inire quotidie paras: animumq; mihi ita expeditum, propensumq; præstas: ut uideatis toto molimine de meis ornamentis cogitare, & commodis, measq; utilitates nullis prope tuorũ amicorũ cõmodis post hñe. Quam quidem beneuolentiam summopere cupio nulla ratione iri detritum: quin potius si quid illi accedere possit, accedat quæso: & indies maius incrementũ suscipiat. Quod si fuerit facti tantĩ, quantum mihi præter facultatem licebit usq; adeo illi a nobis iri responsum studebitur: ut nulla nostri par officii requirenda censeatur. Vale.

...donis Iuuenalis natione Cenomani
...pigramma super causa operis suscepti.
...Platonis praeclarum dogma monentis:
...t quaerat patriae commoda quisq; suae.
...os hominum causa stoici dixere creatos,
Quo sibi suppetias mutuo nata ferant.
Quare cuncta Deo cupiens accepta referri:
Cuius opus celso numine quodq; micat.
Tentaui duros iuuenum laxare labores,
Qui bene pandeotis lumine saepe carent.
Nunc leuiter poterunt festiui dicta Terenti
Nosse: nec ingenium plurima cura premet.
Tergant ergo rudes tetra rubigine linguas:
Et condant animo uerba latina suo.

Ioannis Egidii Nucerienfis
Epigramma ad iuuenes.

Quid teris ignauum damnosa per otia tempus
Immemor aetatis culta iuuenta breuis?
Semper eunt tacito fugientia tempora motu:
Hinc redit ad primos lapsa nec hora dies.
Fers modo longinquas uestigia crebra per urbes;
Nunc teris incertis compita cuncta uiis.
Haec sectatores leuitas turpissima uanos
Reddit, & ingenii semina lenta rudis.
Dum tua sunt uiridi florentia corda sub aeuo:
Et cupis ore nouo uerba diserta loqui.
Ingeniosa legas nitidi monumenta laboris
Si placeant studiis comica dicta tuis.
Splendet enim lepidi Comoedia grata Terenti:
Omnia perspicuo sensa decore nitent.
Moribus ingenii doctrina serena Guidonis
Tersit difficiles arte nitente locos.
Hinc tibi compositas clari Ciceronis ad artes
Vtile iam facili tramite carpis iter.
Inde nouam celebris si mox interpretis artem,
Verba uel attenta mente, uoluta legis.
Inclyta Donati solertis scripta patebunt:
Sit licet in uariis pagina scabra locis.
Omnia per faciles sunt nota uocabula scaenas:
Vana nec interpres uerba disertus habet.
Hic quoq; romano cultissima lingua lepore
Exterso lepidos edet ab ore sales.
Candidus ecce Guido iuuenes miseratus inertes
Tradidit ingenii commoda dona pii.
Tuq; Palaemoniae sectator idoneus artis
Tradita sub memori dona reconde sinu:
Et meritas agito facili pro codice grates,
Non sunt ingratis munera digna uiris.
Otia sed fugias studiis inuisa seueris:
Nullus ab ignauo pectore surgit honos.
Vt primum pigros serpet caua ruga per artus
Plorabit stultos tarda senecta dies.
Assiduum tolera nunc tota mente laborem:
Aetas ne insolitum curua recuset onus.
Exerce studiis uirides seruentibus annos:
Perpetuum claris stet decus ingeniis.

Venetiis in aedibus Ioannis Tacuini de Tridino.
Anno domini. M.D.XXXIII. Die. II. Octob.
Inclyto Andrea Griti Principe.

REGISTRVM

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X
Y Z & ꝯ ꝶ. Oēs sunt quaterniones: praeter a b Terniones.

Quinterni. XXII.

TERENTII

COMOEDIAE